14 glo. vbi sit introductus † assessorũ vsus, & rationem allegat ex eo, quia præsides sunt illiterati. probatur in l. certi iuris. C. de iudi. probat in l. 2. j. ꝙ quisque iur. iuncta gl. Et qñ admittat p̃ses illiteratus, vide gl. in d. l. certi iuris. Can. de rescr. sciscitatus. Spec. in tit. de iudi. §. excipi põt. ver. itẽ ꝙ est illiteratus, & ibi egregie declarat. Sed alia rõ est, ꝙ aliqñ sunt multũ occupati sup quæstionibus, & assessores studẽt causas. in Auth. de iud. in prin. ibi, nostris .n. iudicibus &c. auth. ad hoc. C. de iudic. in Auth. vt defunc. sen su. Itẽ requirit, ꝙ legant sñias, vt l. 2. C. de sen. ex peric. reci. Itẽ ex necessitate põt p̃ses mandare sñiam legendã, ſm Guliel. pp necessitatẽ, quæ multa facit licita, q̃ alias non pmitterentur, vt l. agẽres. in fi. C. de agẽ. in reb. lib. 12. Itẽ in prolatione sñiæ iudex debet sedere. decre. de re iud. c. fi. in 6. §. sedebũt. in Auth. de iudic. Itẽ † q̃ro an assessor possit cogi in iure ad consulendũ
15 præsidi. Guil. alleg. l. j. C. eo. ꝙ nõ, & male, quia assessor est vt cõsiliarius, & ꝯsiliarius põt cogi, ergo & assessor. l. sancimus. C. de aduo. diuer. iudi. l. 2. C. de prox. sac. scri. li. 12. Resp. ad Guil. ꝙ nõ põt cogi. s. terribili metu, sed põt captis pignoribus, & nõ corporis cruciatu. Quærit an assessor põt petere salariũ ab ordinario. Casus est in l. i. C. eo. clarior tex. est, ꝙ debet hr̃e de publico. in Auth. de mã. prin. §. festinabis. hodie aliter est, qa ciuitas ꝯuenit cũ p̃tore &c. Quid aũt sit in assessore delegati? Guil. inuoluit se, qa nesciuit casum. sed casus est in c. statutũ. §. assessorẽ. de rescr. in 6. vbi aũt delegatus capit assessorẽ cũ non indigeat, qa valẽs est p se, nec est occupatus, assessor põt petere salariũ a delegato, si vero est ignarus, petet assessor salariũ a partibus, vt d. §. assessorẽ Inn. dubitauit in c. sup q̃nũ. de offic. deleg. Spec. in tit. de assesso. §. salariũ. Legistæ in l. diem functo. vbi multũ dubitatur.

S V M M A R I V M.

1 *Assessoriatus officium est dignitas, nec infami conceditur.*
2 *Excommunicatus non potest esse assessor.*
3 *Clericus an possit esse iudex laici, vel laicus assessor clerici.*
4 *Præside excommunicato an assessores procedent in causa.*
5 *Iudex an possit vt suspectus recusari.*

LEX II.

Liberti. Libertus non infamis officiũ assessoris hr̃e põt. h. d. No. † ꝙ assessoriatus est di-
1 gnitas, quod patet, quia fundat se iurisconsultus in regula iuris prohibente infamibus dignitatem. Gl. apponit, ꝙ libertus possit esse aduocatus. Dubium erat propter casum. l. j. C. ad leg. Iul. ma. qua cauetur, quod non assumatur ad dignitatem, nisi primo fuerit admissus ad annulos aureos.
2 Quæro † an excõmunicatus potest esse assessor? de liberto clarum est, ꝙ sic. c. ad probandum. extra. de re iudic. vbi non põt excõicatus esse iudex, an possit esse assessor, certe non propter
3 periculum excõicationis. An † clericus possit esse iudex laici. certe non, quia habet cognoscere sup ciuilibus & criminalibus. Sed quid e ꝯ, nũquid laicus possit esse assessor epi. Dic ꝙ sic, vt per do. Anto. in c. decernimus. extra de iudi. sed non poterit esse
4 vicarius epi, vt no. Host. in c. vnico. de sindico. Item † an præside excommunicato assessores eius possint in causis procedere? & dic ꝙ non, quando eorum officium dependet a præside, secus si ab hominibus ciuitatis, vt in d. c. 1. de offic. vica. in 6. & habui
5 de facto Bononiæ. Item † an possit quis recusare iudicem vt suspectum, allegando se habere inimicitiam cum præside. Dic ꝙ sic, & est opin. do. Anto. in c. j. de iudic. Econtra, si iudex est mihi suspectus, an possum recusare præsidem. certè sic, & maximè si præses est homo imbecillis, & illiteratus. Ratio ponitur in d. c. j. de iudi. c. ex insinuatione. de appe. & fortificat do. Ant. per d. c. quod ipse allegat.

S V M M A R I V M.

1 *Assidere an possit quis in sua prouincia.*
2 *Prouincia an possit sine cõsensu principis diuidi, & an vnitis duabus prouincijs vtriusque prætor iudicabit vel cognoscet.*

LEX III.

Si eadem. Diuisa vna prouincia oriundus ex vna potest esse assessor in alia. h. d.
1 Quærit glo. † an possit quis in sua prouincia assidere. certe non. l. hi qui. & l. si cui. j. ex quib. cau. ma. posset tñ assidere quatuor mensibus ex rescripto speciali. l. in cõsiliarijs. C. eo. & si plus assideret, incideret in crimen sacrilegij. l. fi. j. de cri. sacrile. Sed an ciuis Romanus possit esse senator. Legistæ dicunt ꝙ non, sed Cano. ꝙ sic, per c. fundamenta. de elec. in 6. sed poterit esse prætor. l. 2. de offic. præto. & inde forte habuit ortũ c. fundamenta. Sed pone, ꝙ habet domiciliũ Romæ, est tamen in alia ciuitate, an possit assidere. Legistæ dicunt, ꝙ sic, & forte Canon. tamen contrarium est verum per tex. in l. 3. C. de diuer. offi. lib. 12. quam tene menti. In glo. fi. in fi. habes, ꝙ inspicitur accidẽtale potius, quàm naturale, quod facit ad hoc,
2 † an vna prouincia subiecta imperatori vel alicui principi possit diuidi sine eius consensu? certe non, ſm Barto. in l. j. de metro po. Beri. lib. 10. Sed quid si contra, an possit sequi punitio. tex. in c. j. ne se. vacan. & in c. ad audientiam. el 1. de eccl. ædi. & in Auth. vt iudi. sine quoquo suffra. §. j. Item pone, sunt duæ prouinciæ vnitæ, sed vtraque remanet principalis, & ibi ponatur vnus legatus, an poterit legatus tractare negotium vnius in alia sibi vnita? Dic ꝙ potest, per c. nouit. de offic. delega.

S V M M A R I V M.

1 *Remotio iudicis superueniens non debet assessoribus præiudicare.*
2 *Mors debitoris non impedit creditorem agere pro debito cum mortuo inchoato.*
3 *Remotio præsidis ob culpam assessoris inducta, inducit etiam ipsi assessori salarij denegationem.*
4 *Hæredes præsidis an possint petere salarium totius temporis non obstante, quod ante definitionem obierit.*
5 *Salarium an debeatur remoto ab officio sua culpa.*
6 *Præside ob suam culpam remoto an durent eius assessores.*
7 *Senator potestas vel alius iuste & cum licentia Principis absens, an habebit salarium integrum totius temporis absentia.*
8 *Assessori nullam de salario conuentionem facienti quantũ petere liceat.*
9 *Senator assessorem secum ducens an nulla conuentione de salario præmissa suis deducat expensis.*
10 *Procurator an constitui possit pro salario assessoris petendo.*
11 *Legatus decedens in itinere, an salarium transmittat ad hæredes.*
12 *Armiger an a captiuitate reuersus petet integrum salarium.*
13 *Infirmitas an impediat salarij integri petitionem.*
14 *Negligens, fur, sacrilegus, & talis infamis persona, licite potest ab officio remoueri.*

LEX IIII.

Diem functo. Casus mortis durante officio superueniens in personis p̃sidis non denegat assessoribus petitionẽ salarij respectu totius tp̃is, nisi ipsi interim alijs suis operibus va-
1 cauerint. vel sic. † Casus, remotio ab officio supueniens in p̃side durante eius tp̃e ita demũ assessoribus nõ denegat salarij petitionẽ, si probet nõ culpa eorũ p̃sidẽ remotũ. h. d. ſm verũ in-
2 tellectũ. No. j. † ꝙ mors debentis salariũ superueniens tp̃e officij, non impedit agere eũ, cui hoc debet, & idẽ. j. de var. & extraor. cog. l. j. §. diuus. No. secundo ꝙ locatio psonæ suæ p assessorẽ facta in tp̃e, respectu cuius salariũ vult, valet. Idẽ. j. loc. l. sed ad-
3 des. §. fi. No. † tertio ſm vnũ intellectũ, ꝙ remotio p̃sidis facta durãte officio ob culpã assessoris denegat eidẽ salarij petitionẽ, de quo dic vt j. dicet. In gl. in ult. verbo. Doc. tenent hanc gl. ego reprobo duabus rõnib. Et primo p ar. s. vt possit assessor ire cũ alio mortuo suo p̃side est inductũ in sui fauorẽ, ergo non debet verti in ipsius odiũ. l. qđ fauore. C. de legi. Scđo p l. si mandato. §. j. ff. manda. vbi allegat, ꝙ nõ põt cogi creditor mutare suũ primũ debitorẽ, sed põt p̃sistere vsque ad mille annos. & tenentes cũ gl. non mouent aliqua rõne. Expeditis gl. capio ordinẽ Bart. hic in l. j. §. diuus. j. de var. & extraor. cog. Phi. in quodã ꝯsil. qđ incipit, quidã capitaneus de Castello. Bal. in c. j. quis dicat Dux Comes & Marchio. in vsi. feu. Sed Bar. ita plene dixit, ꝙ non est opus longa materia, sed addã solũmodo necessaria. Et primo
4 q̃ro, † nũquid hæredes p̃sidis pñt petere salariũ respectu totius tp̃is? vr ꝙ sic. per gl. in l. j. §. diuus. p̃alle. Guil. allegat hanc. l. quia si pñt assessores petere ab ipso p̃side, vel ab eius hæredibus, tãto magis hæredes ipsius, ne habeãt de suo exponere. Barth. de Mõte Fauentino tenet ꝯriũ, & eũ allegat Bar. & dicit posse petere respectu tp̃is seruitij p̃stiti. Arguit primo, quia per l. scio. in prin. j. de an. leg. tp̃s & pecunia sunt diuisibilia. Secundo arguit. casus adueniens in psona vnius non debet alteri nocere. j. loca. l. si qs domũ. §. imperator. & l. si vno. §. cũ a quodã. Et ꝙ noceret, patet, quia primo solueret hæredibus mortui, secũdo nouo p̃sidi ꝯ. l. Titia. §. qui inuita. de leg. 2. q̃ nõ vult, quẽ duplici onere grauari. Itẽ alleg. l. fortissimi. de ero. mill. an q̃ nil facit. & l. j. C. de re mili eo. lib. q̃ ẽt nihil facit. Itẽ alle. quia est speciale in p̃side, per l. post duos. de aduo. diuer. iud. & l. fi. C. de domest. & pro. li. 12. ꝙ possint hr̃des ꝓsequi salariũ mortui, ergo in ꝯriũ est ius cõe. ar. l. ius singulare. de leg. hac sequit hic. & Bal. in d. c. j. qui dicat Comes. Cõis est hic cũ Bar. s. ꝙ pñt hæredes petere pro residuo tp̃is. Et quia Bar. elegãter rñdet ad oẽs suas rõnes p̃terq̃ ad vnã, iõ ad illã sic rñdeo, & fortificãt Doc. eorũ opin. p d. l. fortissimi. C. de ero. mili. an. lib. 12. melior est tex. pro eis in l. his scholarib. & l. pen. de ero. mili. li. 12. C. qui nil fac. in veritate, quia si miles non vult debitũ recipere, pdit petitionẽ suã. Itẽ alle. l. j. C. de re mili. lib. 12. vbi reuersus miles captus apud hostes non põt petere salariũ pro tp̃e captiuitatis, ergo dñt Doc. a simili, ꝙ si p̃ses

non

non ſeruiuit toto tpe, non pñt hęredes pro tpe non ſeruito ſalariū petere. Et ad illū tex. videbis. j. rñſum. Miror de eis, qui poterant melius allegare. d. l. ijs ſcholaribus, & l. pen. de ero. mili. lib. 12. vbi miles conductus pro biennio mortuus eſt in primo anno, non pōt petere reſiduū. Quicqd ſit, ego ſequor Bar. & rñdeo diſtinguendo. qꝛ aut eſt officiū hñs dignitatē annexā, & tūc hr̄des habētes tale officiū poſſunt petere ſalariū reſpectu totius tpis. Et probo, quia proximus ſacrorū ſcriniorū hñs officiū cum dignitate, ſi decedit in officio, tranſmittit eius ſalariū ad hr̄des. l. ſi quis in ſacris. de px. ſacr. ſcr. li. 12. Itē et primipilus, qui eſt adminiſtrator reipublicæ, tranſmittit petitionē ſalarii ad hęredes. l. j. C. de primipil. lib. 12. Domeſticus ēt & ꝓtector, de qb. rub. illius tit. trāſmittit. l. fi. Itē aduocatus fiſci l. poſt duos. C. de aduo. diuer iud. Itē agens in rebus. l. matriculā. C. de agē. in reb. Itē ergo ſenator, poteſtas, & ſimiles habentes officiū cum annexa dignitate debent tranſmittere, per glo. in l. fi. C. de ſen. ex pic. reci. Notatur in l. maior. C. de digni. vbi apparet, qd̄ militia ſit dignitas, vt Senatus. Sed eſt ſciendū, qꝛ militia non eſt dignitas. Et ꝓbo, per l. fi. C. de iuriſd. om. iud. vbi inter militiā & nobilitatē ponitur dictio, vel, quæ denotat diuerſitatē. Itē probo per l. j. C. ad leg. Iul. maieſta. vbi libertus non pōt hr̄e dignitatē, niſi annulo aureo impetrato, ſed ſine iſto pōt eſſe miles, vt l. operis. ff. de oper. lib. ergo &c. Itē. per l. fi. qui mi. non poſ. lib. 12. & gl. ordi. in l. j. de ęque. dig eod. lib. Bar. firmat in l. pen. & fi. ff. de teſt. mil. & non allegat prædicta, ſed per me nouiter ſunt inuenta. Et iō nō eſt dubitandū quis debeat præferri Doctor, vel miles, cum Doctoratus ſit dignitas. c. quanto. extra de magiſtr. Conclude ego, qꝛ aut quærimus, an habeant officiū annexum dignitati, & tranſmittit per d. §. dimus. & d. l. ſi quis in ſacris. & l. matriculam. & l. 2 de priuil. & l. fi. de dome. & protec. aut non hēt dignitatem annexā. & non tranſmittit. d. l. pe. de teſt. mil. An vero reſpectu ſeruitij, vt d. l. his ſcholaribus. Bar. quærit, an hæredibus præparatis ire ad officiū licet non meritis debeatur ſalariū, dicit ipſe, qꝛ aut miſit officialē ſuum, & tunc trāſmittit, quia ſeruiunt per ſubſtitutū, per regulā qui per alium &c. & l. ita aūt. §. geſſiſſe. de admi. tut. Aut non miſit, & tunc non. Prima ſua opi. eſt falſa, qa qd̄ tranſmittit, datur ei in priuilegiū, ſed ſeruiens per ſubſtitutū nō gaudet priuilegio ſibi ꝯceſſo, vt l. fi. C. de excu. tuto. ergo non gaudet per illum tex. ſimpliciter ꝯcludentē ꝯ Bart. Vnde in iſto primo membro indiſtincte dico, qꝛ ſi non intrauit officium, ſed deceſſerit, non tranſmittit. Allego caſum a ſpeciali. in l. j. C. de primipi. lib. 12. vbi cōmoda officij debentur iis primipilariis, q primo incęperunt. adminiſtrare, & ēt ſi moriantur antequā incęperint. Si ergo eſt ſingulare in primipilarijs, ergo in ꝯtrium eſt

5 ius cōe. l. j. in fi. ad munici. l. ius ſingulare. de legi. Itē quærit. † an remoto ab officio ſui culpa debeatur ſalariū. Et dicit, qꝛ aut quæris de ꝑterito & debetur, ſecus de futuro. Idē tenuit in l. Męuia. in prin. j. de ann. lega. Ego addo tex. in l. fi. §. quid ergo. ver. fi. j. de excuſ. tuto. vbi tutor remotus a tutela, vt ſuſpectus propter aliquam cauſam, vel delictū non conſequitur præmiū. Item eſt caſus in l. iudices. C. de an. & tribu. lib. x. vbi iudices negligentes exigere collectas priuantur ſalario præterito & futuro. Et quia ſpeciale eſt in eis, ergo in alijs. In contrariū eſt ius cōe. tene men

6 n. Quærit vltra Bart. † Pone præſidem remotū ex ſui culpa, an durent aſſeſſores eius in officiō. l. 2. C. de offi. eius qui vic. al. Iud. vult qꝛ debeant ſurrogari. Ecce ergo, qꝛ remouētur, & caſus eſt, quia poteſt operas ſuas locare. In materia ſalariorum huc re-

7 curritur. Item adde, & pone. † Senator, poteſtas, vel alius propter neceſſitatem receſſit cum licentia principis vel reipub. an poterit ſalarium petere reſpectu temporis abſentię, certe ſic per glo. in l. 3. §. ſi ad diem. ff. de re iudi. quod Bal. in l. ſub ea conditione. ff de cond. inſer. facit ſingulare. Sed caſus eſt in l. hac lege. C. de ſac. ſcri lib. 12. Item pone, qꝛ aſſeſſor in medio tēporis vult recedere, an poſſit ſalariū petere pro tēpore præterito, vel futuro. Bal. tractauit in l. & ſi pretio. de leg. 1. & latius in l. eden. & l.

8 aduerſus. C. loca. Item † ſi non ſit facta cōuentio de ſalario, an aſſeſſor poſſit illud petere. Iſtud habes per Fede. in conſi. 212. in ordine meo. Poſſet decidi per ſimilē qōnem, quam nouit Dec. quando tu intras domum meam ſine pacto, de quo in l. excepta, & l. licet. C. loca. Ioan. And. in addi. in titu. de loca. §. poſtq̄. in add. quæ incipit, vbi dubita &c. Quid autem poſſit petere, an quantum præſes in ſimili officio alteri dediſſet, an vero quantū aſſeſſor ab altero habuiſſet, vnus eſt tex. ſingularis. in l. in ſumma. §. in frumento. j. de condi. inde. ver. a ſimili dēt habere quātum alteri dediſſet præſes. Circa hæc adduco aliud pulchrum.

9 † Nunqd Senator, qui nullū pactū fecit, debeat aſſeſſorē ducere, & reducere ſuis expenſis in locū, vbi eū remouit: Bar. in l. ſuper-

10 creandis. C. de iure fiſ lib. x. tenet qd̄ ſic. Vltimo † nunqd ad petendū ſalariū poſſit ꝯſtitui procurator, & ſimiliter ad illud dandū, vel non ſoluendum? dic qꝛ non, de quo Bar. facit feſtum in l. iubemus. C. de ero. mili. an. lib. 12. quam Bar. ſignauit. Quæro,

11 † nunquid legatus ſi decedit in itinere, tranſmittat ſalariū ad hæredes? certe ſic. l. legatus. §. ſi quis. j. de lega. Sed an ſit dare caſum, qꝛ non tranſmittat, puta ꝑ conuentionē. Pone duo ſunt legati, quorū vnus moritr̄, an creſcat ſocio, an debeat reipublicæ reſtitui. Quidā dicunt ad ſociū tranſire pp æqualitatē, ſed ꝯtrium

12 eſt verū. per l. 2. C. de leg. 10. Quid in ſalario armigerorum, † an poſt reuerſionē a captiuitate poſſint ſalariū petere? dic qꝛ non. l. j. C. de re milit. Contrariū vr̄ in l. deſertorē. §. ſed ſi ex improuiſo. & l. non oēs. §. qui ab hoſtibus. de re mil. Vide Ang. in diſpu.

13 q̄ incipit, exorta guerra, alias renouata &c. Itē † nunquid infirmus poſſit ſalariū petere pro eo tpe, quo fuit infirmus? Gl. in l. arborib. j. de vſufruc. lega. l. ſi vno. §. item cū a quodā. ff. loc. Bal. in l. liberti liberteque. C. de ope. lib. oēs ꝯcludunt, q nō. Sed tex. in l. cū hr̄s. §. Stichus. ff. de ſtatulib. facit dubiū. vbi erat legata libertas ſi ſeruierit anno, infirmatr̄, an habebit libertatē? certe ſic,

14 & eſt fauor libertatis in eo. Venio ad ſecundā partē & q̄ro, † an pp negligentiam, furtum, vel ſacrilegium quis ſtans in officio poſſit ab eo remoueri? certe ſic. l. ſi quis. C. de offic. ꝑſe. ꝑt. Ad illos addo vnam cauſam, l. ſi vtatur ſæuitia maxima, vel proteruitate in torquendo. Bar. & Bal. in l. 2. §. dominorū. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. vbi ſeruus poteſt petere ſe alteri vendi a patrono ſuo, bene facit tex. in l. Caio. §. vlti de alimen. & cib. lega. Sed Bal. in l. ex hoc iure. de iuſti. & iu. tenet ꝯtrium, ſed habes caſum deciden. in officiali in c. j. §. quicunque ad notitiam. de pa. tenen. in vſib. feudo. vt ſi ego do tibi in feudum tale caſtrum, ſi dn̄s reperiatur crudelis ꝯ vaſallos, poterunt adire ſuperiorē & conqueri ꝯ dn̄m, Rex debet eum monere, qui ſi perſeueret, poterit puniri. c. j. de cle. percuſ. Idem dico in præſide habēte aſſeſſorem ſub ſe, qui poterit eum remouere facta monitione. Vltimo quæro, an qui expectat aduentum ſucceſſoris ſecundum. l. meminiſſe. ſ. de offi. proconſu. & l. cum qui. j. tit. proxi. poſſit petere ſalarium eius tēporis expectationis. tex. habes in auth. de admi. §. illud tamen, quod ſic &c.

S V M M A R I V M.

1 *Officio duplici in eodem auditorio fungi nemini conceditur.*
2 *Aduocatus ad maiorem dignitatem electus an deſiſtere debeat ab adiudicatione cauſæ inceptæ.*

LEX V.

Conſiliarijs. Aſſeſſor tempore, quo aſſidet in ſuo auditorio, nō poteſt exercere aduocationis officiū. h. d. No. † qꝛ in vno & eodē auditorio non poteſt quis fungi duplici officio, licet in alio ſic, de quo dic vt dicam. j. Quæritur in glo. † an per prius aduocatus, poſtea electus ad officium ſenatoris poſſit de ea cā cognoſcere, in qua fuit aduocatus. Specu. facit hanc quæſtionē in titu. de aſſeſſ. §. vlti. ad fi. Caſum habes, qꝛ non poteſt, ſed eam debet alteri delegare. l. prætor. j. de iuriſd. omn. iudic. Sed huc apertius cadit &c.

LEX VI.

IN conſilium. Vir eiuſdem ciuitatis poteſt eſſe aſſeſſor procuratoris Cæſaris. hoc dicit.

De iuriſdictione omnium iudicum. Rubrica.

Supra iuriſcōſultus dixit de ſingularibus officijs, dic de generalitate officiorū, & quærit quæ ſit differentia inter iſta officia, & prædicta. Certe eſt duplex, quia ibi intēdit tractare de officio delegati, ſed hic principaliter de ordinario. Vel pōt eſſe quod in tit. de offic. eius, cui manda. eſt iuriſdi. tractatur de iudice delegato in exequendo, hic in cognoſcendo. Vide glo.

S V M M A R I V M.

1 *Iudicis officio quæ veniant expedienda.*
2 *Genus tripliciter conſideratur.*
3 *Magiſtratus officium dupliciter conſiderandum eſt.*
4 *Ius dicentis appellatione quid ſit intelligendum.*
5 *Iudicare quid ſit.*
6 *Iudicis ſpecies ſunt duæ.*
7 *Ius dicentis officium quare potius dicatur latiſſimum, quàm longiſſimum.*
8 *Bonorum poſſeſſio an ſit miſti imperij.*
9 *Dictio, poteſt, in iure poteſt impropriari, pro debet.*
10 *Iuriſdictio quid ſit, & quomodo diffiniatur, et quid importet eius definitio.*
11 *Contumax in miniſtrando iuſtitiā quo caſu iuriſdictionē amittere debeat.*
12 *Poteſtas condendi ſtatuta an præſupponat iuriſdictionem.*
13 *Statutum an poſſit contra ius canonicum a ſubiectis Papæ condi abſque ipſius permiſſu.*
14 *Sententia diffinitiua, & interlocutoria in quo differant.*
15 *Iudicis officium quotuplex ſit.*
16 *Iudicis officium in quo differat ab actione.*
17 *Libellus an ſit in petitione procuratoris ſuſpecti remotionis offerendus.*

LEX PRIMA.

IVs dicentis. Ius dicentis officium est quoddam genus genera
lissimũ comprehẽdẽs in se omnia, quę possunt
1 per iudicẽ expediri. hoc dicit. No. † ꝙ iudicis of-
ficio petitur tutor dari. Item bonorũ possessio
decerni & alia, quæ hic in litera sunt. Aduerte,
2 † ꝙ triplex est genus, generalissimũ omnia cõprehendẽs, vt l. j.
ff. si cer. peta. Aliud est subalternũ genus, vt animal, & cõprehẽ-
dit aliud sub se. Ista fuit gl. in l. legato generaliter. j̃. de leg. j. l. cũ
post. §. j. j̃. de iure do. In glo. j. quæritur, quare iurisconsultus nõ
dixit iudicis officium, sicut ius dicentis? Respondet glo. ꝙ nõ in-
tendit tractare de omni officio, sed de habente merum & mix-
3 tum imperium. Et † debes scire, ꝙ duo sunt magistratus: vnus,
qui habet & merum & mixtũ. Item & magistratus municipa-
lis habens simplicẽ iurisdõnem tantũ, vt in Auth. de defen. ciui.
§. eos. & §. audient. & vidistis. s̃. l. j. de offic. eius cui manda. est iu
risdi. Sed exempla declarant regulam. l. j. §. quod vulgo. j̃. de vi
& vi ar. & de dam. insec. l. damni infecti stipulatio pertinet. Er-
go per exempla hic posita patet, ꝙ voluit tractare de istis maio-
4 ribus. Guliel. & Ia. dicunt † appellatione ius dicentis intelligi de
magistratu inferiori. alleg. l. j. j̃. si quis ius dicen. l. j. §. j. j̃. ne quis
eum qui. Item assignatur & alia ratio, qa ius dicens est gñalior,
5 q̃ iudex. † Iudicare enim est inter duos lites dirimere, vt l. i. de re
iudi. ver. amplius est iudicare, q̃ ius dicere. Sed non placet Bar. p
c. forus. de verb. sig. quia nulla dr̃ia est. Tu non cures multũ de
6 hoc verbo. † Quare ergo considera, ꝙ duæ sunt iudicis species.
Vna quæ habet iurisdictionẽ in potẽtia & exercitio, vt Senator
vrbis. Secunda est, quæ habet in potentia & habitu, sed nõ exer
cet actum, vt sunt iudices cartularii, vt l. j. j̃. de iudi. l. rem nõ no-
uam. C. co. l. fin. C. vbi & apud quem. quib. non vtimur in pro-
posito, sed iurisconsultus intendit dicere de ijs tñ, qui habent
7 iurisdõnem in potẽtia & exercitio. In tex. ibi, latissimũ. † Quæ-
runt Docto. quare non dixit longissimũ. Prima est ratio per l.
cum prætor. & l. cum furiosus. de iudi. Fallit ibi in do. Cy. Alij
dicunt, quod iurisconsulto sic placuit. Bar. addit aliam, quia hic
non intendit tractare quanto tẽpore duret ius dicentis officiũ.
8 In glo. seq. ibi, bonorũ possessio. quærit glo. hodie, † an bonorũ
possessio sit mixti imperij. Aduerte quòd bonorum possessio
secundũ tab. petebatur cum maxima causæ cognitione, & ideo
die feriata non poterat decerni. l. i. §. si causa cognita. j̃. de bono.
poss. l. 2. §. dies. j̃. quis or. in bon. poss. ser. & debebat cognoscere,
an testm̃ esset solenniter factũ ſm. l. hac cõsultissima. C. de test.
Item debebat postmodũ declarare, an esset mittendũ. Itẽ scias,
ꝙ mixtum imperium est, vbi vertitur maxima causæ cognitio
pecun. vt l. imperium. j̃. eo. Item per l. nec quicquã. §. vbi decre-
tum. s̃. de offi. procon. Item non possunt delegari ea, quæ requi-
runt causę cognitionem. Hodie autẽ omnia hæc cessant, ꝙ ho-
die volens venire per iura petitionis bonorũ possessio. ſm tab.
possit petere coram omni iudice, cum esset exactissima causæ
cognitio & iudicis pronũciatio. Dicit enim hæres se hæredẽ in
testõ, & ob hoc admitti ad bonorũ hæreditariorũ possessionẽ,
ſm tab. & sic per viam iuris prætorij solummõ cognoscẽdo effi
citur bonorũ possessor, per l. fi. C. qui admit. Insti. de bon. pos. §.
vlti. probo, per l. 2. C. de mag. mu. & in Auth. de defen. ciui. §. au
dient quoque, vbi probatur, ꝙ iure magistratus delegari potest,
9 & non requiritur causę cognitio. In gl. põt. vides hic, † ꝙ dictio
potest impropriatur, id est, debet. Adde Bar. & Bal. in l. ad presi-
dem, & ibi de dictione, debet, l. Gallus. in prin. de libe. & posthu
mis. Bal. in l. intra. de iniust. rup. & irri. testa. l. non quicquid. j̃. de
iudi. l. j. C. qũo & qñ iudex. Habes etiam de dictione, debet, in l.
creditores. C. de pigno. Adde, ꝙ si dictioni, põt, p̃cedat dictio ne
gatiua, tunc non inducit necessitatẽ. c. 1. de reg. iu. in 6. ibi, bene
ficium ecclesiasticũ non põt &c. Venio ad diffinitionẽ iurisdõ-
10 nis † volo verificare totã istam glo. definientẽ quid sit iurisdõ.
Et est potestas, vt l. potestatis verbo. j̃. de verb. signi. Quare dicit,
de publico &c. quia cõsistit in iure diuino. l. j. aliàs. 2. §. publicũ.
s̃. de iusti. & iu. Sequitur, cum necessitate &c. probatur in l. mu
nerum. §. iudicandi. j̃. de mu. & ho. l. de qua re. j. de iudi. Subdi-
tur inferius, & ęquitatis statuendę. dic vt in c. vlti. de transa. l. pla
cuit. C. de iudi. & l. j. C. de legi. vbi si vna lex est rigorosa, & alia
æqua, iudex debet eligere æquam, quia scripta lex rigorosa non
præfertur æquitati scriptæ. Videtur, ꝙ ista diffinitio sit falsa, qa
pluribus põt competere, quia non solum comprehẽditur iuris-
dictio magistratus, sed ẽt potestas, quam habet pater in filium
legitime natum. per l. item in potestate. cum l. sequenti. s̃. de ijs
qui sunt sui vel alie. iur. Insti. de pat. pot. §. j, in verbo, de publico
introduci potest &c. cum necessitate iurisdicendi, & sic pater p̃t
castigare filium leniter, ita & dominus seruum. l. serui & filij. j̃.
de fur. l. fi. C. an ser. ex facto suo. ibi, domi eos &c. quia in domo
castigantur, l. j. C. de eman. Et potest pater tradere filium iudici
& eidem dictare sniam punitiuam filij inobedientis. C. de pat.
potest. l. si filius. Vide eodem modo quod magistratus cogitur,
ita & pater, per l. j. & per totum. C. de alen. libe. Vnde Bar. soluit
hoc vnico verbo, & addit, à persona publica. Pro declaratione
cum dicitur, cum necessitate iurisdicendi. Si iudex nolit iudica-
re, certe facit litem suam & punitur. l. argentarius. §. cum autẽ.
11 j̃. de eden. l. si quando. C. de inoffic. testa. cum simil. † Sed an si sit
contumax in faciendo iustitiam, amittat iurisdictionem? certe
non, nisi in casu, videlicet quando ter monitus denegat clerico
facere iustitiam. authen. statuimus. uersi. fi. C. de episc. & cler. &
nullo alio casu in mundo punitur. Ex isto uerbo, necessitate iu-
12 risdicendi &c. Bar. in l. omnes populi. s̃. de iusti. & iu. dicit, ꝙ cõ-
dere statuta est iura reddere, ergo iurisdictio est, vnde non hñs
iurisdictionẽ non habet potestatem condendi statuta. Bal. hic
retulit hoc verum per d. l. omnes populi. Item alij qui habent
superiorem, possunt condere statuta, ergo male dicit Bart. quia
illud dicitur in ius dicendo, id est in iudicando. Bart. posuit in l.
nulli. C. de senten. & interlo. om. iudi. & ibi est in eadem opi. in
qua hic Bal. melius dicit in l. 2. C. de consti. princ. vbi vniuersita
tes possunt statuta facere, quod probatur, quia nedum subiecti
Imperatori possunt statuere, sed etiam subiecti Papæ, dummo
do non redundet in damnum Papę. c. 1. de consti. in 6. c. veniẽs.
13 de iureiuran. Sed quæro, † an subiecti Papę possunt statuere ꝯ
can. Ioan. Calde. in consi. 16. vbi decidit, quod sic, per c. oĩs ani-
ma. de censi. de maio. & obedien. solitæ. Sed subiecti imperato-
ri possunt condere, si non redundet contra principẽ, vt l. omnes
populi, nisi sint ab ipsis canonibus improbati, vt est casus in ca.
cum a mense. & in c. relatum. de testi. quia tunc verteretur ꝯ ip-
sas canonicas cõstitutiones. Sed habeo tres casus, ubi secus est.
Episcopus, qui habet ordinariã iurisdictionẽ põt statuta conde
re in sua diœcesi, non tñ iuri canonico contraria sine Papę per-
missione. c. quod super his. de maiori. & obedien. c. si. de off. ar-
chid. Præterea, nec legatus prouinciæ põt statuta condere, nec
legatus Papę, qui est ordinarius. per c. 2. de offi. lega. in 6. De pri
mo habes in l. forma. C. de officio præto. Affri. Sed præfectus p̃-
torio, & legatus æquiparantur, vt est glo. in l. i. s̃. de officio præ-
fec. prætorio, ergo si non potest habens iurisdictionẽ aliquam,
nec qui nullam habet, tñ authoritas eius est magna. In hoc cre-
do, quod Ioan. Calde. non sit recte locutus. Ibi, in possessionem
mittere. An missio realis, vel verbalis possunt delegari, ponã in
14 l. iubere cauere. Nota in hac glo. quod † sententia, per quã diffi
nitur quem mittendum, vel non mittendum est diffinitiua. Ca-
no. in glo. clemen. j. de sequestratio. posses. & fruc. tenent, quod
diffinitiua sit, quæ inter partes decidit principale negotium. Sẽ-
tẽtia vero interlocutoria, quæ fertur in medio, vel in principio
causæ non decidẽdo principale negotium, vt probare quẽ esse
infamẽ testẽ, si iudex pronunciat testẽ non admittẽdum, tunc
dicitur interlocutoria. Legistæ dicunt aliter ibi, habeo cõtrariũ,
quod interlocutoria dicatur, quando pronunciatur mittẽdum
vel non. in l. præsenti. C. de ijs qui ad ecclesiam confu. Bar. ponit
hanc quæstionẽ in l. 2. j̃. de app. reci. l. si finita. §. si forte. de dam.
insec. vbi ẽt vult, ꝙ huiusmodi sñia sit interlocutoria. Ego quia
aliàs dixi in rub. j. de re iud. iõ pro nunc non examino. Vide ibi.
15 Quærit Bar. † quotuplex sit iudicis officium. Rñ. Nobile, quod
per se stat & exercetur, siue petatur, siue nõ, per l. ꝙ si minor. §.
fi. j̃. de mino. vbi minor vult petere restitu. in integrum, dẽt de
per se principaliter implorari, quod ẽt p se exercetur, vt in inq-
rendo malos. iuxta l. congruit. s̃. de offi. præsi. Quoddã est mer-
cenarium deseruiẽs actioni principaliter intẽtatæ, vt si peto per
me tibi deposita, tunc dantur dilationes iudicis officio, & sic iu-
dicis officium deseruit actioni propositæ. Aliud, quod dicitur
aduersarium actionis propositę, & facit libellum ineptum reij
ci, perimit ergo propositam actionẽ. Et ista sunt tria. de quibus
in glo. §. j. Insti. de actio. per alios in l. 4. C. depositi. Istis præsup-
16 positis † quæro in quo differat iudicis officium ab actione: Cer-
tè in tribus principaliter. Primo in origine, quia officium iudi-
cis oritur ex æquitate, actio vero ex obligatione. l. Quintus. de
an. leg. cum simil. de actio. in l. licet. §. ea obligatio. de procur. vt
puta ex contractu locari & ꝯducti. Item differunt in effectu, qa
quẽadmodum præscribitur actioni, ita & iudicis officio per gl.
in l. sicut. de præscrip. 30. an. Sed in causis criminalibus differũt
in effectu, ut puta si accusatio ẽ a me interposita de falso, debeo
exequi intra 20. annos, si inquiratur officio iudicis durat. an. 30.
per glo. in l. querela. C. de fal. Secundo modo differunt in effe-
ctu, quia licet eum, qui est mihi debitor, constituam in mora p
simplicẽ extraiudicialẽ interpellationẽ, ut l. mora. de usur. tñ si
debitor sit officio iudicis non cõstituitur. l. cum postulassem. de
dam. infec. & Bal. in l. i. C. de iurisdi. om. iudi. Habes etiam in l.
seruos ad custodiam. de ali. & ciba. lega. in prin. ꝙ alimẽta lega-
ta seruo debentur eidem officio iudicis, ita ꝙ non constituitur
in mora, nisi postulatione iudiciaria, ut habes in d. l. cum postu
lassem. Item differunt in modo deducendi, uidelicet, ꝙ in actio
ne deducenda requiritur libellus in scriptis, & litis contestatio,

sed

modus in petitione restitutionis in integ.c.fi.de off.iudi. sed si in adeunte petitur, non requiritur. Et an, & quando requiratur libellus, & litis contestatio, Canon. ponunt in d c.fi. Spec.in titu. de offi.iudi.§.iudicis officium, per totum, & in tit.de libel.§.nūc dicendum.ver.8.Legistæ in l.nec quicq̄.§.vbi decretum.ī.de offic.procons.& in l.de submersis. C. de naufra.lib.x.& glo.ordi. in rub.de iner.aç.Ex hoc solet damnari glo.in l.in causæ.§.hæc autem cognitio.j.de procur.vbi post li.contest. non potest mutari procurator, nisi ex iusta cā. vt no.in l.post litem.j.de procu. cum multis seq.c.1.eo.tit.in 6.Pone, impetro a iudice ex officio suo remoueri procuratorem mihi suspectū, † an requiratur datio libelli. Gl.in d.l.in causæ.§.hæc autem cognitio, videtur velle, quòd non immo quod sufficiat talis qualis petitio. Ego eam improbo per c.vlt.de offic.iud. quia tunc principaliter intentatur, & Florentiæ obtinui semel contra omnes Doctores, sed forte habui amicum iudicem.

SVMMARIVM.

1. *Prohibitio iurisdictionis non debet erga suspectum de fuga regulariter extendi. Et die feriata ordinarium incompetentem esse iudicem qualiter intelligitur. nu.2.*
3. *Delegatus an possit mittere in possessionem ex primo decreto.*
4. *Contumacia nimia futuræ contumaciæ præsumptionem inducit.*
5. *Delegatus an possit pecunialiter punire.*
6. *Verbum, dare, in iure prolatum quid significet.*
7. *Iudex unus, an possit cognoscere in causa, in qua petitur hæreditas, & opponitur illegitimitas.*
8. *Clericus in testem coram iudice seculari productus, an, si falsum deponat, ab eodem puniatur.*

LEX II.

Cui iurisdictio. Cui iurisdictio delegatur, ea in consequentiā concessa videntur, sine quibus iurisdictio explicari nō potest. hoc dicit, s̄m glo. Vel sic secundū Odof. Cui iurisdictio ordi.conceditur, ea etiam concessa videntur, sine q. bus illa explicari non potest. Vel sic s̄m Dy. Cui cōmittitur quęstio principalis, quælibet incidēs cōmissa videtur. h.d. & s̄m veriorem intellectū no.regulam.l.cum qua concordat.l.j. in fi.ī. eo.titu.2.& c.de causis, & c.præterea.c.significasti.c.prudentiā. in fi.& c.ex literis.de off.deleg. In glo.i. limito conclusionē glo. 1 † nisi persona sit suspecta de fuga, quia tunc delegatus ab inferiori a principe potest procedere ad capturam personę suspectę de fuga, cum alias sit prohibitus, vt in Auth.de defen.ciuita.§.si vero ignoti.& in Auth.de exhi.re.§.si vero. Et quod possit probatur, quia nedum legato, sed personæ priuatæ licet auctoritate propria capere suspectum debitorem.l.ait prætor.§. si debitorem.de his qui in frau.l.generali. C. de decurio.lib. 10. Quia 2 † die feriata iudex ordinarius est incompetens quo ad exercitium, per totum titu.de fer. & tū respectu fugæ pōt capere die feriata.l. dies festos. C. de fer. Præterea propter periculū moræ multa licent, extra de fer.c.licet. l. si quis filio exhæredato. §.his tū omnes.de ininf. testa. l.prouincialiū.de fer. l. de pupillo.§.si quis riuos.de no.ope.nuncia. Et dicit do. Pet. de Ancha.in suo consi.104.talem captum vt suspectum nō posse opponere exceptionē incōpetentiæ iudicis. Tene menti, quia est pulchrū, & fundat se per prædictas rationes. Et si quæris, an possit immediate procedere ad capturā, dic q̄ si est delegatus a principe p̄t, si ab inferiori non pōt. Sed an possit citare verbo, scilicet, p nuncium, vel per epistolā. Dic q̄ si pōt arbiter, vt in l. diem proferre.in prin.& l.sed si interpellatur. de arb. ergo multo magis delegatus. Sed an possit citare per edictum. Conclude breuiter, q̄ aut loquimur in delegato a principe, & p̄t. auth. qui semel.q̄ńo & quando iud.delegato aūt ab inferiore non permittitur.l. scimus.in fi.C.de iudi.canon.in cle.j.de iud.Bar.ibi extra in uerbo 3 per edictū. Quæro † nūquid delegatus possit mittere in posses. ex primo decreto, quia de secundo est clarum. Et dic aut est delegatus a principe, & pōt per d.§.q̄ń, tu alle.c.2.extra, de eo qui mit.in posses.causa rei seruan.& melius in c. 2.& c.cum aliqui bus.extra de re iudi.quæ addas ad glo. Aut est delegatus ab inferiore & nōn pōt, probatur in Auth.de exhi.re.§.si vero. & l.pro bandū.§.sin autē reus.C.de iudi.Cōis conclusio est Bart. hic, & in l.j.in Auth.de exhi.re.§.si vero.& l.p̄pbandū. §. sin autē reus. C.de iud.& in auth.si intra.de dam.infec.Inno.in c.significasti. de off.leg.Spec.in titu.de iudi.deleg.hoc pōt, & in tit. de primo & secundo decre. §. restat. Sed tunc opponitur ad prædicta, & sic, quia cum causa delegatur, videtur omnia cōmissa, quæ &c. sed sine missione in tenutā & capturā delegatus non pōt iurisdictionem exercere, ergo &c. Quod sit verum patet, quia si iudex non posset cogere per capturam, & similia, semper elusorium esset iudicium. Bar. respondet, q̄ regula illa debet intelligi, dummodo ea, quæ veniunt accessoriè, nō sint maiora & excellentiora, q̄ causa principalis sibi commissa. Sed captura & missio sunt maiora, ergo concessa non censentur. Etiam mixti imperij quæ sunt non veniunt, nisi specialiter delegentur, sed missio ex primo decreto est mixti imperij, & maioris excellentiæ, quàm principalis causa, ergo &c. quod etiam probo per regulam, quia accessoria sequuntur naturā sui principalis. de reg. iur. c.accessorium.eo.tit hoc est verum, nisi accessoria sint pręciosiora & maiora principali, vt est glo.ordi.in l.2. j. de pecu.le. l.hæres a debitore.§.quod si seruus.j.de fideiusso. Et hinc sumitur brocardum, q̄ prohibito principali prohibentur eius accessoria.l.oratio.j.de spon.l.non dubium.C.de legi. vide Bal.& Cyn.in l.illa.C. si rector prouinciæ.Bart. & alios hic, quibus nil 4 addo. Vlterius no. q̄ † ratione nimiæ contumaciæ potest delegatus verbaliter denegare contumaci audientiā. per glo.l.sed si per prætorem.§.sed si dum decreto.j.ex qui. cau.maio.Itē quæ 5 ro, † an delegatus possit pecunialiter punire. Remitto ad l.3.ne quis eum qui.l.j.j. si quis ius dicen. non obrem. Et per hoc est expedita prima litera. Sed quia dixi supra sm Odof. ideo capio 6 literam suam. † Et per verbum illud, dare, significatur transferre & donare. Institu.de actio.§.sic itaque.l. vbi autem.de ver. obli. ergo verior est litera. Odoffre. quę loquitur in ordinario, & non in delegato, licet prima possit sustentari. Bar. respōdet quod verum est, quod cum vnum conceditur, uidentur omnia concessa, per quæ peruenitur ad illud, si sint eiusdem speciei. Sed ad dictum eius respondetur per Authen.de testib.§.si vero ignoti. vbi delegatus potest testem falsā dicentem punire, ergo &c. Respondeo, q̄ tex.ibi non loquitur in magistratu minori, sed in p̄side prouinciæ.§.qui vniuersas.l.illicitas.de off.præsi. Oppo.de c.tuam.de or.cog.& c.lator extra qui fi.sint legit. Responde, q̄ aut causa principalis, & incidēs sunt vnius fori principaliter, & tunc poterit iudex secularis cognoscere de incidenti.l.j.C.de ordi.iud.l.quoties.C.de iudi.aut sunt ambæ diuersi fori, vt puta legitimatio, quæ est spiritualis, & hæreditas, quæ est secularis, & tunc spectat ad eum cognitio.Itē opponitur ꝯ hoc. in c. de prudentia.extra de dona.inter virum & vxo.Dic, q̄ q̄ń iudex est ecclesiasticus, poterit cognoscere de causa seculari incidenti, non econuerso de iudice seculari, quia maius dignum trahit ad se minus dignum.c.volentes.de off.deleg.& d.c.de prudentia. Pro hoc facit, quod habemus in simili ex defectu iustitiæ in foro seculari possum ire ad ecclesiam.c.licet.extra de fo. compe.& nō 7 est sic in laico. extra de iudi c. qualiter. Hinc oritur qō. † Vnus petit hæreditatem. opponitur ꝯ eum de illegitimatione, an poterit iudex secularis de vtraque cognoscere. Bart. hic, & in l.Titia.solu.matri l.omni innouatione.C.de sacrosan. eccle.determinar dupliciter, videlicet si vult cognoscere per viam facti, & pōt, sed ecclesiasticus non.d.c.tuam.& c. lator. Isto modo si petis, vt filius Sempronij, & opponitur nunq̄ fuisse, minime dubitatur, ergo de facto non dubitatur. Item pone in quęstione vsurarū. Peto vsuras, tu dicis nunq̄ hoc fuisse celebratum in ꝯtu, dic idem. Aliq̄ń vult cognoscere per viam iuris, vt de persona q̄ confitetur ꝯxisse matrimoniū, sed dicit non fuisse legitimū, & tunc iudex laicus nō poterit de vtraque cognoscere. Tex. est in c.quanto.extra de iudi.c.si iudex laicus.de sentē.excom. Et hāc conclusionē Bar. sequitur Pau.de Liaz.in clem.j.de vsur.Ioan. And.in c.tuam.de ordi.cog. Anto.de But.in c.cum sit generale. de fo.compe.Lap.in allegatione.56.& dicit ꝯrium de qōne vsuraria, siue sit qō prohibiti contractus, aut facti, nullo modo pōt cognosci coram seculari, & probat, quia nō posset negari, quin sit ecclesiastica.c.1.de off.ordi.c.cum sit. de foro compe. c.ex literis.in glo. super verbo, de infante.de iudi.lib. 6. Hanc sequitur Bal.in d.l.omni innouatione. de sacrosan.eccles. & d.l.quoties. de iudi.& d.l.Titia.solu.matri. Et idem in authen.de hoc.C.de lati.libert.tol.distinguit aliter, q̄ aut vult pronunciare per modum causę, & pōt, per l.j. C.de ordi. sed per viam directi iudicij non pōt. Idem in auth.ei qui.C.de bon. autho.iud. possidē.fuit in alia consideratione, & dicit, q̄ aut pōt summariè cognosci & poterit. Spec.in titu.de conuenien.reis.§. nunc dicamus.ver si.sed nunquid incidenter.& in titu. de primo & secundo decr. §.restat videre. de ven.in posses. mitten. versi. si negatur quam fuisse vxorē sufficit probare, qualiter, & pōt de hac cognoscere iudex secularis. Vel requiritur plenaria causę cognitio, & tunc stat cum Bar. Arch.in c.quid dicam.14.q.4.refert Io.And.in cle. dispendiosām. Et dicas, q̄ dum q̄rimus, an de causa spirituali iudex laicus possit cognoscere, aut quærimus, an possit quo ad impositionē pœnæ, & tunc pōt, vt no.Io.And.in c.1.de vsur. exemplum in vsurario, qui de iure est infamis.l. improbū. de his qui notā.infa.euius ius canonicū vetat sepulturā.c. quanq̄. de usur. Aut iudex secularis vult principaliter cognoscere non ad pęnā imponendā, sed ciuiliter, & tūc per viam facti & pōt, exemplū in vsura, quę non negatur, sed negatur tanta quantitas, vel aliter dico Titium vsurarium fecisse ꝯtum, ipse non negat celebratum.

bratum. Hoc casu pōt iudex laicus principaliter & incidēter cognoscere, quia lex secularis & canonica damnat vsuras. Aliter iura ad hoc inducta essent frustratoria. Et sic iudex secularis nō posset de minimis causis cognoscere, quia Canon. trahunt omnia ad eorū molendinū. Aut volunt cognoscere per viam iuris. & tunc pertinet ad ecclesiasticos tam principaliter q̃ incidēter. d.c.lator.& c.tuam, præalle. Item † quod clericus productus est in testē coram iudice seculari, & dixit falsum, an poterit puniri a iudice seculari? Cy. in l.nullam. C. de testi. tenet quod sic. Hāc eandem vr̄ sequi Bar. in l.hoc iure. in fi.de aqua quotidi.& æsti. Fed. de Sen. allegat ꝯrium in consi. suo 288. sed opinio sua videtur falsa per do. Ant. in c.verum. extra de foro compe. & idē Fede. in consi. 293. & Bart. in l.diuus. de fal. tenet ꝙ non. & Ang. in l.vacantia. C. de bon. vacan. lib. 10. Sed quæro, an iudex criminalis possit cognoscere de ciuili, & certe sic ratione incidētiæ. Hoc firmat Bart. in l. interdū. §. qui furē. j. de furt. & in l. 2. §. hoc edicto. vi bon. rapto. & l. solemus. §. latrunculi. de iudi. Innoc. in c. cum oportet. & c. fi. extra de accusa. Ang. in l. fallus. de furt.

SVMMARIVM.

1. *Merum imperium dupliciter considerandum, & dupliciter definiendum.*
2. *Principi reseruata.*
3. *Merum imperium quibus competat, & quibus non.*
4. *Persona singularis non potest renunciare priuilegio vniuersitati concesso.*
5. *Meri imperij gradus septem.*
6. *Carcer an sit meri imperij, & quam multipliciter consideretur.*
7. *Tortura an sit meri imperij, item bonorum publicatio.*
8. *Magistratus qui non potest principaliter cognoscere de causis meri imperij, an possit incidenter, & quid de causis mixti imperij.*
9. *Mixtum imperium quid sit, & quare mixtum dicatur, & quot gradus habeat.*
10. *Appellatio an sit mixti imperij.*
11. *Magistratu vacante ad quem, vel quos deuoluatur ipsius iurisdictio.*
12. *Imperium tam merum quam mixtum, an possit præscribi.*
13. *Iurisdictio inferior quæ dicatur, & in quibus differat a mera.*

LEX III.

quid per solā subdelegationē intelligatur iurisdictio inchoata,
adeo ꝙ nō finiatur morte primi delegantis, habes glo. singula
rē in c. si consul. de offi. dele. in 6. quod non solū per simplicem
cōmissionē citationis, sed etiam per solam delegationē desunt
res esse integrę. Tene mēti, quod etiam probatur in l. imperiū.
in fi. s̄. eo. conclusum fuit per solam citationem seu cōmissionē
citationis causari principium iurisdictionis. Dubium est si cita-
tio sit inualida, an intelligatur perpetuata iurisdictio delegati?
Glo. est Ioan. And. in ca. cum plures. de offic. delega. quod non,
quia quod nullum est, nullum parit effectum. Sed contra eum
videtur casus. de offic. deleg. c. venerabilis. in antiq. vbi dicitur,
quod princeps causam delegauit Titio, Titius eam subdelega-
uit

in Sempronio, iste Sempronius fecit simplicem actum nullũ. Quæritur an morte ipsius expiret iurisdictio: Respondet hic Papa quod non. Certe ex illo causat magnam dubitationem, & Canonistę tangunt multũ male. Tu premitte, quod potentius est ius, quod quis habet ex persona sua, quàm quod habet ex persona alterius. Probatur in l. si filius. §. j. ff de bonis lib. in l. quod Principi, & l. si Augustæ. ĵ. de legatis 2. Ergo sequitur, quod mors ordinarij potentior est ad extinguendum iurisdictionem, quàm mors delegati à Principe, & dicendum quod sic quantumcũque per actum nullum suam iurisdictionem fundasset, & ita loquitur c. venerabilis, aut quæritur nunquid morte ipsius ordinarij, & dicendum est quod nõ, & ita loquitur. c. cum plures. Item dicitur hic quod re integra morte delegantis extinguit̃ iurisdictio Quęrit Bar. an ipso iure finiatur iurisdictio. Innoc. in c. licet. extra de offi. delega. tenet, quod ita demum expiret si partes opponant, sed in c. cum venissent. extra de test. tenet contrarium, s. quod ipso iure habeat eandem. Sequitur Specu. in titu. de iudi. deleg. §. restat. ver. quod si delegatus ignorans. Barto. indistincte loquitur. Sed miror de istis Doctoribus, quia in c. fi. §. officium. de offi. deleg. in 6. est casus, quod expiret ipso iure quo ad non cępta, vnde casus est ibi in conseruatione data a Papa ad defendẽdum alios à violentia delegati, vt est glo. in c. j. de offic. delega. in 6. & tunc aut est ibi speciale in conseruatore, aut in contrarium est ius commune, aut ille tex. ponit regulam, & tunc habes casum pro te Pro opin. Innoc. ponitur & inducitur, quod ibi sit speciale, ego dico. quod etiam extenditur ad communem alium delegatum, quod puto verius per identitatem rationis & dispositionis. c. iure correct. & per alia. extra de transac. cum si. Item quæro.

15 † cum dicitur quod morte delegantis re integra expirat iurisdictio delegati an sit verum, si ipse ignoret eius mortem, & incipit cognoscere. Quod expiret eius iurisdictio Legistæ habẽt gl. in l. eius qui in prouincia. circa prin. ĵ. si certum peta. quod finiatur. Hanc sequitur Spec. in titu. de iudi. delega. §. restat. ver. item mortuo. & ver. quid si delegatus ignorans. Eandem sequit̃ Bar. & est cõmunis opinio, quod semper finiatur. hæc de tacita reuocatione, videlicet per mortem. Quid autem si expressa reuocatione, nunquid finiatur iurisdõ, etiam si delegatus illam ignoret. Ista fuit opi. relata à Cy. in l. mandatum. C. manda. dicentis finiri siue sciat, siue ignoret. Contraria opinio fuit verior, quod ita demum finiat̃, si ad notitiam eius peruenit, arguendo de procuratore ad iudicem, per l. si mandassem. ĵ. mandati. Canonistæ in cle. j. de renuncia. in glo. vbi non finitur mandatum, nisi post certificationem procuratoris. Et quod sit vera probo, quia contrariorum eadem est disciplina. l. j. ŝ. de his qui sunt sui vel alie. iur. Nunc sic delegatus per literas non potest procedere antequàm præsentetur. c. super eo. el 2. extra de appel. No. Inno. in c. ex conquestis. de restit. spolia. & sic a contrario non finitur, nisi notificatum sit. c. quia cunctis. §. ex parte. de cõces. præb. Capio aliam quæstionem Bar. Quid si delegatus remouetur ab officio, cuius respectu causam delegauit re integra, an per morẽ expiret iurisdictio: Bart. hic determinat quod tam ex causa mortis quàm cuiuscunq; remotionis finiatur iurisdictio delegati. No. Innoc. in c. licet vndique. Specu. in d. §. restat. ver. sed quid pro duobus. Ego do casum in c. vlti. de offi. deleg. facit pro simplici Legista. l. si per epistolam. de acquiren. hæredita. ver. si tutor mandans remouetur a tutela extinguit mandatum.

16 Item quærit Barto. † an superuenienti excommunicatione ipsius delegantis re integra finiatur iurisdictio? Allegat no. Innoc. in d. c. §. restat. ver. quid si inter duos. Barto. fuit simplex Legista, quia casus est rotundus. de hoc in c. si is cui. de offic. delega. in 6. ver. mors & excommunicatio æquiparantur. Sed quid in vicario episcopi, qui iurisdictionem habet originariam, an excõmunicato episcopo extinguatur iurisdictio vicarij. certè non, sed sua iurisdictio intelligitur suspensa. Casus est in d. c. Romana. ad fi. de offic. vica. Ratio est, quia tribunal vicarii & episcopi censetur vnum & idem. ita est casus in c. Romana. de appella. in 6. c. 2. de consue. eo. lib. vbi sicut excommunicatio suspendit tribunal episcopi, ita & vicarii. Bal. in l. præcipimus. C. de appella. Et ex hoc dicit Inno. in c. cam te. de rescri. quod mandatum collatum in persõnam vicarij intelligitur collatum in personam episcopi, Tenementi. Quæro.

17 † nunquid sit dare casum, quod morte mandantis etiam re integra non expiret iurisdictio delegati? certè habes quinq;. Primũ, si data sit iurisdictio duobus insolidum, & vnus incepit vti iurisdictione per viam citationis, alter vero non, inchoans non est finita. c cum plures. de offi. deleg. in 6. quia censetur vna & eadẽ, & sic perpetuata quo ad alium. Item est secundus in iurisdictio delegati Papæ, quæ etiam re integra non expirat Papa decedenda. c. a. de offi. leg. in 6. Tertius casus est in inquisitore hæreticæ prauitatis, cuius iurisdõ morte Papæ non expirat, etiam re integra. c. ne aliqui. de hæreticis in 6. Alius est in executore dato a sede apostolica super gratia iam facta. c. si super gratia. de offi. delega. in 6. Item regula, quæ dicit, quod morte delegantis expirat iurisdictio delegati re integra limitatur per textum in c. si cui. de probationi. in 6. Aliam litationem dant domini de Rota in decisionibus nouis. Decisione, quæ incipit. Item fuit dubitatum si executor datus a Papa. Lap. in alleg. c. vltima limitatio est. si Papa mandat aliquid alicui ad suam iurisdictionem ordinariam pertinens. Exemplum, Papa mandat alicui aliquid principaliter ad iurisdictionem causarum iudicij Malliorum. c. in quibus habet ordinariam iurisdictionem. Casus est secũdum vnam lecturam. in Auth. vt nulli iudi. §. si non iubemus. & §. si vero præcepta. Ista deducuntur ad quæstionem, Papa mandat cursori aliquem citare vel ex argumento aliquem capere, mortuo Papa re integra nõ expirat eorum iurisdictio, alter allegatur in l. fundi venditor. de acqui. posses. Idem in l. venditor. §. an dices. ĵ. de iudi. Bal. in l. j. C. de postu. & l. edictum. ĵ. de iudi. ego in d. l. fundi venditor. & l. si per epistolam. de acquir. hæredi. Item quæro,

18 † delegatæ sunt plures causæ & delegatus in vna tantum iurisdictionem inchoauit, moritur delegãs, an intelligatur iurisdictio perpetuata quo ad omnes, ponit glo. in c. licet vndiq;. de testib. & c. pastoralis. de rescri. Spec. super d. ver. quid si super duob. & omnes cõmuniter sunt in vna opinione, quod intelligatur perpetuata quo ad illam vnam. Sed Bart. voluit distinguere & male, an sunt commissæ particulatiter plures causæ & vna inchoata in alijs finitur iurisdictio. l. scire debemus. de verb. oblig. quia quot sunt delegat. &c. & in cõtrariis non fit illatio, aut committitur vniuersitas causarum, & tunc perpetuatur quo ad omnes. l. si quis mancipijs. §. si impuberes. ĵ. de instit. Sed contra Bat. est casus per locum a speciali. in c. ne aliqui. de hære. in 6. vbi fauore fidei morte Papæ non finitur iurisdictio inquisitoris nec ad causas cęptas. Si ergo est ibi speciale, in contrariũ est ius in alijs, puta c. fi. c. officium. de offic. delega. Est casus, quod si committitur conseruatori communis causa iniuriarum vniuersaliter finitur iurisdictio quo ad non cœpta. Ad §. si impuberes. respondeo, quod ibi loquitur in mandato priuati.

19 Vltimo † an per litis contestationem adijciatur aliquid iurisdictioni iudicis delegati, quod per prius non habebat. Dicas quod ita. Casus est in l. reus paratus. ĵ. de procurat. videlicet quod vbi ante litis contestationem non poterat reum soluere volentem absoluere ab obseruatione iudicij, poterit post litis contestationem &c.

S V M M A R I V M.

1. *Actio contra album corrumpentem popularis dicitur.*
3. *Masculinum in materia pęnali concipit fœmininum.*
3. *Pœna pecuniaria commutatur in corporalem, si impossibilitas soluendi interueniat.*
4. *Rusticitas, & iussus prætoris excusant quem a dolo.*
5. *Index diuersas habens imponere punitiones debet stare mitiori.*
6. *Album corrumpentis pœna cui veniat applicanda.*
7. *Accusatus de ope & auxilio an actu vel maleficio non probato punietur, & in pœnalibus masculinum ad fęmininum porrigitur.*
8. *Constitutio pęnalis an extendatur de casu ad casum, aut de persona ad personam.*
9. *Constitutio pęnalis annullatiua actis an sit extendenda.*
10. *Index an in vna eademque sententia possit pœnam pecuniariam & corporalem imponere.*
11. *Paulus corporaliter punitus ob pecuniæ carentiam, an si diues efficiatur, iterum pecunialiter soluere cogetur.*

L E X 7. & 8.

SI quis id quod. Corrumpens, vel remouens prætoris edictum pœna quingentorum aureorum punitur, quam si nõ potest soluere, luit in corpore. de quo per Canonistas in c. finem litibus. de dolo & contu. & per Legistas hic. à qua pœna illi excusantur, in quibus præsumptiuè cessat dolus, & si sunt plures, eorum quilibet punitur insolidum, quia pœna eorum sic committitur, quod vno soluente alter nõ liberatur.

1 Et accusatio huius delicti popularis est. h. d. cum Cy. No. † quod actio contra corrumpentem album popularis est. No. secundo

2 in ver. serui, † quod masculinum in pęnali materia concipit fęmininum, vnde consequenter resultat, quod in pęnali propter identitatem rationis verba extenduntur de stricta significatione vocabuli ad latam, quod dic vt ĵ. declarabit̃. No. in ver. quod si dum proponitur, quod verba præteriti temporis de propria significatione non compræhendunt tempus præsens, ad idem. ĵ. de verb. signifi. l. verbum erit. licèt aliquando extra identitatem rationis fiat extensio, vt hic est casus, de quo dic similiter vt ĵ.

3 No. in ver. seruos. † quod propter impossibilitatem soluendi pęna pecuniaria cõmutat̃ in corporalem: & cõcordant gl. quod sicut declaro vt ĵ. dicetur.

4 No. in ver. doli. † quod rusticitas, seu prætoris iussus excusant quẽ præsumptiuè à dolo. Ad primũ. ĵ. de edẽ. l. j. in fi. Ad secundũ de reg. iur. quod quis mandato. & ĵ. de iniu. l. furti. §. iussũ. cum alijs in glo. allegatis. Nota ver. quod si alius. quod vbi mãdans in dolo est, & non mandatarius, mandans tãtum punitur. Ad idem no. gl. l. in rem. §. tignũ. & quod ĵ. dicet.

No. in vltimo ver. cum l. seq. quod pluribus delinquẽtibus omnes teneantur in sollidum, quinimmo vnius solutio alterius non parit liberationem, de quo dic vt plenè per Bar. in l. semper. §. in/se pulchro ĵ quod vi aut clam. Quæro dicitur hic, quod corrumpens prætoris edictum punitur pœna quingẽtorum aureorum.

5 Modo pone. † sunt duo tex. loquentes de diuersis pœnis, l. de maiori & minori summa, cui textui stabit iudex maleficiorum. Cy. simpliciter respõdet, quod stabit textui loquenti de summa minori, quoniam pœnæ restringendæ, vt in regula odia. de reg. iur. in 6. & in eis mitiores esse debemus. l. de pœnis. ĵ. de regu. iuris. l. cum quidam. de libe. & posthu. de hoc Bart. in l. Pedius. ĵ. de incen. rui. & naufra. infert ad statutum, pone, statutum punit furẽ ſm valorem rei subtractæ, contra eum fit libellus, in quo deducitur res, non æstimatio, nec probatur quantum valeat, & quia res aliquando est varia in æstimatione, nunquid iudex sequitur maiorem vel minorem. Bar. secundum Cyn. in d. l. Pedius. dicit quod iudex accepit æstimationem secundum quod minus. Facit Inno. dictum in c. cum dilectus. de ordi. cogni. Ita etiam in simili si committatur violentia publica punitur magis, quàm priuata, si iudex non specificauit in sententia de qua intelligetur? certe de priuata. tex. est in l. si præses. ĵ. de pœ. bene facit. l. hæc tamen

6 causæ. de tuto. Glo. querit, † cui applicetur pœna corrumpentis, & dicit quod parti, & allegat simile in prin. de sepul. vio. pro hoc facit secundo, quia vbi est accusatio popularis, tunc pœna ex ea resultans applicatur accusanti. l. si cui. ĵ. de verb. signi. Sed quid quando lex non specificat, cui applicatur. Bart. ponit in l. agraria. ĵ. de ter. mo. Bal. in l. si ecclesiæ. C. de episc. & cleri. & l. si quis maior. C. de transac. Ego posui in l. lex Cornelia. ĵ. ad Silla. Glo. opponit de l. si is qui rem. §. si tu Titium. ĵ. de fur. vbi non tenetur mandans, licèt mandatarius non delinquent. Solue ibi in furto, hic in corrumpente. Item dicit glo. mandantem ex delicto teneri, quia constat propter suũ dolum, ergo non potest dici quis tulisse opem in eo delicto, quod non apparet, oportet ergo præsupponi in furtum, si dicatur datum fore auxilium. Sed pone.

7 † quis accusatur de ope & auxilio, & non constat de delicto, an poterit puniri? Dicendum quod oportet cõstare, vt l. si is qui rẽ. §. si tu Titium. ĵ. de fur. Tex. est in simili in l. j. C. vbi cau. fisca. Ista lex in princ. loquitur per verbum generis masculini, postea vtitur fœminino in verbo vtrunque. In hoc an & quando masculinum concipiat fœmininum, vide Bar. in l. semper. §. si in sepulchro. ĵ. quod vi aut clam, in l. si multi. ĵ. de pub. Bal. in l. item Mela. §. si plures. ĵ. ad leg. Aquil. Quid in statutis. in l. j. de verb. signi. Bar. Cy. & Bal. in l. quicunq;. de ser. fug. & in l. si ita sit scriptum. de leg. 2. Bal. in l. Gallus. de libe. & posthu. Cano. in c. identitatis. de electio. in 6. Archid. plenius. 12. q. 2. in c. suadente. vbi glo. sin

8 gularis. † Nota hanc l. quod in pœnalibus masculinum extenditur ad fœmininum ratione idẽtitatis, quod etiam locum habet in statutis. No. etiam ratione identitatis in pœnalibus de stricta significatione vocabuli ad latam verba extendi, quod an sit verum breuis est conclusio Io. And. Aut illud quod est pœnale est correctorium, & tunc verba non extenduntur, vt in cle. hi qui. in verbo, ex eisdem. de æta. & qualita. Aliquando lex ipsa est pœnalis tantum, & tunc fit extensio, vt per casum in clem. j. in verbo, eleganter. de elect. Legistæ in glo. magna. circa principium. in l. si quis in tantam. C. vnde vi. Ego dico hic esse casum. Sed dictum Io. And. redditur hic dubium per tex. in auth. minoris debitor. in glos. super ver. ad curatorem. & in auth. vnde sumitur. C. qui date tut. pos. quæ loquit in curatore, & extenditur ad tut. Et est sing. gl. ibi, sed pro ɔcordantia potes dicere, quod aliquando lex ipsa pœnalis correctoria est inducta fauore alicuius, quia iure redditur fauorabilis, tali casu verba quantumcũq; pœnalia & correctiua, sicut in d. auth. minoris, extenduntur de stricta significatione vocabuli ad largã. Aliquando ipsa lex pœnalis non est inducta fauore alicuius, & tunc verba non extendunt, ita loquitur cle. hi qui. Tene menti, quia nõ repeties in §. de viro. vbi Doctores ponunt. Præterea vides, quod verba præteriti temporis non trahuntur ad præsens, licèt ex identitate rationis in pœnalibus fiat extensio. Quæro an statuta pœnalia propter idẽtitatem rationis extendantur, ad præsens, dicendum quod sic, per tex. in l. quo naufragiũ. §. deinde ĵ. de incen. rui. nau. quem textũ addo ad istum, & ita non est iste singularis. Item quæro, nunquid lex seu ɔstitutio extẽdens aliam legem seu ɔstitutionem præcedentem in vno casu sub pœna ad aliũ videat repetere pœnã in sequẽti casu, vt puta dicit statutũ, ꝙ mulier nõ possit portare syricum sub tãta pœna. Alia ɔstitutio dicit, ꝙ sicut prohibet syricum, ita & rosatum. De hoc est glo. notab. in l. fi. ĵ. de in ius voc. ꝙ non videatur repetita eadem pœna in sequenti casu, nisi hoc nominatim exprimatur. Cano. dicunt contrarium per glo. in c. de multa. in verbo, ecclesiastico. extra de præbẽ. Ego considero de hoc duplicem concordantiã. Primo ꝙ si in vna eademq; lege primo prohibente vel constituente, lex seu ɔstitutio vbi est facta extensio, vt tunc habeat locum. d. c. de multa, videlicet quòd censeatur facta repetitio eiusdem pœnæ, & hoc operatur vicinitas. Si vero est dispositio in vno, est & extensa in alio, & tunc non censeatur facta repetitio, & ita loquitur glo in l. fi. ĵ. de in ius voc. Vel possumus dicere, si cõstitutio extensa emanauit ex eadẽ potestate, a qua emanauit extendens, & tunc censeatur facta repetitio, ita est casus in d. c. de multa, secus si ad diuersa. vt in d. l. fi. Sed qd in ɔstitutione loquẽte per verba, q̃ pñt denotare inclusionẽ & exclusionẽ, an extendat ad inclusiua, vel exclusiua puta p dictionem vsque, a, vel ab. Exemplũ, faciens furtum vsque ad duos aureos non suspendatur. gl. est singularis in l. idem in vno vsq;. ĵ. de dolo. videlicet ꝙ extendatur, prout est fauor ipsius delinquentis. Item quid si est constitutio, quæ præsentata vno modo includit, alio modo excludit. exemplum, si episcopus Italicus ꝓmouerit ad ordinẽ aliquem forensem clericũ Vltramontanũ punitur in 5. habes gl. sing. in c. j. in verbo clericũ. de tempo. ordi. lib. 6. videlicet ꝙ debeat præsentari eo modo vt includat, non vt excludat. Vltimo nũquid ɔstitutio pœnalis inter easdẽ personas extendatur de vno casu ad reliquũ per idẽtitatem rationis. Hoc habet gl. in clem. 2. in verbo, lineum. de vita & honest. cle. & tex. in c. j. §. porro. quæ fu. pri. cau. bene. amit. in vsib. feud. & quod no. Io. And. in regula. odia. de iureiu. Legistæ habent glo. in §. item mista est actio. insti. de actio. Itẽ nunquid constitutio pœnalis loquens in vna persona loquatur ad aliã personam habentem in se idẽtitatẽ rationis. Iura in ɔ̃rium sunt in l. senatus. ff. de ritu nup. & l. si libertus. §. senatus. eo. tit. & C. de interdic. matri. l. fi. In contrarium facit. l. patri. cum no. per Bar. ĵ. de adul. & l. si filius. l. 1. & 2. cũ ibi no. per Bal. C. ad Macce. & l. filium ha

9 beo. eod. titu. & l. Iuli. de ritu nup. Sed † quid si constitutio pœnalis sit annullatoria actus nunquid extendatur. Habes glo. in c. si postquam. de elec. in 6. & in cle. j. in verbo, præsidentes. de rescrip. Aliã in c. fi. & c. postquam. de elec. Item dicitur hic, ꝙ pp impossibilitatem soluendi pœna pecuniaria cõmutatur in corporalẽ, & sic habes, ꝙ in criminalibus, qui non potest soluere in ære, debet in corpore. Nunquid idẽ sit in ciuilibus. Habes

10 tex. in l. nemo carcerẽ. de exac. trib. lib. 10. Itẽ † quæro, nunquid iudex in vna & eadem ſñia possit inferre pœnã corporalem, & pecuniariã. habes in l. si non conuitij. C. de iniur. Ego allego gl. in c. Raynaldus. extra, de testa. & l. conductores. C. loca. & l. non ab re. C. vnde vi. Vltimo hic habes, ꝙ in pœnis, solutione vnius alij liberentur vel non. Vide plene per Barto. in l. semper. §. si in sepulchro. ĵ. quod vi aut clam, & in l. si multi. ĵ. de publi. & per Bal. in l. item Mela. §. sed si plures. ĵ. ad legem Aquil. Quæro,

11 † aliquis in defectum pecuniæ fuit punitus corporaliter, si postea peruenerit ad pinguiorem fortunã an possit cogi ad soluendum, dicas quod non. per l. sed si vnius. §. si ante. ĵ. de iniur. quia non debet quis bis puniri ex eodem delicto. Item dicitur hic ꝙ rusticus excusatur, dicas hoc verum nisi sit sagax, vel quid clandestinè fecerit, de quo vide gl. C. de interdic. matr. l. j. & est glo. in l. athletas. de excusatio. tuto. Item quæro, vbi habent canonistæ, quod qui non potest soluere in ære, luat in corpore, habent in c. finem litibus. extra, de dolo & contum.

SVMMARIVM.

1 *Familia contra vnum delinquente, an dominus pro pluribus teneatur, & econtra si vnus contra plures.*

LEX IX.

SI familia. Vbi tractatur de publica vindicta, factũ a familia punit vt factũ a pluribus, alias secus, & consiliũ plurium adhibitũ circa vnũ idẽ punit vt ɔsiliũ vnũ tñ, non aũt vt ɔsilia plurima. h. d. No. quod corrupto ptoris albo p familiã dñs non consequit beneficiũ vnicæ solutionis, licet in furto, dãno, & iniuria secus. No. secũdo ꝙ sicut maiestas attribuit principi, ita ẽt attribuit & ptori, & libero populo seu ciuitati. ĵ. de cap. l. nõ dubito. ita ẽt & alteri libero dño non recognoscẽti superiorẽ, vt in l. 3. C. de epis. aud. Nota tertio, maius est delictũ, ꝙ cõmittit in contemptũ psonæ publicæ, q̃ priuatæ, ꝙ patet, quia magis punitur. No. quarto, ꝙ albo ptoris & ministratione iniuriæ pluralitas ꝑsonarũ arguit pluralitatẽ delictorũ, licet secus sit in furto vt hic est notab. tex. & ĵ. de iniurijs. l. si plures. No. vlti. ꝙ pluralitas plonarũ ɔsulentiũ circa vnũ & idẽ non arguit pluralitatẽ ɔsiliorũ, sed iudicatur tantũ cõsilium vnum, quod declara vt plene per Dy. & Bar. in l. semper. §. si in sepulchro. ĵ. quod vi aut clam. Pri-

1 mo vides in hac l. quod † si familia domini deliquerit corrũpendo, vel damnũ dando, vel iniuriando circa vnum & idem, dñs tenetur vt pro vno. Limita hoc, qñ circa vnũ & idẽ delinquit vniformiter, secus si difformiter, per tex. in l. si quis. §. fi. ĵ. de fur. Secundo adde & ponatur, ꝙ tẽpore commissi delicti plures fuerunt serui, qui non erant vnius familiæ, sed pluriũ dñorũ, postea qñ volo agere effecti sunt vnius dñi, an tunc teneatur dñs, vt pro vno, aut prout diuersis? dic vt prò hoc dijudicando attendi-

tur

tur ipsius delicti commissio, non tempus agendi, per tex. in l. air prætor. in fi. ʃ. de noxa. Tertio pone, quod familia intulit damnum duobus habentib. bona cõmunia, non diuisa, & vnus istorum egit cõtra dominum ipsius familiæ, a quo pęnam recepit, postea alius socius vult ad idem agere, an teneat dominus ambobus? dicendum quod non. Ita est notabilis litera in l. fi. ʃ. si fa. mil. fur. fecis. dica. Item dicitur hic quod potestas, quæ attribuitur Principi, attribuit & Prætori & libero populo seu ciuitati. Modo quæro, nunquid sicut delinquẽs in Principem, qui cõmittit crimen lęsæ maiestatis, si deliquerit ꝯ ciuitatẽ seu liberũ populum, ita cõmittat idem crimẽ. Glo. sunt ꝯriæ, vna in l. fallaciter. C. de aboli. alia in l. j. ʃ. ad leg. Iul maiesta. Et de hoc vide per Bar. in extrauag. qui sint rebelles. in ver. rebellantes. Sed quæro, hic vides, quod quis propter plures delinquẽtes tenetur soluere vt pro vno. Pone, quod statutum dicat, quod ciuitas, castrum, vel villa, quæ non cepetit malefactorem, puniatur tali pęna, & pone, quod plures fuerunt malefactores, pro quibus non captis ciuitas vel castrum exigitur, an teneatur soluere vt pro vno, vel vt pro pluribus. dicas, quod tenetur vt pro vno Ita refert Bart. fm Cy. & Dy. in l. ex maleficijs. §. is quoq;, il 2. ʃ. de act. & obliga. Idẽ sequitur Bal. in l. j. C. de condic. fur. Et vide in simili Barto. in l. cum exhibuisset. §. si plures. ʃ. de publi. & in l. 3. ʃ. de neg. gest. & Bal. in l. iubemus. §. sin autem. C. ad Trebel. Bene facit tex. in l. 3. cum seq. ʃ. de iis qui deic. vel effu.

SVMMARIVM.

1. *Iudex esse non potest in causa propria, aut suæ familiæ.*
2. *Consuetudo dans alicui potestatem cognoscendi in causa sua an sit valida.*
3. *Ordinarium nõ posse in causa suorum iudicare qualiter sit intelligendum.*
4. *Pater an possit iudicare duobus filijs suis litigantibus.*
5. *Arbiter an possit quis esse in causa propria.*

LEX X.

QVi iurisdictioni. Nõ potest quis esse iudex i causa su , vel suorum propinquorum, aut familiarium. h. d. Notabi-
1 tis primo, † ꝙ in causa sua nemo iudex est Ad idem. C. ne q. in causa sua. in rubro & nigro. & 4. q. 4. in c. 2. No. secundo, quod in causa suorum non potest quis esse iudex, quod dico, vt declarabitur in glo. Iste tex. habet tria capita. Primũ est, an quis potest esse iudex in causa sua. In hoc accipe negatiuam, vt s. dixi. Adde nunquid hoc fallit in Papa, & Imperatore, & in alijs, qui non recognoscunt superiorem. Hanc quæstionem ego ponam in duabus legibus sequentibus, videlicet in l. prætor, & in l. eum qui. Sed dubium est quid in episcopo, & cõsequenter in potestate, an possunt cognoscere de iniuria, quæ sibi illata est. Quæstio mouetur per Inno. in c. ex parte. extra de verb. signifi. Ego refero me ad glos. vt in c. Romana. de pęn. lib. 6. sed casum
2 habes in clem. de foro compe. Quæro, † nunquid valet consuetudo, quæ dat potestatem alicui cognoscendi in causa sua. & videtur quod non, tanquàm inducens occasionem delinquendi. In contrarium est casus, quod valeat in d. c. j. de pęn. lib. 6. Item similiter quæro, nunquid episcopus possit esse iudex in causa ecclesiæ suæ. Innocẽ. hoc tangit in c. nosti. extra de ele. Sed vos habetis glo. ordi. quod possit. 2. q. 7. c. si quis aliam. in c. cum venissent. extra de iudi. Hodie est casus in c. cum personæ. de priuile. in 6. Sed tex. in l. nec quicquam. s. de offi. procõ. dicit, quod melius faciat si ad superiorem remittat. Sed quæro, quid si iniuria illata est minori magistratui, remitto vos ad c. dilectus. extra de
3 pęn. & c. j. de offi. delega. Secundo dicitur hic, † quod iudex ordinarius neq; liberis, neq; vxori ius dicere debet. Cano. habent de hoc tex. in c. postremo. extra de appel. & in q. 7. §. tua. ver. filius. & c. cum quæritur. An quis possit esse iudex in causa suorum filiorum, dic, quod aut loquimur in iudice delegato, & dico quod potest, sed recusatur, ita loquitur in l. in priuatis. ʃ. de iudi. aut loquimur in ordinario, & tũc aut vult cognoscere in causis criminalibus, & non potest, vt l. Cornelia. ʃ. de iniurijs. aut in ciuilibus, & magnis causis, & tunc aut filius agit & non potest, aut ꝯuenitur in minimis causis, & potest. tex. est in l. ille a quo. §. fi. allegata in glos. Sed an sicut in causis iurisdictionis contentiosę, ita & voluntarię Et in omnibus dic quod idem, l. an apud. ʃ. de manumis. vindi. & l. si consul. s. de adop. Sed ista procedũt,
4 quando filius litigaret cum alio extraneo. † Quid autem si duo filii litigarent, an tunc pater possit esse iudex inter eos? dicitur quod sic, quia cessat suspicionis causa, cum sint paris gradus. l. non solum. C. de dona. habetis glos. vnam in glo. cum rub. c. canonicus. extra de offi. deleg. aliam in c postremo. extra de appel la. & 3. q. 5. c. j. Sed nunquid episcopus vel alter maior possit cognoscere de delictis cõmissis in suos familiares, vel illis, quæ in alios commiserunt, & nunquid in causis pecuniarijs possint esse iudices ordinarij. Cyn. Iaco. de Are. & Bal. ponunt in l. j. C. ne quis in cau. sua. Bar. in l. si quis. §. si quis. ʃ. de pęn. Inno. posuit in d. c. ex parte. de verb. signi. Do. Ant. de But. in c. cum contingat. extra de foro compet. vbi etiam tractat, an valeat consuetudo attribuens iurisdictiones alicui cognoscenti in causa, in qua nõ possit alias cognoscere contra eum, qui fuit eius familiaris. & tunc desijt. Bar. in l. j. §. idem Cornelio. & §. seq. ʃ. de quæstio. Et per Specu. in titu. de teste. §. i. ver. quid si olim. vbi habes an possit esse testis. & gl. in q. 5. in c. accusatores. & per Inno. in c. inquisitionis, & c. cum oporteat. extra de accusa. Item pone, quod sit casus delicti, in quo regulariter quis nõ potest esse iudex in causa domestica, nũquid si delictum est notorium possit de eo executionem facere? dicendum quod sic, quia cessat causa suspicionis, vt est tex. in c. nouit. de appella. & hoc procedit in iis, qui habent merum imperium. Quid autem sit in alijs magistratibus. dicas quod debent remittere ad superiores, vt l. 2. C. de offi. pręfec. Augu. Quæ autem sint causæ, ex quibus delegatus possit recusari. dic vt in c. causam quæ. de offi. deleg. & c. accedens. el i. vt lite non contesta. & in c. insinuante. de offi. dele. & no. in d. c. po-
5 stremo. Item † quęro quid de arbitris, an possit quis esse arbiter in causa sua. Dic vt in l. sed si filiusfa. alias quin etiam. ʃ. de arbit. sed arbitrator potest, vt no. in l. pen. ʃ. de arbi. Ex his quęro, nunquid valet statutum, quod iniuriatus possit se vindicare ab iniuriante. do. Anto. posuit in c. quia in ecclesiarum. extra de constit. Bal. in l. si penes. C. de po. Sed an valeat consuetudo, vt offendens in manibus offensi se remittat, & quod possit sibimet vindictam sumere. Bald. in l. j. §. vsque adeo. & l. sed si vnus. ʃ. de iniur. dixit quod potest. Barto. dixit, quòd non valet consuetudo talis. Vide glos. in l. penult de arbit. Cano. in c. cum contingat. de senten. excommu. vbi prohibet in clericis, in laicis approbat. Et sic Bar. dixit contra hunc textum.

SVMMARIVM.

1. *Actiones diuersæ, an vnico libello possint intentari.*
2. *Conuentio & reconuentio diuersos non exigunt iudices.*
3. *Parti non debet permitti nec concedi libertas contra partem.*
4. *Abigeus, & fur in quo differant.*
5. *Coaceruatio delictorum puniendorum qualiter facienda.*

LEX XI.

SI idem cum eodem. Cumulatio nõ fit ad impediẽdum iudicis iurisdictionem, vbi causa conuentionis & reconuẽtionis coram eodem iudice tractatur. hoc
1 dicit cum §. j. No. † primo secundum elegãtiorem intellectum, quod vnus contra alium vno & eodem libello plures actiones mouere potest, quod intellige siue actiones differãt numero tãtum, non autem specie siue specie & numero. Primo probatur. ʃ. pro socio. l. cum duobus. §. si plures. famil. ercisc un. in l. hæredes. non est nouum. Secundũ probatur. C. de anna. exceptio.
2 l. vlti. ad finem. Nota secundo, † ꝙ vbicunq; tractamus de odio, quo ad faciendum iudicem incompetentem, summarum coaceruatio fieri non debet. No. in §. conuentionem & reconuentionem coram eodem iudice tractari debere. Ad idem. l. pe. & auth. ibi posita. C. de defen. extra de mutu. peti. c. j. Quinimo & simul & semel de eadem cognoscẽdum est, & vna eademq; sententia terminandum. extra de ordi. cogni. c. cũ. M. dilectus. ʃ. quę
3 sen. sine app. rescin. l. j. in fi. No. ibi, ne in potestate, † quod in potestatem mei aduersarij conferri nõ debet id. quod mecum habet agere. ʃ. de arbit. l. ne in potestate. In glo. an debeat fieri plurium summarum coaceruatio. Dic sm Bart. aut sit ad fauorem inducendũ, & tunc potest fieri coaceruatio, vt l. si plures. in glo. Aut ad inducẽdum odium, & tunc non, vt hic, & in §. si quis autem. C. de dona. in l. sancimus. Hic oritur quæstio. Statutum dicit, quod bãnitus in summa pecuniaria a 70. lib. supra possit impune occidi, tunc pone, quod habuit bannũ in 30. vna vice, alia vice ex alia causa in 40. nũquid vt possit occidi, possint istæ summæ cumulari? hic habes quod non. ꝯcor. Bar. in l. 2. §. vlt. de condi. instit. item in l. vbi fideiussor. ʃ. de sol. Ang. in l. si plures. in fi. ʃ. de pac. Attende quod mihi videtur contrarium. Et scias quod abigeus est fur animalium existentium in grege. Ad hoc quod quis sit talis abigeus, requiritur, vt furatus sit decẽ animalia. l. fi.
4 de abige. si in minori numero, fur est. † Differẽtia inter furem & abigeum, quia abigeus potest relegari & ad mortem puniri, fur de iure non. l. j. C. de ꝯdi. ob turpem cau. Pone quod quis plura & diuersa furta fecerit, an possit puniri coaceruãdo ista furta, vt abigeus. Dic quod sic, per l. fi. §. qui sæpius. ʃ. de abige. & hoc inducetur in odium. Rñ. distinguendo, an quæris an cumulus ipsarum summarũ sit faciendus in odium personæ priuatæ, & fauore alterius personæ priuatæ, & sic nõ, vt hic. Vbi vero de odio personæ priuatæ & fauore reipublicæ, tũc sic, vt d. §. qui sępius. Igitur concludo ꝯ Bar. in dicto statuto, quod possit fieri cumula-
5 tio fauore reipublicæ. Quæro dicit statutũ, † quicunq; cõmiserit vnum furtũ puniatur certa pęna, qui duo decapitetur, & pone quod commisi vnum furtum solum & absolutus sum, nec si commisi duo, de quibus non est facta punitio, an debeat fieri coaceruatio de primo ad hoc, vt possim puniri: vel pone quasi furtũ vel homicidiũ in Alemania, & aliud Mediolani. Io. And.

tn ad li. Spec. in rub. de fur. in q. nunquid facienda est cumulatio delicti, de quo non potest cognosci. Bar. in l. si cui. ff. de accu. Bal. in auth. sed nouo iure. C. de fur. Ego consului Florentiæ de quodam notario. Bal. no. in l. j. C. de iudi. act. & auth. qui semel. C. quomodo & quando iud. Item dicit statutum quicunq; cōmiserit vnum furtum puniatur in centum, qui duo, ei amputetur pes. Pone, quod diuersis temporibus furatus sum, an debeat fieri cumulatio, vt possim puniri amputatione pedis, habetur in l. enim qui. §. item dicit. ff. de furtis. Item pone, quod debeat fieri æstimatio plurium rerum, an debeat fieri cumulate, an de per se vnaquæque. Vide in l. fi. §. æstimationem. C. de iure dot. Item pone, dicit statutum quicūque seruierint per annum domino ciuitatis, efficiantur immunes a collectis, ego seruiui diuersis temporibus, ita quod de collectis mensibus efficitur annus vel tempus anni, an ero immunis, in l. non solum. §. annus. ff. de excusa. tuto tu dic, vt in l. Paulus. §. idem respondit. ff. de libe. cau. quod sic ego posui in l. fi. §. quoties. ff. de publi. Item pone constitutio vult, quod qui steterit per annum in ecclesia, habeatur professus, si diuersis temporib. stetit, an fiet cumulatio? Ponit Bern. in gl. in c. enim qui certis. de reg. iu. li. 6. Bal. in l. fi. ff. loca. Dixi quod causa reconuentionis debet tractari coram eodem iudice, & eadem sententia terminari. nūquid habeat locum tam in ordinario, quàm delegato. dic vt in c. j. de mutu. pet. & in arbitro. extra de arbit. c. cum dilectus. Sed pone quod reconuenio coram diuerso. habes in c. dispendia. §. reis. de rescri. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Cumulatio summarum quibus de causis sit in iudicijs admittenda.*
2 *Relatio semper est in dubio super proximiori casu applicanda, licet etiam possit in remotiori.*
3 *Iurisdictio taxata an impediatur cumulatione summarum, vel probationū, vel similium incidentium.*
4 *Debita annuatim soluenda an possint vna actione cumulari, vt pro pluribus annis vna petantur.*

§. Si vna. Ex pluralitate personarum non debet fieri diuisio rerum in actione contentarum: hoc dicit. No. 1 † quod licèt summarum ex diuersis actionibus debitarum non debeat fieri cumulatio ad impediēdum iudicis iurisdictionem, vt in prin. l. nihilominus summarum vna eademq; causa debitarum cumulatio fieri potest, vt iudicis iurisdictio impediatur, text. est hic no. & concordat. l. si separatim. in §. j. ff. de appel. Nota secundo inspici id quod euenire potest, de quo dic, vt dicetur in gl. Nota tertio in glo. eorum sententia. in si secūdum intel- 2 lectum veriorem, † quod relatio clausulæ in fine positæ, in dubio facienda est ad proximam in eodem casu, etiam si fieret ad præcedentia, & resultaret in ipsa dispositione cōtrarietas, quod dic, vt dicetur in gl. Glo. ponit brocardum, scilicet quod inspici debeat id quod euenire potest, quod an & quando sit, vide per Bar. in l. inter stipulantem. §. sacram. de verb. oblig. & per Bal. in l. j. ff. de in litem iuran. Addo vnum. dicit l. inter stipulantem, quod aduersus casus in homine non est considerandus. Hoc est verum vbi cōsideraretur ad sui odium, secus ad fauorem. l. generaliter. §. si homini libero. ff. de fideiu. Hæc est materia relationis & repetitionis. Et primo de via relationis. Aut clausula posita in fine orationis referatur ad proxima, vel præcedentia. Facit triplicem diuisionem. Aliquando loquimur in contractibus, aliquādo in vltimis voluntatibus, aliquando in legibus, aliquando in statutis. De primo casu per Barto. in l. licet Imperator, & l. talis scriptura. de legatis j. idem in l. in repetendis, & l. si tibi cure. de leg. in l. j. §. deinde. ff. de postulan. Bal. in l. j. C. de legi. hæred. De vltima voluntate, in c. secundo requiris, & in c. inquisitionem. extra de appella. c. olim. extra de rescript. & c. abbate. de verborum signifi. De repetitione pone hanc quæstionem, an dictum in primo repetatur in secundo, fac similem diuisionem, vt in vltimis voluntatibus. Barto. in l. Seia §. Caio. de fun. instructo. De contractibus, in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. de verbo. oblig. De legibus vel statutis habes in l. prætor §. erit. vi bo. rapto. Bal. in l. quemadmodum. §. hæc verba. ff. ad leg. Aqui. & in l. j. in prin. de publi. Spec. in tit. de instru. edit. §. nunc autem. ver. item excipe. in tit. de disputa. & alleg. aduo. ver. vel in princi. fac. narra. Item hic vides tractari de iudicibus habentibus iurisdictio- 3 nem taxatam. Nunc quæro, † iudex non habet cognitionem nisi in summa ista. Pone dedi libellum continentē hanc summā, pendente lite res crescit, nunquid talis iurisdictio impeditur? Guili. allegat, quod multa impediunt facienda, quæ non impediunt iam facta. l. patre furioso. de his qui sunt sui vel alie. iur. Dic quod est casus in l. fi. §. cum scimus. C. de appel. Item quod damno dato agitur actione l. Aquiliæ. Modo si tu reus confiteris, condemnaris in simplum, si negas in duplum. Tunc quæro damnum datum erat in 20. ago coram iudice competenti ad illa 20. nunc lite pendente reus negat, & sic actio creuit, an impedietur iurisdictio. Guili. determinat quod non. Tu dic quod cōsiderāda est primordialis materia, non accidētalis superueniēs. l. itē veniunt. §. cum prædiximus. ff. de peti. hære. & glo. in l. certi 4 pdō. ff. si cer. peta. Itē † ex cōtractu vel vltima voluntate debetur mihi decima annuatim, possum agere ad oīa simul, quæ mihi debentur, ne oī anno tædio afficiar. De vltima voluntate est in l. j. C. de desen. & no. in l. 2. C. de præscrip. 30. ann. De contractibus glo. ordi. in l. non quemadmodum. ff. de iudi. Nunc pone, quod quolibet anno a testatore. 50. sunt relicta aut ex cōtractu. Modo volo agere coram iudice cognoscente de ista pro omnibus mihi in futurum debitis. Guiliel. dicit, quod istæ summæ sunt singulariter cōsiderandæ, per tex. in l. scimus. §. fi. C. de dona. & sic iudex erit competens, aliàs secus. Tu considera aliter, nam differentia est an quid annuum debeat ex cōtractu, & tunc pro omnibus annis debitis nascitur vna actio, adeo quod illa eadem mihi competit pro singulis annis, vt l. senatus. §. fi. de donatio. cau. mor. & l. si seruus meus. Si autem ex vltima voluntate, tunc pro quolibet anno nascitur mihi noua actio, tali casu non fit coaceruatio, quia pluribus actibus debentur, vt est casus in principio huius legis, si autem vna actio secus, vt hac l. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Magistratus municipalis an potestatem habeat in his, quæ sunt meri imperij.*
2 *Constitutio mentionem faciens de supplicio an debeat exponi de vltimo.*
3 *Coercitio leuis cuius sit imperij.*
Coercitio modica tripliciter consideranda.
4 *Confitens coram iudice incompetenti an virtute suæ confessionis possit tradi iudici competenti.*

LEX XII.

Magistratibus. Municipalis magistratus erga seruum, vel liberum hominem non habet sæuiorem vltionem, sed modicā 1 coercitionem. h. d. † No. j. municipij magistratū non habere potestatem in iis, quæ meri sunt imperij. Adde idem in l. j. s. de offi. eius cui manda. est iurisdi. in Auth. de desen. ciui. §. audient. & §. ipsos quoq;. Nota secundo eosdem potestatem habere puniendi modica castigatione, vel leui coercitione, vt d. §. indicare. quod etiam ipsis delegatis permittitur, vt extra de offi. dele. præterea. l. j. in fi. & l. fi. s. de offi. eius cui manda. est iurisdi. 2 vide l. si quid erit. s. de offi. procon. Nunquid † cōstitutio faciens mentionem de supplicio, intelligatur de vltimo. Glo. videtur dicere quod sic, & quod hoc sit verū, dic, quod aut sunt mulctæ, videlicet quando verbum vnum in constitutione positum potest comprehendere plura supplicia, referendum est ad minora. l. interpretatione. de pœnis. glo. in l. j. C. ne Christ. mancip. alia glo. in l. fi. C. quæ res ven. non pos. alia in l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accu. Et respondeo ad gl. in hac l. quia hoc ideo dixit, vt euitetur 3 contrarietas. Quæro, † nūquid leuis coercitio sit meri, mixti, vel iurisdictionis. dic, dum quærit cuius sit generis. Dic quod modica coercitio est triplex. Quia aut fit ad vindictam publicam, & ista dr̄ esse mera, sed expeditur nobili officio & publicam vtilitatē respicit, ergo &c. Quædam est quæ fit ratione partis interesse, & tunc est mista. Pone casum, si delegatus ab inferiori a Principe videns partem contumacem pronunciauit in possess. mittēdum ex primo decreto, circa ista fit interesse partis. Probatur, quod sit mista, ex diffinitione misti. Quædā est coercitio leuis, quæ exercet ad coadiuuandum iurisdictionem, & tunc si iurisdictio est inferioris gradus, ita erit ista coercitio. Pone delegatus denegauit cō tumaci audientiam, vel respectu cōtumaciæ imposuit 10. solid. vt l. fi. C. de mo. mulct. & sic, quia ista coercitio exercet circa inferiorem iurisdōnem, non erit iurisdictio. probatur quia accessorium sequitur naturā sui principalis. Item modica coercitio dupliciter potest cōsiderari. Vno modo prout cōpetit inferiori vel delegato. Primo casu pōt imponi, quæ ēt tendat ad pœnā corporalē leuē. tex. est in d. Auth. de desen. ciui. Si aūt cōsideras prout cōpetit delegato, tunc ista coercitio non extendit ad corporalē, sed ad leuē, vt in c. cū venissent. extra de eo qui mit. in pos. Item ad condemnationē expēsarum. l. scimus. de iudi. l. properandū. §. sin aūt. C. eo. Itē si iudex iubeat partib. rñdere, si non rñdeant, pronunciabit haberi pro cōfesso. Item si reus non vult iurare de calumnia, poterit pronūciari pro confesso. l. 2. §. sin aūt reus. de iuramē. calum. Qualiter autē procedat, dic per Bar. in l. ex qua- 4 cunq;. ff. si quis in ius voca. non ie. Sed quæro, † ego sum confessus me deliquisse coram iudice incompetenti, an valeat confessio, adeo vt ex ea iudex competens contra me possit procedere? Guil. & successiue Bar. hic. Bal. in l. clarum. C. de au. præstā. & in l. j. C. de cōfes. Inno. in c. per inquisitionem. de ele. & in c. at si clerici. Specu. in titu. de confes. §. sequitur. ver. quinto. Tu dicas, quod aliquando confiteor coram iudice incompetenti, cuius iurisdictionem possum prorogare, & tali casu confessio est valida, & tunc non solum ipse, sed etiam competens poterit punire. l. consensisse. j. de iudi. aut fit coram eo, cuius iurisdō non pōt prorogari, & tūc est nulla cōfessio. c. at si clerici. præalleg. Ista distinctio fuit Io. And. in tit. de confes. Sed quod hæc cōfessio non valeat, vt possit

possit puniri, est verum, sed bene valet ad torquendum. Probo. Nam confessio delinquentis coram incompetenti iudice facta habetur pro extraiudiciali, quæ facit indicium. l. capite quinto. ad l. Iul. de adul. l. quæro. in fi. de ædil. edi. Adde pone, quod talis cõfessio fit in iudicio nullo respectu ordinis iudiciarij, an reddat confessionem nullam. Cano. habent tex. loquen. in foro suo in c. j. de accusa. in 6. quod valeat, licèt Inno. dixit quod etiam puniri potest. in eo. c. qualiter & qñ. el 2. extra de accus. cuius dictum sequitur Bar. in l. si confessio. j. de custo. reo. Cano. habent alios tex. loquentes in iudicio ciuili, in c. Pisanis. extra de resti. spolia. Alium in clem. constitutionem, in fi. de elect. Bal. in l. j. §. eo. & in l. j. j. si mẽs. fal. mo. dix. allegauit illum tex. Legistæ habent per Bal. qui alleg. in l. 2. C. de re iudi. tex. in l. ait prætor. §. permittit. j. de mino. Sed adde, licèt isti dixerint, ꝙ possit puniri in eodem, in contrarium est veritas, quia non valet in eodem. in l. cum scimus. de agrico. & censi. lib. 11. & l. iubemus. C. de libe. cau. pulchre facit l. voluit. in fi. j. de inter. ac. Sed quid si ꝯfessio est facta in iudicio inualido, sed facta est de alio delicto, quam de eo, de quo est quæstio, an valeat vt possit quis puniri de vero delicto. Spec. in tit. de inquisi. §. nunc videndum. circa princ. ver. quid si actum. & tit. de test. §. j. ver. quid si in modum exceptionis. Bal. in l. presbyteri. C. de epis. & cleri. & in l. mercalem. C. de condi. ob tur. cau. veritas est, ꝙ non valet, vt possit puniri eodem iudicio pœna ordinaria, sed bene valet, vt possit puniri pœna extraordinaria, vt in c. cum dilectus. ad fi. extra de ord. cogn. & c. j. de except. ad fi. Item pone, episcopus vel inquisitor inquisiuerat contra clericum tanquam contra hereticum, qui degradatus est & traditus curiæ sæculari, an iudex sæcularis debeat sequi processum primum. Bar. in l. diuus. la 2. de custo. reo. Bal. in auth. clericus. de epis. & cle. C. de exhi. reis. d. Ant. in c. at si clerici. Canonistæ in c. vt inquisitionis. §. prohibemus. de hære. lib. 6. In contrarium facit in Auth. de san. episco. §. si vero crimen.

SVMMARIVM.

1 *Delegare nemo potest nisi iurisdictionem habens ordinariam.*
2 *Magistratus non cogitur ius reddere vltima die sui officij.*
3 *Delegatio valida duo præsupponit.*
4 *Delegatus indebite an partibus volentibus possit in causa incepta per eum procedere.*
5 *Sententia à delegato putatiuo prolata an ratificatione ordinarij valideẽ.*
6 *Delegatum se dicens, cum non sit, an patientia ordinarij ius acquirat.*
7 *Magistratus, quando dicatur officium dimittere.*

LEX 13. & 14.

3 an iniuste retineantur.† Item quæro, nunquid impubes possit pro represalijs conueniri vel capi.Bald. in authen. se.l. C. ne vxor pro ma.Et ex prædictis apparet decisio. §. j. l. neque. Ad glo.pro secundo membro,adde l.si eum.in princ.j.si quis caut.Quærit Barto.quis debeat captum relaxare. An custos carceris possit sine iudicis mandato. Per dictum Guliel. concludirut,φ requiritur iudicis mandatum,in l.ij.§.de offic.eius cui manda.est iurisd. Tu distingue, φ is qui carceratus est ad mei petitionem de iudicis mandato manet ad mei faciẽtis carcerari fauorem,tunc requiritur mandatum iudicis.l. in seruitutem.§.si petierit.j.de bo.libe.Aliquando vero est in carceribus ob fauorem alterius,vel fisci, puta, φ sit recommendatus,& tunc consensus aliorum,quam iudicis mandatum requiritur per reg.in vltima.j.de pac.& l.si post mortem.in fi.j. de bono.poss.contratab.& l.Stichum.j. de manu.Item debes scire,φ captura fit aliquando ad finem personalis comparitionis,aliquando vt ipse captus carcerari emancipetur,vt soluatur,& de primo loquitur ista litera.Ex quo dubium, an eo ipso,φ dat fideiussorem de comparendo, debeat relaxari? In hoc facit tria membra. Aliquando captus est respectu pęnæ pecuniariæ,aliqñ respectu pęnę criminalis criminaliter intentatæ,ex qua personaliter venit puniendus.Aliquando vero venit respectu causę criminalis arbitrio iudicis principaliter.Primo casu clarum est.φ debet relaxari præstita fideicommissione,hoc probatur hic,& j. in rub. in ius voc. vt eant. Secundo casu aut captus potest dare fideiussorẽ, & debet relaxari, aut non potest, & tunc debet carceri mancipari, vt l. 2. j.de custo.re.De tertio casu non debet fideiussori relaxari, per l. j. & 3.j.de custo.reo.Quarto aliquando arbitrio iudicis,& dic ₰m vnam opi.Bal.in l.i.C.de exhi.re.φ debet aduerti patriæ consuetudo,₰m quã iudex pęnam imponat,vt pro datione alapæ imponitur pęna pecuniaria,tunc datione fideiussoris reus relaxandus est.Si vero imponitur pœna corporalis,tunc relaxari non debet.alleg. ad hoc.l.quid ergo.§.pœna grauior. de his qui no.infa.Ego dico in hoc membro,φ nullo casu venit relaxandus.Primo,quia ratione emergentis casus licet iura transgredi.Inno.in c.j.de consti.& ratione enormis delicti.l. diuus. ad leg.Cor.de fal.& sic consuetudinem non seruabit. Præterea in causa extraordinaria non admittitur procurator.l. fin. C.de iniur.Item captus relaxatur per fideiussionem,nisi similem satisdationem pluries dederit,& iudicis mandata contẽpserit,Glo.in l.Cornelia.§.ex vinculis. ad Silla. In muliere distingue,quia aut capitur pro causa criminali, & dic idem qđ in mare,aut pro causa criminali ciuiliter deducta, & tunc nõ debet carcerari,si iurauerit se repræsentaturã per tex.in auth. nouo iure.& vnde sumitur.C.de custo. reo. Secundo mẽbro principali non debet relaxari captus,si deduceretur, vt veniret ad soluendum.De hoc Bar.hic,& in l.properandum.§.sin autem,C.de iud.Bal.in l.multa,C.de iure delibe.pro hoc in l. si pecuniç.j.si in pos.leg.& l.si confessus.j.de custo.reor. Item pone,est quis incarceratus,& nescitur qua causa, quæritur qs debeat ipsum relaxare? Dic φ debeat a iudice impetrare,vt relaxetur,& tunc iudex debet facere præconizari, vt in l. si quis vxorem,§.si fugitiuum.j.de furt.& in l.vlti. de exhib. re. Item pone,Dicit statutũ,φ nemo debeat relaxari,nisi dederit cautionem de iudicio sisti.Et si is,ad cuius petitionem carceratus est,non reperitur,quid fiendum? Dic similiter, φ debent fieri bannimenta,vt eligantur.Dixit Bald.in l.mulier.j.de codi.Itẽ quæro,quid ex eo quia commiserat excessiuum crimen, fuit in perpetuum carceri mancipatus,& vt continuo damnatus ad mortem duceretur,vide.l.in metallum.j.de pęn.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus n sit indiuiduum,& an idem de feudo.*

LEX XXIII.

Communis. Capio l.communis. Hanc l. allegamus † φ iuspatronatus est indiuiduum, vt l.Cornelia pia.j. de iurepa. & l. fi.fa.ercis.Quæro modo,quidam erat meus vasallus,qui decessit relictis pluribus filijs, nunquid vnusquisq; de perse simpliciter consideratus sit vasallus,an distinguatur, φ quilibet tenetur pro virili parte.Hanc quæstionem concludit Spe in ti.de feu.§.quoniam.versic.nono.& hæc videtur decisio.Item ego vasallus tibi vnico domino debeo vasallagium, Tu decedis relictis filijs. An vnusquisq; debet a me recipere iuramentum,an sufficiat quod iurem vni. Similiter dicendũ videtur,φ insolidũ sim vasallus,non autẽ cuilibet pro parte.Vide glo.in l.si cuius.§.j.de vsufruct.& quemad.Aliam gl. de vsi.feu.c.i.§.omnes filii.si de feu.fue controuer.Bald.in ca. imperialem.§.præterea.de prohib.feu. aliena.per Feder. Sed pone,quis habet duos dominos,vnum ex his offendat, alium vero minime,an cadat a feudo pro parte, an vero in totum? videtur φ in partem.l.rescriptum. de his quib. vt indig. Contrarium tenent Guliel.& Bald.Hic vero me remitto in l.fraudati.j.de public.

SVMMARIVM.

1 *Solidus legalis nunc est secundum patrię consuetudinem considerandus.*
2 *Appositum in principali an applicetur in adiuncto.*

LEX XXV.

1 Si sine venia. Glo.fina.habet duas conclusiones,scilicet φ† solidus legalis est aureus.Alia gl.C.de ser. fugiti. l. quicunque. hodie debet intelligi secundum consuetudinem patriæ.Glo.can.extra.de iudi.ca.j.& de lega. j. l. si seruus plurium.& l.meminimus.de lega.3.

2 †In secunda conclusione, scilicet φ pœna apposita in principali non videtur repetita in eo,quod est sibi adiunctum.Canon. habent glo. contrariam in c.de multa.in versic.ecclesia.extra.de præben.Lap.in allegat.suis.xxxvij.Ego declaraui.§.in l.si quis id quod . Et quando.l.dicit,quòd pœna apposita vni casui non censetur repetita in adiuncto,nisi fiat expressa mentio, Adde similem glo. Institu.de actionibus,§.pœnales.in verbo,cum is non impetrasset.

¶Si quis in ius vocatus non ierit &c. Rubr.

¶Rubrica continuatur sic,Dictum fuit.§.de his qui in ius vocantur,verum quia in iudicium comparere quandoque contemnunt,sequitur qua pœna puniantur.

SVM-

SVMMARIVM.

1. *Fideiussor quando dicatur idoneus quo ad conueniendi, vel repræsentandi facultatem.*
2. *Fideiussor datus inhabilis pro non dato habetur.*
3. *Renunciatio priuilegij fori non fit verbis generalibus, sed specialibus.*
4. *Fideiussorum species duæ considerantur in materia de in ius comparendo.*
5. *Remissio non habet locum in contractibus, nec in delictis.*
6. *Fideiussorem minus idoneum recipienti imputandum est.*
7. *Fideiussoris inhabilitas tripliciter causatur.*
8. *Priuilegiorum ablatio an præsupponat generalem, vel specialem renunciationem.*

LEX PRIMA.

SI quis in ius. Non censetur fideiussor idoneus, qui fori priuilegio tutus est, nisi eidem specialiter renunciauerit. hoc dicit. Vel sic propius quo ad literam, Non dicitur fideiussorem dedisse, dans illum, qui fori exceptione tueri se potest, nisi illi specialiter renũciauerit. h.d.

1 No. primo fideiussorem de iudicio sisti, seu de repræsentando, vt censeatur idoneus, debere esse sub illius iudicis iurisdictione, sub qua est reus principalis conuentus. Ad idem ĵ. qui satisda. cogan. l. fideiussor. in princip. † 2 No. secundo, ꝙ cum datur fideiussor, non tamen habilis & idoneus quo ad conueniendi facultatem, ille pro non dato habetur, quod dic, vt dicetur in l. 2. ibi, qui satisda. cogan. No. tertio, renunciari posse exceptioni declinatoriæ iurisdictionis eius, coram quo quis conuenitur. Ad idem C. de pactis. & C. de episco. & cler. l. si quis in conscribendo, quod tamen fallit in clericis, vt extra de foro competen. c. si diligenti. 3 No. † vltimo in ver. specialiter. ꝙ vt valeat renunciatio priuileg. fori, non sufficit illam fieri per verba generalia, sed necessario requiruntur verba specialia, quod dic, vt ĵ. declarabo in glo. 2. Dic vt in authen. offeratur, C. de li contes. & dicit, ꝙ ille tex. corrigatur per illam authen. videlicet, ꝙ non dicitur comparere, qui mittit fideiussorem. Iac. de Are. dixit, ꝙ 4 † fideiussorum duæ sunt species, scilicet iudicio sisti, & de his loquitur titu. ĵ. qui satisd. cogan. & tex. ibi in authen. offeratur, scilicet ꝙ debeat comparere, & si immobilia non possidet, dabit fideiussorem de iudicio sisti. Alius est fideiussor de eundo ad iudicium, & iste non præstatur ipsi iudici, sed militi vel cursori, qui mandato iudicis cepit. & de hoc loquitur litera. de hoc etiam loquitur rub. seque. vt prima. In tali casu fideiussor erat citatus, & contumax fuit, iudex fecit eum personaliter capi, hic vt euitaret carcerẽ, dedit fideiussorem, & liberatur iste statim, ꝙ ille fideiussor se prima vice repræsentauit, requiritur ꝙ sit de iurisdictione iudicis. Vel pone secundum Barr. est statutum prohibitiuum, ꝙ nemo vadat de nocte sub pœna, inuenitur scholaris de nocte, miles vult ducere eum coram iudice, an liberetur dando fideiussorem? certe sic. ita probatur in rub. in ius vo. vt eant. Ego adiicio pulchrum verbum, Pone, ꝙ repetiantur quatuor ire de nocte, modo vnus fideiubet alio, an fiet liberatio? certe sic. casus est in l. Romanus Apulus. de tut. & cura. da. ab his. ad intellectum illius dicti vide Bal. in l. orphanotrophos de episcop. & cleric. Alia glo. quærit, nunquid satis est iudici, si saltem fideiussor, qui non erat suæ iurisdictionis, possit coram suo iudice conueniri, & non respondet. Item dicit, ꝙ renunciatio fori est superflua, cum videatur contrahere, & ratione contractus sortitur forum coram non suo iudice. Glo. dat duas solutiones. Secunda est vera. Exemplum, veniens scholaris de Bonona ꝯtrahit Romæ, certe ratione contractus sortitur forum in genere, nõ in specie. hoc est cum habeat tres speciales iudices, non poterit conueniri coram non suo iudice, nec cogitur præcise respondere coram vno. Ex his 5 præmitte ad intellectum tertiæ solutionis glo. † ꝙ in contractibus non est locus remissioni, c. Romana. §. contrahentes. de foro competen. Item præmitte, ꝙ in delictis non est locus remissioni. Item delinquens habet tres iudices, originis, domicilij, & loci vbi deliquit. l. j. C. vbi de cri. agi opor. & per primum respondetur ad contrarium. nam eo ipso ꝙ renunciatur beneficio, locus est remissioni, quod no. per instrumenta, in quibus renunciatio apponitur. Ex glo. no. ꝙ licet quis sortiatur forum ratione contractus, non tamen perdit priuilegium speciale. Secundo no. ex alia solutione, ꝙ id quod dicitur in d. §. contrahentes, habet locum si ibi repetiatur. Addo tibi vnum verbum, nunquid sit locus remissioni ad locum iudicij. exemplũ, Florentinus voluit, ꝙ iudex Romanus possit inter eos cognoscere, si aufugiat Florentinus, & Romanus petat in locum vbi repetitur, eum remitti ad iudicem Romanum, an habeat locum remissio. Dicit, ꝙ non, quia bonum est argumentum de contractibus ad iudicia. l. 3. ĵ. de pecu. Fallit in duobus casibus. Primo, nisi is, qui non sui iudicis iurisdictionem prorogauit, & iurauerit de respondendo vel stando ad ipsius iudicis voluntatem. Tex. est sing. in Auth. de exhi. reis. §. si vero etiam quidam iurent. vnde sumpta est authen. & qui iurat. C. de bon. aur. iud. pos. Secundo, nisi allegetur nimia contumacia eius, cuius remissio petitur, puta si antequam recederet requisitus nunquã compareret. Bal. hoc tangit in l. consentaneum. C. quomodo, & quando iudex. sed ille tex. videtur, ꝙ nil faciat, & ego in consulendo non ita tenerem. Capio vltimam particulam huius 6 glo. dicitur hic, ꝙ † non videtur idoneum fideiussorem dedisse, qui poterat se exceptione tueri, videtur ꝙ debeat imputari ipsi recipienti. Gl. soluit alio modo, scilicet, ꝙ aut fideiussor receptus est a iudice, vt in casu l. eum pro quo. s̄. de in ius vo. & tali casu loquitur hic l. & tunc non præiudicat parti. ar. l. nõ debet alteri, de reg. iur. aut recipitur a parte, & tali casu loqui-7 tur d. l. qui satisdari. infra de fidei. † Sed aduerte, quia inhabilitas fideiussoris causatur tripliciter, primo respectu difficultatis conueniendi, vt in domino ciuitatis, vel castellano cuiusdã rochæ. De hac triplici inhabilitate dicam in l. 2. in princ. ĵ. qui satisda. cogan. Secundo respectu inopiæ. Tertio respectu exce-8 ptionis declinatoriæ. Quæro, † nunquid ad tollenda priuilegia mea requiritur renunciatio generalis, aut specialis. Bar. hic dicit, ꝙ debemus dicere, ꝙ aliquando quærimus, an sufficiat renunciatio per verba generalia. Dico ꝙ hoc casu non excludũt priuilegium. l. sed & si quis. §. quæsitum. ĵ. si quis cautio. Aliquando quærimus, an sufficiat renunciatio post verba specialia, & tali casu sufficient ad excludendum priuilegium, vt hic dum concluditur, ꝙ ad excludendum priuilegium sufficiant verba specialia. Fallit nisi priuilegium foret concessum ratione fragilitatis. exemplum in muliere, quæ habet exceptionem Velleiani, ita dixit hic Bal. Item fallit in minore xxv. annis, qui habet beneficium restitutionis in integrum. Nam vt per renunciationem derogetur dictis priuilegijs, requiruntur verba specialissima dicendo, talis renunciauit beneficio Velleiani, vel beneficio restitutionis in integrum. Sed hoc non puto verum, per tex. in l. fi. §. pe ĵ. ad Velleia. vbi sufficit si dicitur, renũciauit exceptionibus sibi competentibus. Alius casus est vbi priuilegium de nouo personæ alias priuilegiatæ, vel personæ miserabili, puta, viduæ foret concessum, quia ad derogandum tali per renunciationem requiruntur verba specialissima, vt in c. significanti. de offi. deleg. & c. ex parte. Cyn. in l. vnica. in fi. sui commenti. C. quan. Imper. inter pup. & vid. & probatur in l. generaliter. iuncta glo. C. de non nu pec. & l. fi. C. quod cum eo. Item dixit Bar. ꝙ vbi vertitur fauor eius, pro quo satisdatur, requiruntur verba specialissima. alibi dixit Bar. ꝙ non requirũtur. l. filiusfamilias. ĵ. de dona. inter virum & vxo. & videtur dictum suum non esse verum. Certum est enim, ꝙ excludendũ priuilegium requirit ista verba specialiter in fauorem eius, in cuius vtilitatem ipse fideiussor satisdat. Modo vbicunque verba specialia requiruntur in fauorem eius, vt dixi, tunc requirũtur specialissima, vt cle. non potest. de off. ord. c. procur. de ele. Ad propositum Iurisconsultus hic requirit specialissima verba in fauorem eius, cui fideiussit dicendo, renuncio. Sed possumus saluare dictum Bar. scilicet si ille fideiussor haberet vnicum priuilegium. l. nominatim. ĵ. de condi. & demon. & l. 2. & sequen. ĵ. de liber. & posth.

SVMMARIVM.

1. *Citatus a iudice regulariter comparere tenetur.*
2. *Iuris naturalis ignorantia an rusticum in materia pœnali excuset.*
3. *Citatus non comparens respectu interesse citantis, mulctari debet.*
4. *Citatus an teneatur coram citante comparere.*
5. *Delegato an post per eum acta possit imponi infamia.*
6. *Exceptio falsitatis rescripti iurisdictionis exclusiua quando possit contra iudicem delegatum opponi,*
7. *Appellari an possit a sententia iudicis, qua se iudicem competentem pronunciauit.*
8. *Processus iudicis, de cuius iurisdictione dubitatur, an sit validus.*
9. *Iudex ad vlteriora procedens, an videatur se tacite iudicem competentem pronunciare.*
10. *Iurisdictione per conuentum negata post libellum oblatum, an de ea sit discutiendum, antequam procedatur.*

LEX II. & III.

EX quacunque. Quilibet citatus tenetur comparere, & non comparens mulctatur, nisi iusta esset excusationis causa, vel actoris non interfuerit eum comparuisse. & in obligationibus facti, vbi pœna non adiicitur, succedit obli-1 gatio ad interesse. h. d. cum l. seq. No. primo regulam, † citatũ a iusdicente regulariter teneri ad comparendum. ad idem tj. de iudi. l. si quis ex aliena. extra de appel. c. cum parati. No. secũdo, ꝙ citatus non cõparens pro iurisdictione iudicis mulctandus est. ad hoc s̄. si quis iusdicen. non obtemper. l. j. per totum. No. tertio, vt hoc ipsum &c. ꝙ in potestate ius dicentis, ac citãtis est cognoscere & pronũciare an iurisdictionem habeat aduersus citatum, an vero non. ad idem d. l. si quis ex aliena. & c.

super

2 super literis.extra,de rescri.†No.in ver.rusticitati.ꝙ licet de na turali iure sit,vt superioribus parere debeamus, vt l.veluti.ff. de iusti.& iure,a qua quidem iuris naturalis doctrina rusticus astringitur adeo,vt eius ignorantia non excusetur, vt C.de in ius voc.l.venia,Nihilominus quo ad hoc, vt pœnam incurrat, eius ignorantia ipsum excusare videtur,vt hic est casus.No. in
3 versi.item si nihil intersit.ꝙ† vbi nihil intersit actoris citatum comparuisse, eius inobedientia non præstat occasionem ad mulctæ impositionem.Ad idem ĵ.de arbi.l.arbiter talis, & ꝙ plene no.gl.extra,de dolo & contu.c.vlti.No.ex eo, quod licet ex mulctę impositione non consideretur interesse fisci,cui illa venit applicanda,vt est casus ſm vnam lectu.ff.si quis ius dicē. non obtemp.l.j.§.vlt.multominus consideratur interesse age- ris,vt hic videtur tex. De quo dic vt ibi plene dixi. Quæro an
4 †regulariter citatus teneatur coram citante comparere. Facit duo membra principalia. Primum ꝙ aut ipse citatus non im mittitur alicui iurisdictioni,& tali casu citatus non tenetur cō parere, posito, ꝙ ex quadam latenti causa habeat iurisdictio- nem.Io.And.& Doc.in regula iuris, scienti,& in c.præterea.ij. extra,de dila.& probatur in l.quoties,& l.si seruus.ĵ.si qs caut. Exemplum,creatur in ciuitate nouus iudex, cuius iurisdictio later de præsenti.modo citat non expressa iurisdictione, nec est certum ꝙ habeat,quia nouus. Secundum membrum, ꝙ aliquando citans allegat iurisdictionem se habere, & tūc duo considerantur,ꝙ aut immittitur iurisdictioni delegatæ,aut or- dinariæ. Primo casu aut ipse citat in ipsa citatione inserendo copiam rescripti,vel aliquam causam, quæ si esset vera.s.se in citatum habere iurisdictionem, tunc tali casu debet compa- rere.bene facit extra,de app.cum parati,& d.c. pręterea. de di- la.Aliquando vero in citatorio nō ponit copiam rescripti,nec causam aliquam,quæ si esset vera citatus deberet comparere, & tali casu citatus non tenetur comparere.quia pars non tene tur credere simplici verbo iudicis,nisi probetur per scripturā, vel per testes aliquos.C.de superindic. l.j.& l.vnica. C. de mā. prin.& de offic.dele.c.cum in iure.Item dico, ꝙ aliquando ci- tans immittitur iurisdictioni ordinarię,& tunc facit tria mem bra.s.ꝙ aliquando certum est,eum habere iurisdictionem,ali quando certum est non habere,aliquādo vero dubitatur. Pri- mo casu distingue, quod aut citatio est valida, & comparere debet.Ita est tex.in l.vnica.ff.si quis ius dicen.non obtempe.& d.c.cum parati.Aliquando vero est nulla, & tali casu non tene tur citatus comparere. Ad hoc tex.ĵ. ne quis eum qui in ius vo ca.l.j.§.Offilius.Sed quando fit nulla dicam in secundo casu, quando certum est non habere iurisdictionem, hoc casu hic gl.dicit citatum non comparere debere.Ad hoc l. vlti.ff.de iu- risdi.omn.iudi.c.vt animarum.de quæstio.lib.vj. Tertio mem bro quando dubitatur tali casu regula est, ꝙ tenetur compare re.Ita probatur in d.c.super literis. de rescri. Et hic excipe vnū casum.s.ꝙ id qđ dicitur,ꝙ dum de iurisdictione ordinaria du bitatur,citatus debet cōparere, verum est si ille iudex est vni- uersalis,secus si esset particularis inter certas personas,quia ta- li casu non astringit citatum ad comparendum.Gl.in c.j.de in uesti.in ma.fac.in vsib.feu.Pone exemplum,vt quis sit ordina- rius particularis,pone, in domino feudi, qui super quæstione feudi determinat,& dominus ipse est ordinarius.de iudi.c.ce- terum.de foro compe.c.verum, & c. inter quem vel quos de quæst.feu.termi.Si de isto iudice particulari dubitetur, nunqd citatus debet comparere.dic vt in dicta glo. Attende aliud mē brum.s.ꝙ aliquando iudex habet iurisdictionem, quę elidi po test per exceptionem,si opponeretur per citatum, & tali casu fuit dubitatio inter Canonist,Doc.an citatos teneatur compa rere. In hoc facio tria membra, ꝙ aliquando non est certum neque notorium talem citatum habere exceptionem. sed oc- cultum,& debet comparere, & istam exceptionem oppone- re.Ad hoc doctrina d.c.super literis.de rescrip. Aliquando ve- ro notorium est,citatum habere exceptionem,per quam pos- sit summarie citatus excusari, quæ notorietas resultat forte ex tenore ipsius citationis,& tunc comparere nō tenetur. Ad hoc alleg.tex.cle.pastoralis.de re iud.et no Inn. in c.pręsenti.quod hodie incipit,statutum.de rescrip.lib.vj.& gl.sing in c.statutū. §.in nullo quoq;.in verbo,citent partes.de rescrip. lib.vj.puta, quia in citatione posuit locū ad quem citauit, ad quem intro- ductionem non habebat.ita idem Inno.in d.c.præterea.de di- la.vbi ponit exemplum de eo,qui ratione capitalis inimicitiæ non potuit comparere.Idem voluit d.Anr. in d. c.super literis. de rescrip.Tertium membrum est.s.ꝙ aliquando notorie mi- hi competit exceptio,sed ipsa exceptio non resultat ex tenore citatorii,& tali casu si comparet & opponat, nihilominus te- netur comparere.Ista fuit gl.sing.in cle.2.in pe. vel antepe. gl. vt lite penden.bene facit gl.iuncto Io.And.in c.accedens.vt li- te non contes.& cle.appellanti.de app. Capio aliud membrū, quia aliquando citatur quis ad petitionem eius, quem noto- rium est non posse agere, exemplum in excommunicato Itē in bannitis,prout statuta plerunque prohibent talem agere,&

tali casu habemus duas authoritates,ꝙ non.s.Iaco.de Belui.in Auth. de litig.§.ad excludendas.secundā Io.And.in addi. Spe. in tit.de senten.§.iusta.Item alleg.l.non videtur.ĵ de iudic.& l. eo tempore.ĵ.de pecu.Sed in hoc dubito, per c. pia. de excep. lib.vj.Sed gl.in c.j.de iudi.in 6.habetur, ꝙ licet non ualeat pro cessus excommunicati,tamen,si a iudice vel a parte nō repel- latur, valet, & sic saltem causatiue teneatur citatus cōparere. Præterea per tex.l.j.an per alium cau.ap. & l.pe. §.ad crimen. de publi.iudi.ꝙ licet procurator non admittatur in causa cri- minali,tamen si non opponitur,valent per eum gesta, vt l.quā uis.C.de adul.Præterea tertio habemus, ꝙ miles non potest es- se in iudicio,l.miles.de procur.tamen processus per ipsum fa- ctus tanꝙ per procuratorem, si non opponitur, valet.l.ita de- mum.C.de procur.Igitur saltem ad hoc,vt citatus opponat ex ceptionem,debet comparere.Sed aduerte quia sententia Iac. de Belui.fuit dicta per Inn.in d.c.pręterea,Nihilominus ad sal uandum eos dico,ꝙ omnia illa tria iam dicenda, ꝙ processus factus valet,si non opponitur, procedunt quando reus citatus comparet & non excipit. sed quando nunꝙ comparuit etiam processus fit nullus.Item facit dubium,qa nemo debet ex deli cto meliorem conditionem facere.l. non fraudantur.§.j.ĵ.de reg.iur.Item quia negligentia non debet prodesse c. eum qui. de præben.in vj.l. si seruus.qđ vi aut clam. Sed limita dictum Inn.quando citatio non constituit citatum in cōtumacia,exē- plum,quia nō potuit citare.ĵ.de interro.act. l.si filius. Superest in prædictis alia dubitatio.Vidistis,ꝙ quando certum est,ꝙ iu dex quando non habet iurisdictionem,citatus comparere nō deber,quæritur,an debet esse certum an ipsi citato vel iudici. De hoc casu in c.si duobus.extra,de appel. vbi requiritur,ꝙ sit certum ipsi iudici citanti.Per hoc deciditur quæstio, si iudex se cularis citat clericum,an debeat comparere. Aut enim certū est iudici seculari clericum & ipsi clerico constat talem nō ha bere iurisdictionem, & tunc non tenetur comparere. Aut est dubium ipsi iudici.Spe.in ti.de cita §.i. ver. sed pone iudex se- cularis,quem sequitur Io. And. vbi vult ꝙ non debeat compa- rere.c.si clericus.de iudi.Gl.23.q.4.in c. conuenior.est in cōtra rium.in hac opi. Ego starem per hunc in l. si quis ex aliena. Itē ex his deciditur alia quæstio,est quis exemptus a iurisdictione iudicis,pone,ꝙ princeps exemerit a iurisdictione episcopi, vel præsidis quendam clericum,vel laicum.Modo iudex citat exē ptum, an teneatur comparere? In dubio tenetur comparere ad allegandum vel ostendendum suum priuilegium. Inn.po- nit in c.ex parte.de app.in addi. dicens contrarium, ꝙ tali ca- su iudex non impeditur cognoscere hac ratione, quia talis cō- moditas venit accessorie ad causam.Gl.ord.in c. quia sæpe.de elec.li.vi.cuius ratio est,quod accessorij natura non est,vt prin cipale suum indispositum reddat. c.super eo.de præben.lib.6. Io.And.ex tex.l.qui testamento.de testa.& l.dictantibus. C.de testa.probat hoc,quia quanꝙ in re sua non possit esse testis, ta- men potest.quando non fundatur super principali,vt c.insup. extra,de testib.Tertia opinio fuit Anto.de But.in c.super lite- ris.de rescrip.dicens, ꝙ aut commodum est paruum & ratio- ne huius minimi commodi nō prohibetur cognoscere,an sit sua iurisdictio,quia de minimis iudex non curat.l.scio.de in in teg. restitu. Item ratio est melior,quia non prohibetur recipe re esculēta & c.l.plebiscito.de offi. præsid. aut commodum est magnum ex forma statuti,tali casu forte non potest cognosce re.Ego dico,ꝙ vtroque casu non prohibetur cognoscere. Pro- bo,certum est,ꝙ delegatus recipit sportulas,vt i d.Auth. de iu di.& nihilominus ipse potest cognoscere an ipse sit competēs vt in d.c.super literis.de rescri. Et si dicatur, ꝙ dictum c.loquit de iure canonico, quo casu prohibētur recipi sportulæ.c.cum
a ab omni.de vita & honesta.cler. Si de iure ciuili tunc permis- sum est sportulas recipere. Septimo fallit, quando esset quæ- stio de totali fundamento iurisdictionis,quia tali casu non po terit cognoscere.Bar.in l.ex sententia.ĵ.de testa.quam sequitur d.Anto.in c.ceterum.extra,de iudic. Exemplum in eo,qui cō- uenitur negante quem esse senatorem,vel potestatem. Sed si diceret ꝙ talis sit potestas,sed alio respectu non possit cogno- scere,quia tunc dicit ꝙ de incompetenti cognoscet. Mihi vide tur,ꝙ prædictorum sententia non sit vera, quia contra eum,q reputatur senator vel potestas,talis exceptio ꝙ non possit esse senator,quia infamis,vel quia seruus,non potest opponi. Inn. in c.sciscitatus de rescrip.& c.cum super abbatia.de off.deleg. Spe.in ti.de iudi.deleg.§.excipi potest.Alleg.l.ij.C.de senten.& l.Barbarius.de offic. præto. Sed debet recurri ad superiorem si sit infamis,vel seruus,Sed præsupposito ꝙ hæc exceptio possit opponi,ꝙ ipse idem potest de hoc cognoscere probo, iurisdi- ctio iudicis ordinarij est fauorabilior & extensibilior, ꝙ delega ti,gl.in c.super literis.de rescr.in vj.sed delegatus potest in hoc cognoscere,vt Bar.in l.item quia. C.de test. tute. multo magis poterit ordinarius Exemplum in delegato, qui habet cōmis- sionem de cancellaria,& dr illud rescriptum falsum Bar.in d. l.item quia.dicit ꝙ potest ipsemet cognoscere. nō obst.d.l.2.

de

de sen. & l. Barbarius. Item fallit, quando quæstio nõ est inter partes, sed inter iudices delegatos, qui contẽdunt, ad quem ipse iet iurisdictio: qa tunc eliguntur arbitri. c. pastoralis. extra de rescrip. Item fallit, quando quæstio non est de simplici vtilitate iudici ex eo, quia ipsi iudici aliquod commodum potest applicari, vt in c. cæterum. extra de iudic. quæ est no. Inno. vbi de feudali re est quæstio: quia tunc pronuncĩado se iudicem, pronunciaret tacite se dominum Hoc intelligo fore verum, quãdo huiusmodi commodum sibi resultaret inter dictas partes: quia si extra litigantes tunc posset ipse cognoscere. hoc est no. Inn. in ti. de iudi. in c. cæterum. Fallit etiam hæc regula, quãdo pars denegaret, delegantem potuisse causam committere, vt no. Spe. in tit. de iud. deleg. § & excipi. sed quis cognoscet, quia tunc hæc cognitio remittitur ad delegantem. Sunt enim duo vltimi casus multum dubitabiles. An si opponatur iudici incõpetentia ratione excommunicationis possit ipse de hoc cognoscere. Spec. & Host. in tit. de renunc. § fi. ver. sed quid si excommunicati. Vbi concluditur, ꝙ opponatur ordinario, & tũc remittitur ad superiorem. Respon. ꝙ videretur causa propria. Aut opponitur iudici delegato, & tunc nec ipse cognoscit, sed eliguntur arbitri: hoc ideo quia similiter dicimus de causa suspicionis allegata delegato, vt l. apertissimi, & l. cum specialis. C. de iudi. Dicetis nullo modo iudicem de excommunicatione posse cognoscere: sed tunc recurritur ad superiorem. Et est ratio secundum Bar. quia si ratione sportulatum impeditur, vt in glo. l. de iure. ʃ. ad municip. & est maior pœna: multo maius dicta excommunicationis cognitio ei esset magnum commodum sentire, quia maximam pœnam euitat. Sed opi. Bar. nõ videtur vera: quia falsum est qđ dicit de sportulis. Tertia fuit opinio Inn. in c. cum super. de offic. delega. quam tenet Io. And. in nouel. de excep. c. pia. qui dicunt, posse de hoc iudicem cognoscere. & est tex. hic, & l. si quis ex aliena quæ regula est, & tunc si repetiant hanc exceptionem veram pronunciabit se iudicem non esse, & si opponatur, ꝙ manifestat suã turpitudinem, quam nemo præsumitur manifestare, vt quia tũc si male pronũciaret appellaretur ab eius sententia, & superior tũc cognosceret. Sed si vera est horum opinio volentiũ æquiparare exceptionem suspicionis, & excommunicationis oppositam: debemus dicere: quia, vt suspicio opponitur ordinario. Et si de iure ciuili quæramus: nullatenus recusatur, sed illis adiungitur. auth. si uero cõtigerit. C. de iudic. si de iure canonico. aut ille, qui est ordinarius, est immediate datus a principe & tunc eliguntur arbitri, vt in c. cum speciali. de appel. & c. secundo requiris. de app. aut datus est ab inferiore a principe, & tunc hæc causa coram superiori agitari debet, ut in c. si contra vnum, de offi. deleg. li. vj. Si autem opponitur contra iudicem delegatum, & tunc aut est vnus tantum datus delegatus ab inferiore, & cognoscitur coram delegante, vt d. c. si ꝓ vnum. aut hic vnus est delegatus à summo pontifice, & tunc cognoscũt arbitri. d. l. apertissimi, & l. cum speciali, & d. c. suspicionis cau sa. de offi. deleg. in vj. Aut duo sunt delegati à principe, & tunc si contra vnum opponatur exceptio, si delegati sunt cum clausula, ꝙ si ambo & c. tunc alter cognoscet, si sine tali clausula tunc arbitri cognoscunt, vt d. c. si cõtra vnum. Nunc igitur ad propositum cum voluerũt dicti Doc. æquiparare exceptionẽ suspicionis, & excommunicationis, non debuerunt simpliciter, sed distincte, vt dictum est. Quid de hoc dicẽdum? & puto opi. Inno. ꝙ sequitur Io. And. in d. c. pia. fore veram, videlicet ꝙ ipse cognosceret, & non arbitri, quia vnum tantum reperio casum, in quo arbitri eliguntur, vt d. c. pastoralis. Sed aduerte, quia dum quæritur quis cognoscat, ego pondero modum excipiendi. Aut enim pars dicit, dico vos excommunicatum, & de excommunicatione cognoscere nõ posse: hoc casu ipse cognoscet per regulam huius legis, & talis casus cum non reperiatur exceptio, ergo est sub regula. Aut exponitur exceptio dicendo dico vos excommunicatum, & vos non posse cognoscere, qa mihi estis in dictis istis suspectus, & tunc eligantur arbitri, quia hic etiam opponitur exceptio suspicionis, de qua cognoscere non potest. Et si diceres poterit in hoc iudicio suspicio allegari? certe sic, quia quod iuris est de toto quo ad totum, idem de parte quo ad partem. l. quæ de tota. ʃ. de rei ven. l. qui semel les. ʃ. de vsur. Per ea, quæ dicta sunt, potest alia quæstio terminari, nunquid si opponatur exceptio infamiæ, idem sit dicendum? vna tamen differẽtia est in hoc, quia excommunicatio potest opponi contra ordinarium, & delegatum ratio periculi, ꝙ est in communione, sed in exceptione & infamiæ, & seruitutis non potest opponi contra ordinarium quãdiu per superiorem toleratur. 8. q. 4. c. non ne. hoc tenet Inno. in c. sciscitatus. de rescrip. & c. cum super. de offi. deleg. Remediũ, ꝙ tunc adeatur superior, & coram eo exponatur de huiusmodi seruitute, & infamia. †Item habes ꝙ licet infamis, & seruus non possit esse delegatus, si autem fuerit, & ei opponitur, acta per eum facta sunt valida, vt per Spec. in d. §. excipit. uers. sed nunquid infamis, in tit. de offi. ind. deleg. alle. l. ij. C. de sen. & interloc. Quæro sciens se esse infamem, vel seruum princeps cõmittit causam, nũquid ipsemet debeat sibi opponere. Vna fuit opi. Inn. in d. c. sciscitatus, ꝙ non, sed debeat partes expectare. Ratio qa cognoscere de causa onus est, vt l. muneris. §. iudicandi. ʃ. de mun. & hon. Sed infamia non præbet excusationem ab oneribus, vt l. nec infames. C. de decur. li. x. Igitur & c. Alia opinio fuit Bal. in l. ii. C. si ser. vel lib. ad decur. lib. x. vbi dicit, aduertendum esse in modo excipiendi, videlicet ea quæ sunt inducta ad pœnam, non debent commodum tribuere, vt l. relegatorũ. ʃ. de interdic. & releg. circa fi. Aut ita dicit, domine vellem libenter ad hunc honorem aspirare, sed non possum, quia seruus, & tũc talis excusatio excusat. per d. l. ij. quia ibi dicitur malum quis facere, nisi exprimat. Tertia fuit opi. Barto in l Cassius. infra de sen. dicentis, quòd aut causa delegatur proprio principis motu seruo vel infami, & tunc ipse non tenetur dicere, vt l. Barbarius. de offic. præto. quæ nihil facit ad hoc. Sed melius facit c. si proprio motu. de preben. in vj. Aut princeps delegat ad petitionem eius, qui infamis vel seruus est, & tunc ipse exprimere debet, per dictum tex l ij. si ser. aut lib. bene facit l. si aliquid. de suscep. & archa. lib. x. Sed puto opi. Barto. veriorem, quando motu proprio fieret, quando autem ad postulationem, vera est opinio Bal. Sed opi. Barto. probatur per l. qui cum vno. ʃ. de re mili. in fi. vbi non declarauit quis se deportatum. †Item dubitari potest, quando iudici delegato opponitur exceptio falsitatis rescripti, quæ exclusiua est ipsius iurisdictionis, nunquid ipse possit super eadem cognoscere & pronunciare, vna fuit opinio Innocen. quam sequuntur Io. And. & do. Anto. in c. super literis. de rescrip. quòd non possit ipse cognoscere, sed remittere debet ad superiorem. Alia Barto. in duobus locis, in l. idem frater ʃ. de resti. & l. præscriptione. C. si contra ius vel vtili. public. distinguendo aut constat manifeste falsum, & tunc non potest ipse cognoscere, vt l. ij. C. de edic. diui Hadria. tollen. quia super notoriis non cadit cognitio. c. ad nostram de iureiur. Aliquando fit dubium, an sit sunditus falsum vel non, & tunc iudex inter cognoscet per tex. in d. l. idem frater, & l. ij. C. de senten. & l. Barbarius. Breuiter ego teneo. quòd quando dubitatur, opinio Barto. sit vera per regulam l. si quis ex aliena, & huius l. Sed tunc pone stante re dubia, iudicem pronunciasse verum rescriptum, nunquid hæc sententia transeat in rem iudicatam. Barto. in d l. præscriptione. videtur dicere quòd sic. Innocen. in d c. super literis. dicit contrarium. Ego hoc approbo, quanquàm dicat Barto. quoniam mandatum procuratoris & delegati æquiparantur, vt l. minor, & l. & quia. ʃ. de iurisdi. omn. iudi. Sed exceptio falsi procuratoris potest semper discuti, vt l. licet. C. de procura. & c. in nostra. extra, eod. titu. Idem igitur dicam in iudice delegato, quæ theorica Innocen. duas habet limitationes. Nam illud verbum, nisi a sententia illa fuerit appellatum, & talis sententia confirmata, quia tunc non poterit vlterius discuti de rescripti falsitate vel veritate hoc est no. Inno. in d. c. ex literis, & clarius in c. j. de confir. vti. vel inuti. Item limita, nisi iudex pronuncians fuerit ordinarius in aliis causis, quia tunc licet appareat post pronunciationem de falsitate, non poterit discuti si appellatum non fuit, vt dixit Innocen. in c. præterea. in versicu. hoc autem fatemur. de verbo. signifi. Modo sequitur † videre, an possit appellari a sententia iudicis, qua se competentem iudicem pronunciauit. Dicite ꝙ sic, vt in auth. habita. ne filius pro patre. Sed nunquid possit in integrum restitutio per minorem peti, qui non appellauit? videtur ꝙ sic, quia vbicunque minor læditur, in integrum restituitur. l. nam & postea ʃ. de iureiur. Sed cõtrarium est uerum, vt per Innocen. in ca. corã fęlicis. extra, de in integr. resti. Ratio est, quia vbi modica est læsio, minor non restituitur l. scio. ʃ. de in integ. resti. sed hæc est modica, ergo & c. Vidistis an & quando iudex procedere possit. Puta, papa dedit conseruatores ad tuendum missum in possessionem spiritualis beneficij, an cognoscere possit de iniur. in dubio? Dicitur quòd non, nisi de manifest. vt in cle. j. de offi. deleg. in vj. Quid si agatur ex manifesta iniuria, & negatur, & per negationem efficitur res dubia, Vel pone inquisitor procedit contra sortilegos, vt in c. accusatus. §. sane. de hære. lib. vj. & post accusationem quis negat, nunquid tales possint videre, an sua sit iurisdictio. Glo. sunt contrariæ, vna in d. c. j. ꝙ si efficitur dubium poterit cognoscere. Alia in d. c. accusatus. vbi negatur factum totaliter, & habet locum d. §. c. sane. Aliquando quis non negat factum, sed qualitatem, scilicet esse iniuriam manifestam, & tunc procedit d. c. j. de offic. deleg. Vlterius iudex qui nullam † habet iurisdictionem, vel de cuius iurisdictione probabiliter dubitatur procedit absque pronunciatione, an sit iudex, an ualeat processus in principali. Barto. ponit hic. Ego aliter declaro dicendo breuiter, quòd aut ipse iudex, de cuius iurisdictione procedit contra partem & comparentem in iudicio & negantem, & sua

sua iura ostendentem, tali casu videtur, quòd super ista exceptione sit pronunciandum, quia licet super incidenti non pronuncietur, vt l.j. C. de ord. iud. & l. quoties. de iudi. nihilominus super emergenti sic l. a procedente. C. de ordi iudi. & ideo talis processus fit nullus. 9 † tamen contrarium est verius, quia si negatur, & iura super hoc producantur, talis iudex videtur tacite pronunciare per processum ad vlteriora, in c. ex parte. iii. de appella. & ideo non redditur nullus processus ipse.glo. no. infra. de iud. l.ij. §. sed si dubitetur. in verbo, intueri vel statuere. Aliud membrum est, quando iudex procedit contra contumacem, tali casu dicendum, ꝙ aliquando iudex nullam iurisdictionem ipso iure habet, & tunc per processum ad vlteriora non videtur tacite pronunciatum ex eo, quia per processum nullum non potest sequi tacita pronunciatio, regula iuris, non præstat. de regu.iur.in vj. & in c.j. de sacra. non ite. Si vero talis iudex habet ipso iure iurisdictionem, tunc est validum. Sed si contumax non paruisset, & illam exceptionem elisisset, tunc per processum ad vlteriora videtur tacite pronunciatum se fore iudicem. Nam per contumaciam habetur lis pro contestata. l. sed si susceperit. infra de iudi. 10 Quæro,† allegatur in libello qualitas concludens iurisdictionem iudicis, quæ per conuentum negatur, nunquid super illa sit pronunciandum, vel discutiendum antequàm ad vlteriora procedatur? Exemplum, forensis sortiretur forum alibi ratione contractus vel delicti, modo ponatur, quòd is qui contraxit, conuenitur coram senatore Romano, & negat se contraxisse, & sic negatur qualitas, quæ prius fundabat iurisdictionem. Innocen. in capit. Romana. § contrahentes. super verbo, contractibus. de foro compe. lib. vj. dicit quòd saltem summatim iudex discutere debet, an talis contraxerit vel deliquerit. Et si reperiatur contraxisse, ad vlteriora procedat. Alleg. l. istam. & l. si quis ex aliena, & cap. super literis. extra, de rescrip. Spec. in titu. de compe. iudi. adi. §. j. ver. vj. & alio ver. sed pone aliquis, cum seq. But. cum Cy. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtili. pub. & ibi Bal. adiiciunt duo similia. Primum id quod dicimus in actio. ad exhibendum, quæ est præparatoria rei vendi. l. si in rem agat aliquis. infra de rei uendi. Et in hac actione ad exhibendum sufficit statim constare de dominio. l. iij. §. sciendum. infra ad exhi. In præparatoriis ergo sufficit summatim constare. Ita igitur in casu isto proposito sufficit de qualitate prædicta, scilicet an quis contraxerit, vel deliquerit, summatim probare, at de decisiuis iudicii plenarie est probandum, vt l. iij. §. cauere. infra de Carb. edic. & quod no. in l. a diuo Pio. §. si super rebus. infra de re iudi. Secunda opinio est Pet. de Bellaperti. in d. l. præscriptione, dicentis istam admittendam esse exceptionem, sed non discutiendam. ne de eisdem rebus cognoscatur, vt l. licet. infra nautæ caup. stab. Sed hæc opinio non est vera, quia id posset esse verum, quando bis cognosceretur plenarie, non summarie. Casus in cap. veniens. ij. extra, de testib. l. si quis a liberis. §. si vel parens. de lib. agnos. & l. si iudex. supra de his qui sunt sui vel alie. iur. Vel responde vt Bal. in d. l. præscriptione. dicens, quòd hoc non cognoscatur bis de eadem re vno modo, sed diuerso modo. Nam ante litis contestationem solum probatur, an contractum sit, post litis vero plenum factum. Barto. dicit non fore necessitatem discuti de exceptione negan. qualitatem per tex. in l. cum quædam. in §. fi. supra de iurisdi. omn. iudi. Sed ad vlteriora procedi debet, quia non inspicitur quid petitur. sed respondetur, quia ibi iudex erat competens pro mensura debiti siue erat verum, siue falsum. Sed in casu nostro non stabat qualitas fundans iurisdictionem, si falsa erat, quia si non erat subiectus, super eum iudex nullam habebat iurisdictionem, si falsa erat, si falsa erat similiter. Vel respondeo aliter, scilicet ibi posito, quòd summa non erat totaliter vera pro parte, & sic iurisdictio non habebat primordium veritatis, l. cum filius. §. hæres. de leg. ii. sed hic multum videtur habere primordium veritatis, quia dico nunquàm contraxisse. Pro opinio Barto. facit hoc, & l. j. infra de iudi. quoniam de his, quæ contingunt principalem intentionem agentis, ante litis contestationem non est discutiendum. Sed potest responderi, ꝙ hoc est verum, scilicet ad effectum vt sequatur sententia diffinitiua, sed vt iudicis iurisdictio fundetur, merita principalis causæ ante litis contesta. bene discuti possunt. d. cap. super literis, & l. si quis ex aliena. hoc sequitur Innoc. in ca. cęterum, de iudi. & cap. cum sit generale. de foro compe. secundum quod refert d. Anto. Io. And. in titu. de compe. iudi. adi. ii. addi. Spe. ver. quid si conuenitur. Tertia opi. fuit Guliel. de Cun. in hac l. quem Cy. recitat in d. l. præscriptione. dicens, quòd hæc exceptio, ꝙ talis non contraxit vel non deliquit, nullo modo debet admitti, quia non est probabilis. Probatur, quia posito, ꝙ alibi contraxerit & probet, non sequitur, ꝙ & hic non potuerit contrahere. l. qui bis idem. de verbo. oblig. & l. si id quod. j. de iud. Sed attende, quia si eũdem contractum quis fecit Florentię, postea Romę, tunc ratione contractus non sortitur quis forum. d. l. si id quod. Sed si negatur contraxisse, quia vult probare eo tempore fuisse Florentiæ, adhuc non valet hæc consequentia, quia per procuratorem contrahere potuit hic, vel quia solutionem destinauit. Barto. adiungit, scilicet si non negatur contractus, sed locus negatur, quia hoc casu est admissibilis exceptio hæc. Sed si negatur contractus ipse, est cum Guliel. sed opinio eorum non est vera, quia præsupponunt, quod negatiua debeat probari l. ei qui. ff. de prob. & d. l. actor. C. de probatio. Item regula est in l. non ignorat. C. qui accu. non poss. ꝙ vbi qualitas inducitur ad fundandum iudicium probanda est. Secundo supponunt, quód ista negatiua non sit probabilis, sed contrarium est verum l. optimam, de contrah. emp. puta, si actor dicat sibi exhiberi instrumentum ad hoc, vt videat tempus, quia quando quis vult reprobare instrumentum de falso, edendum est tempus. Institu. de inuti. stipu. §. item verborum. & si nolit edere, denegabitur sibi per iudicem audientia. Sin autem dicat actor contraxisse sine instrumento, sed coram testibus, reus respondebit, an cõtraxi per me, vel per procuratorem, quo die, qua hora. Et sic licet negatiua sit improbabilis, tamen coarctata loco & tempore probabilis est, & per hoc apparet reprobatum dictum Fran. de Arer. Pro veritate facio tria membra, quód aliquando qualitas fundatiua iurisdictionis deducitur in libello, nec negatur, tali casu procedit iudicium absque discussione, utrũ sit vera vel falsa. c. si clericus laicum. de foro compe. in vj. Aliquando qualitas negatur per reum, & tunc facio duo membra, scilicet quód aliquando ad fundationem iurisdictionis requiritur qualitatem esse veram, aliquando sufficit eam esse dubiam. Primo casu sto cum opi. Innocen. Iac. Bur. & sequacium, scilicet ꝙ talem requiratur sum. probatio per l. ij. § sed si dubitetur. j. de iudi. Probatur etiam per l. in fundo. j. de rei vendi. ne iudicia sint frustratoria. Item non debet quis inanibus sumptibus vexari. Item frustra allegaretur exceptio, quæ eum non haberet releuare. l. ad probationem, & l. matrem. C. de proba. Præterea sequeretur, quód exceptio ante lit. contesta. nunquàm prodesset, contra regulam iuris, indultum. de regu. iur. in vi. Aliud membrum scilicet quód verum dicit Innocen. quód potest ad vlteriora procedi quando sufficit exceptionem esse dubiam. Ita loquitur in d. ca. ceterum, exemplum. si laicus committit sacrilegium, subiicitur iudici ecclesiastico, vt in d. c. cum sit generale. de foro compe. siue sit manifestum, siue dubium an commiserit. xvi qõ. j. c. in canonibus. xxiii. q. iiij. in petentibus. In glo. l. si conclude, quód duobus actionibus peti potest interesse, scilicet actione ex stipulatu antequàm sit certum contestatę litis initio, & certi condict. scilicet postquàm est certum, vt l. certum. j. si cer. peta. & Insti. de ver. oblig. in princi. No. ꝙ si fideiussor ad factum obligatus non fecerit, ad interesse tenetur. Item quæritur, pone, ꝙ fideiussor de iudicio sisti pęnam promiserit, quæ minor est q̃ interesse, nũquid poterit actor petere pęnam, & id plus, quod deficit in interesse per nouationem secutam. Nam prima obligatio ad interesse transfusa est in obligationem pęnę, l. qui vsumfructum. de verbo. obliga. De iure nouissimo contrarium. quo iure nunq̃ inducitur nouatio, nisi per partes expressum fuerit. l. fi. de noua. & Insti. quib. mod. re contrah. obl. §. præterea. Et si peti poterit vtrunque hoc iure, quæritur nunquid obligatio subsequens nouet præcedentem obligationem, & sic peti possit pœna. Facio tria membra. Aliquando ipsa pœna adiicitur liberationi. l. rescriptum. §. si pactum. j. de pac. quo casu an nouatio inducatur. Dic, ꝙ aliquando ipsa pœnalis stipulatio adiicitur ipsi contractui obligatorio, in quo venit quid dari. Barto. in l. ita stipulatus j. de verbo. obliga. Cy. & Bal. in l. si pacto quo pœnam. C. de pac. Alij in l. duo societatem. j. pro soc. & l. si quis a socio. Aliquando vero adiicitur contractui obligatorio, in quo venit quid tradi, & tunc an innouet principalem obligationem, habetis in l. prædia. infra de act. emp. Aliquando adiicitur ipsa pęnalis stipulatio contractui obligatorio, in quo venit quid fieri, & tunc an moriatur prima obligatio, est materia nostra. In qua facias tria membra, scilicet ꝙ aliquando ipsa pęna adiicitur pacto ratione contumaciæ. l. apud Celsum. §. item quæritur j. de doli exce. quo casu vtrunque peti poterit. Aliquando adiicitur gratia determinandi ipsam obligationem, quo casu non obseruetur id quod promissum est, quo casu pęna succedit loco interesse. Insti. de verbo. obliga. §. vlti. l. j. in fi. de præto. stipu. l. ij. §. fi. qui satisda. cogan. Aliquando sumus in casu dubii, an ipsa pęna fuerit interposita loco contemptus, & non fuerit adiecta generaliter determinando, tali casu dico quod aliud iure Digestorum, aliud iure nouissimo.

In

¶In ius vocatı vt eant &c. Rub.

¶Rubri. continuatur, quia supra dictum fuit de pœna eius, qui in ius vocatus venire contemnit, quia aliquando vult date fideiussores de veniendo, vel vult cauere de repræsentando se, igitur sequebatur videre, quibus esset danda ista fideiussio.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor de iudicio sisti, vel repræsentando debet esse sufficiens.*
2 *Persona necessario coniuncta qualiscunque sit, dicitur sufficiens ad repræsentandum in iudicio vocatum.*
3 *Oratio vniuersalis in partem falsa, censetur in totum falsa.*
4 *Stipulatio pœnalis duo continens, vno tantum soluto, pœna non euitatur.*
5 *Consanguinitas quid operetur in materia præstandæ fideiussionis.*
6 *Consanguinitas in prohibitorijs quandoque dolum excludit.*
7 *Personæ necessitatis coniunctæ in materia fideiussoria, quæ dicantur.*
8 *Iuramentum in materia fidei ussor. habilitat alias insufficientem.*
9 *Consanguinitas multis gaudet prerogatiuis, diuersosque habet effectus.*

LEX j.ij.iij.& iiij.

Dicto. Quilibet regulariter pro rei qualitate fideiussorem pro se in iudicio præsentando dare debet, liberatur tamen dando personam sibi necessariam cõiunctam, & si egena sit &c. & recusans illam recipere quinquaginta aureorũ pœna mulctatur, & pluralis locutio non verificatur in 1 vno. h. d. totus tit. †No. primo, ꝙ fideiussor de repræsentãdo lo-2 cuples esse debet pro rei qualitate. No. secundo, ꝙ† persona ne cessitate coniũcta vocata in iudiciũ, posito ꝙ egena sit, nihilominus ad promittendum vocati repræsentationem censetur 3 idonea. No. in l. fi. ꝙ †vniuersalis oratio falsificata in partẽ falsificata censetur in totum, & ita communiter allegamus. Ad quod plene no. ĵ. de reb. dub. l. si quis ducenta. §. vtrum. No. ex 4 eadem, ꝙ † si stipulationi pœnali duo insint, vno complero nihilominus pœna nõ euitatur, sed pure insolidum committitur. quod dic, vt in l. stipulationum. la j. §. pe. alias vlti. de ver. oblig & plene dicetur ĵ. si quis caut. l. si seruus. §. si plurium. vi 5 des primo, †ꝙ consanguinitas inducit, vt eum qui egenus est, faciat haberi pro locuplete ad sufficientiam præstãdę fideius-6 sionis. Secũdo, quia† licet in actis, quæ sunt de genere prohibitorum, præsumatur dolus. l. si non conuicij. C. de iniur. nihilominus quãdo ille actus fit inter coniũctos, cessat dolus. Gul. in l. j. C. ad leg. Corne. de sica quia stat in ipso accusante probare dolum. Secũdum est, ꝙ cessat præsumptio metus. C. de transa. l. transactionum. la piccola. Tertium est, præsumptio fraudis in fauorem eorum, qui extranei sunt, aufertur ab ipsis consanguineis. Ita probatur in l. data. C. de dona. & l. pe. ĵ. de bonis lib. Aliud est, ꝙ stante statuto, ꝙ de quolibet cõtractu, ex quo ius transfertur titulo lucratiuo, soluat gabella, talis solutio cessat, si cõtrahatur inter consanguineos. C. de impon. lucra. l. j. lib. x. Aliud est, ꝙ ratione illius personę adueniente purificatione pacti adiecti in diem præfertur alteri extraneo, si tamen dare velit. quantũ ille extraneus. ĵ. de min. l. si in emptione. Est enim satis considerabile interesse inter ipsos consanguineos. l. libertos qui soluendo. de bo. lib. l. quæ tuto. de admi. tut. Aliud est, ꝙ vbi sunt plures creditores omni qualitate pares, qui contendunt super remittenda hæreditate defuncti, illi præferuntur, qui sunt ipsi defuncto coniuncti. l. Imperator. ĵ. de pact. Aliud est, ꝙ dum agitur de vendẽdis bonis ipsius debitoris, is qui debitori coniunctus est, prę ferri debet in emptione l. j. de pri. cre. Aliud est, ꝙ supportatio oneris ipsius patris affert cõmodum & vtilitatem ipsi filio, & econuerso. ita dixit Bart. in l. cum sci 7 mus. C. de agr. & censi. li. xi. Quæ autem sint† personæ necessitate coniunctæ quantum ad hanc materiam, dic secundum Guli. de Cu. in l. lege Iulia. ĵ. de testib. omnes illæ quæ in integ. aduersus suos non coguntur testimonium dicere, omnes illæ continebunt in hoc edicto. Videtis hic sufficere fideiussorem consanguineum præstari, posito ꝙ egenus sit. & habeat locum eo casu, quo reus non possit reperire alium fideiussorem, vel locum habeat indistincte. Primo casu, ꝙ locum habeat si aliũ reperire non poterit locupletem, ex eo quia quis facere cogit, quod sibi non noceat. l. 3. §. idem Varus. de aqua pluuia arcẽ. & l. ii. in prin. ĵ. solu. matri nihilominus cõtrarium est veritas, scilicet ꝙ iste titulus locum habeat siue reperiat, siue non, qa sufficit ꝙ prę stet consanguineum, quia de nihilo hęc litera no 8 bis seruiret, si non reperiret alium. Nam † liberatur quis eo ipso ꝙ simpliciter iurauit de casendo, si alium locupletem nõ reperiat. & sic præstat quod est minus, vt in authẽ. generaliter. C. de epi. & cle. bene fac. t l. ij. §. sed si dubitetur. ĵ. de iud. Igitur locum habeat iste titulus siue reperiat, siue non. Item quærit, nunquid iste titu. habeat locum omni casu, si præstet egenum &c. videt ꝙ sic. l. j. §. & generaliter. de leg. pſt. c. solite. de maio. & obe. Sed contrarium est verum. scilicet ꝙ solum locum habet in fideiussore de præsentando, quia in alio requiritur ꝙ sit locuplex. l. qui arbitro. ĵ. qui satis. cog. & ĵ. de fideius. Item quæritur in eo quod dicit gl. nemo odio carnem suam habere debet. Scitis, ꝙ statuta contra libertatem nullius sunt momenti ipso iure. auth. cassa & irrita. C. de sacro. san. eccl & c. perpendimus. de iudi. & fauore ecclesiastico est introductum. & c. si diligenti. de foro comp. ꝙ clericus non possit coram laico conueniri. Modo pone, fit statutum, ꝙ si quis clericus declinauerit forum seculare, consanguinei puniantur, videtur ꝙ valeat. Sed contrarium est per tex. in l. j. §. quio nerandę. ĵ. quar. rer. actio non detur Nam per hoc statutum redditur clericus timidior. & in c. j. de sta. contra lib. eccle in vsib. feud idem Bar. in l. i. ad fi. de iudi. in 6 & l. hæres meus. §. qui in fraudem. Venio ad ea, 9 quæ consanguinitas† inducit, & est xij. casus, nunquid scilicet ꝙ emphyteusis tradita prædecessori vsque in tertiam generationem sit finita. Certe ego, qui sum de quarta, possum præsidem adire, ꝙ detur mihi, & is magis cogitur dare pro æquali censu. Bar. in l. j. ĵ. de priui. cred. & in l. si mihi & Titio. de verb. oblig Item inducit, scilicet ꝙ licet alias regulatitet feudi alienatio sit prohibita sine domini voluntate, & si alienetur est mulcta imponenda, nihilominus poterit feudum paternum alienare in consanguineum. in vsib feud. in c. j. de alien. feu. & in c. j. de alien. feu. pater. & in c. j. §. sed & res. per quos fiat inue sti. dixi de patrono. Nam duplex est, scilicet ꝙ fit de nouo, puta mihi seruitori princeps virtute considerata concessit feudum quod nunquam prædecessori cõcessum fuerat, aliud est, quod habet originem a prædecessore, & aliud scilicet ꝙ vasallus aliener feudum in extraneam personam, vel in eam quæ est coniuncta in tertio vel quarto gradu cõsanguinitatis. Potest enim ipse dicere emptori, recipias pecunias, & sic reuocare feudum in c. j. in fi. qui. mo. olim feu. alie. po. Aliud in c j. §. Titius, si de feu. fue. contro. Inter domi. & agna. in vsib. feudo item inducit scilicet ꝙ prelati, posito ꝙ infeudare vel in emphyteusim dare possunt res solitas dari, nihilominus non possunt dare eorum consanguineis. glo. in c. j. in tertio tit. lib. feud. & quod no Bar. in auth. quibuscunque modis. C. de sacrosan. eccl. Item inducit ad aliud, scilicet ꝙ licet illi, qui sunt ĩ officio iurisdictionali ciuitatis, non possunt in ea vẽdere, vt l. j. de condic inde. §. fi. nihilominus poterunt ea quæ fuerunt suorum antecessorum, ĵ. de cõtrahen. emp. l. qui officij. Aliud est, scilicet ꝙ patri meo vel marito quantũcunque ciuitatis & reipublicæ hosti effecto consanguineus alimenta præstare potest, cum alias puniatur. Tex. est notab. in auth. incestas, & vnde sumitur. C de incest. nupt. & l. mutus. §. manente. ĵ. de iure do. Fallit, nisi effectus fuerit hostis ratione pacis fractæ cum alia persona priuata, quia eo casu alimenta consanguinei præstare non poterũt. Tex. in c. j. §. si quis hominem. de pace & eius viol. in vsib. feu. Item ex his resultat quæstio. Hostes ciuitatis suæ quilibet licite occidere potest. l. 3. §. transfug. ad l. Corne. de sic. Modo pone pater meus est effect⁹ hostis reipublicę, an potero eũ occidere? dicas ꝙ nõ. Tex. in l. minime. ĵ. de relig. & sump. fune. & illam refert Bar. in l. si adulterium cum incestu. §. libertto. ad l. Iul. de adul. Item inducit, scilicet ꝙ licet alias receptator rebellium maxima pęna afficiatur, tamen si consanguineum receptat, non punitur, posito ꝙ host. in l. 2. ĵ. de recep. Item inducit, ꝙ licet pœna afficiantur, qui communicant cum excommunicatis, tamen communicans cum grauato non punitur. Tex. xi. q. 3. c. quoniam multos. & in c. inter alia, de sen. excommun. Item inducit scilicet quod licet regulariter percutiens laicum non incidat in pœnam excommunicationis, tamen secus si consanguineum, 17 q. 4. si quis suadente Primus casus est in c. sciant cuncti. de elec. in 6 Item inducit, quod licet ille, qui in oratorem vel legatum deputatur, non possit seruire per substitutum, poterit tamen per filium suum, vt l. sciendum. §. legatus. ĵ. de leg Item & aliud, videlicet ꝙ quis decedens non electa sepultura in locum maioris parochiæ sepeliendus est, de sepul. c. is qui. li. 6. & 13. q 3. c. placuit. Aliud in l. fi. §. quatuor. de leg. 2. Aliud in l. 3. §. tria. & sic ĵ. de arbi. l. §. quamuis. ĵ. de ali. pup. prę. alias vbi pup. educ. deb. Aliud est, scilicet quod licet quis regulariter existens tutor cogatur iudicium accipere pro pupillo. l. fin. C. de adm. tut. nihilominus fallit, si pupillus defenderet contra cõsanguineum suum. l. humanitatis. C. de excu. tut. Aliud quod relictum prę lato & cõsanguineo nõ præsumitur relictum contemplatione ecclesiæ. c. requisisti. extra de testa. Item licet vbi aliter procedit donatio præsumatur facta gratia remunerationis in l. si vero non remunerandi. §. item Papinianus. ĵ. manda. hoc verum nisi donetur cõsanguineo. l. tutor petitus. §. quæ tutoribus. ĵ. de excu. tut. quia præsumitur donatum gratia consanguinitatis. Modo scias, quod licet donatio ad summam requirat insinuationem, hoc est verum nisi fiat gratia remunerationis, vt ĩ l. Aquilius Regulus. ĵ. de donatio.

nat.Item pone. infamis prohibetur ab aduocationis officio, non tamen pro consanguineis.l.j.§.vlt.j.de postul.bene facit.l. petitionum.de aduo. diuer.iudi. Item post litis contestationē non potest procurator reuocari.l.post lit j. de procura. Modo pone,post litem procurator est factus consanguineus aduersarii,an tunc sit licitum reuocare?dic ꝙ sic,ne concludere possit in l.aut affinitate.j.de procur.in c. quamuis.eodem titu.lib.6. Item ꝙ quis si vult doctorari, debet salarium soluere bidello, hoc verum est,nisi filius Doctoris existat,Gul.in l.iubemus,C. de aduo.diuer.iudi. Aliud in l.diuo Marco.C.de quæstio.l.more.§.iste fere j.de pę.l.fi.C.de profes.& me.li.x.Aliud,sunt duo in ciuitate paris qualitatis, vnus plures habens filios,alius nullum,quod ad præcedendum an tunc locus erit gratificationi? certe filii illi operantur, vt præferatur pater eorum. l. in albo. C.de decu.li.x.Aliud est,ꝙ catastrum patris prodest filio,cum sit qd non acatastrati in iudicio non audiantur. si filius nō reperiatur acatastratus.C.qui ęta.vel profe.l.b.x.Bart.argumentatiue in l.j.§.domini.2.j.ad Silla.& l.cum scimus.C.de agric. & censi.lib.xii.Bal.illam gl.deduxit in l.fi.C. de impub & aliis substi.& in l.prætor ait.§.j.j.de eden.Item operatur, scilicet ꝙ inter patrem & filium onera ciuitatis non debent continuari in l.j.C.de mune.& hono.inter patr.& fil.non conti.lib.x.& in l.fi.eo.tit.Item aliud in l. diximus. & in l.si pater. cum seq.j.de exc.tut.Item aliud,ꝙ regulariter tutor suspectus remoueri potest, pone, quod iste tutor sit purus consanguineus, nunquid poterunt alii consanguinei vt suspectum remouere, & sic infamiam incurrat?certe non,sed alius est addendus.Tex in l.tutor ab aliquo.C.de suspec. tut. Aliud est, ꝙ securitas data auo intelligitur data filio & nepoti. per l. notabi. si ita stipulatus fuero.j.de verbo obliga. quæ sequitur post l. si mihi & Titio. Item aliud,ꝙ licet regulariter hæreditas non detur per viam contractus,vt l.hereditas.C.de pact.conuen.Fallit,quando pater vellet dare filio.Bar.singulariter in l.tale pactum. §. fi.j.de pact.Aliud est,videlicet ponatur,quod duo testamenta appareant ab eodem & diuersa,semper vltimum procedit. Modo nescitur,quod prius fuerit,Glo in c.duobus.de rescri.lib.6 Legistæ in gl.l.fi.C.de edic. diui Adria. tollen. Tamen vnicus est casus,in quo cessat ista ratio.Ita dixit Bar.in l.j.§.non autem.j. de bon.poss.secundum tab.Item aliud dicitur ꝙ si legatur res aliena per testatorem,si co sanguineo valet legatum,vt l.rem alienam.C.de leg.hoc verum,nisi factum sit a persona pariter coniuncta defuncto in eodem gradu.l.cum pater.§.euictis prędiis.j.de leg.2. Item aliud,pone, ꝙ legem Titio centum, non declaro aliter Titio. Modo sunt duo Titii,tūc censebitur legatum illi,qui est in gradu maiori.l.si fuerit.j.de reb. dub. a contrario sensu.Aliud scilicet ꝙ venia dignus est ille, qui promouet ad alium dignitatis gradum consanguineos.l.fin.§.seruorum.j.nau.cau.stab. quantumcunque bestialis. Aliud scilicet ꝙ regulariter libera persona non possit alienari, quia incidit in l.Fla.de pla.Fallit in patre in casu necessitatis. C. de pat.qui fi.distra.l.2.Item ꝙ ipse filius non potest a patre dari pro noxa. Insti.de noxa.§.fi. Item inducit consanguinitas,ꝙ si legat testator rem hęredis,cogitur hæres rē dare,nec liberatur si dederit æstimationem,hoc est verum, nisi illa fuerit prędecessorum suorum.Est enim tali casu dura separatio. l. possessionum.C. communia vtriusque iudi.ratio est ibi. l.si domus.§.qui confitetur.de leg.i.Aliud est,scilicet quia iniuria facta vni de cognatis censetur facta toti consanguinitati, adeo ꝙ iniuriam vnusquisq; percipere poterit.l.ista.C.si qua prę.pot.l.lex Cornelia. in prin.de iniur. Aliud scilicet ꝙ iniuria fuerit facta filio, pater remittere potest.l.in personam.§.j.j.de pac.hoc verum est quādo foret facta filio a persona extranea.Sed si a persona agnata, illam pater remittere non potest in filii præiudicium.Bar.in l. Lucius.j.solu.mat.& l.sed si vnus.de iniur. Aliud est scilicet ꝙ iure feud.cauetur, ꝙ si vasallus dominum in prælio dimiserit,feudo priuatur.Item pone,quod reliquerit duos filios vnū imbecillem,alium potentem.Pone, quod vnus istorum aufugit de prelio, alius dominum defendit, nunquid vnus excuset alium? videtur ꝙ sic ratione mutui sanguinis. l. si is qui duos. de liber.leg.De hac quæstione Bal.in c.j.in iij.q.qui. mod.feu. amit. in feud. Quo ad secundum,scilicet quando relicti sunt duo fratres,vnus imbecillis & tristis,alius vero potens & fortis. Bar.in c.j.§.præterea ducatus.de prohibi.feu. alien.per Feder. Aliud est,scilicet tacitum mandatum, vt plene in c.nonnulli. de rescri.& l.sed & hæ.de procu. Aliud est,ꝙ regulariter prohibitus accusare potest, quando deducit offensas in consanguineum factas.l.senatus.C.qui accu.non poss.& l.i.& 2.& l.hi tamen.j.de accu. Aliud ꝙ vbi plures æquales sunt,præfertur cōsanguineus ad accusandum.l.si autem.§.quę vero.j.de his qui deie.vel effu.l.si plures.de accu.l.2. §. si simul. j. ad leg.Iuli.de adul. Aliud est ꝙ repellit a testimonio & iudicio.l. qui iurisdictioni.s.de iuri om.iud.Item adde aliud in l.isti quidem.j. qd me.cau. Aliud in l.capitalis. §. omnia.j.de pœ. Aliud in l.Procula.j.de prob.& l.Caius.in fi. sol.ma. & l.si filius. C.de pa.po.

¶Ne quis eum qui in ius voca.est vi exi. Rub.

¶Continuatur tali ordine, supra visum fuit, de his qui in ius vocantur tam vocatione reali, ꝙ verbali,verum quia hos,qui personaliter ducuntur,contingit de manibus familię eripi seu eximi,merito sequitur de his videre.

SVMMARIVM.

1. *Oderunt peccare boni virtutis amore, Oderunt peccare mali formidine pœnę.*
2. *Eximens in ius vocatum demum tenetur, cum debita pręcesserit vocationem solennitas.*
3. *Stant epari causa in iudicio potior est rei.*
4. *Citatio indebita excludit eximentem in ius vocatum a pœna.*
5. *Priuilegium in ius vocati excusat eximentem,ne in pœnam incidat edicti.*
6. *Vocatione in ius nulla existente in nullo eximens obligatur.& nu.12.*
7. *Consequentia hac,hoc non est punibile,ergo non est delictum.*
8. *Rei conditionem in pari causa potiorem esse, quam actoris,qualiter considerandum.*
9. *Paria delicta mutua tolli compensatione,non semper procedit.*
10. *Dictio sed,adiuncta copulę,& aliud importat quam sine &c.*
11. *Verbum subripere,& verbum eximere,in quibus differunt in materia tituli, nę quis eum &c.*
13. *Vocans aliquem in ius potest eundem impune eximere.*
14. *Vocatione in ius legitima existente non potest ipse vocans impune vocatum eximere,saltem respectu iudicis,cum ei iniuria inferatur.*

LEX j.ij.iij.iiij.& v.

HOc edictum. Vi eximēs in ius voca. pñti punit edicto,si tamē in ius vocatio valida extiterit & non aliter, neque ad incurrendum in præsens edictum necesse est ipsam violentam exemptionem dolo fieri contra in ius vocatum,sed sufficiens est dolo fieri contra vocātem.Verbum autem hoc, eximere, latiorē habet significationem,quam verbum recipere seu eripere. Et uocantis calumnia eximentem a pœna huius edicti non liberat, qui quidem eximens ex hoc edicto tenetur,siue per se, siue per alium exemerit.h. d. vsque ad §. in eum.l. si per alium.Nota primo, ꝙ 1 †metu pœnæ malus delinquere prohibetur.licet bonus virtutis amore tantū,vt in c.eum qui.de præb.li.6. G.nostra allegauit versus Oratii,Oderūt peccare mali formidine pœnæ. Oderunt peccare boni virtutis amore.No. in l. Offilius. eximentē 2 †non teneri,cum vocationem ad ius non præcessit requisita 3 solennitas.No.in l.nam cum vterque. In pari causa†conditionem rei existere meliorē,concordantiæ sunt in gl. Nota in ea. 4 ver.eadem ęquitas.ꝙ cum citatio est illegitima † per respectū ad locum in quo quis vocatur realiter,puta,quia ille est inhonestus,vel alteri eximens in ius vocatum in pœnam edicti nō 5 incurrit. No. in ea.ibi,sed & fortius. ꝙ † cum in ius ducitur is, qui iure priuilegii ibidem non potest conueniri, eundem eximens eum, qui attentis iuris regulis in iudicio esse non pōt, 6 ex hoc edicto non obligatur.No.in ver.† si quis pedaneum. ꝙ cum uocatio realis est nulla per rescriptum ad iurisdictionem ius dicentis in nullo violenter eximens obligatur. No. in ea.l. §.quod prætor,ꝙ non requiritur eximētem vti dolo aduersus exemptum,ad hoc vt in pœnam præsentis edicti incurrat,sed sufficit do.vt aduersus in ius vocantem, ad cuius postulationē trahitur quis ad iudicium.No.in l.sed eximendi, differentiam inter verbum eximere,& recipere. No.in §. pręτor ait, iustam causam exemptionis eximentem excusare a pœna pręsentis edicti.No.in l.si per alium,non requiri ad hoc,vt quis ex mandato teneatur,mandātem fore pręsentem tempore commis 7 si delicti.No. vnum ex glos.fi.l.j. ꝙ non valet † consequentia, hocnon est punibile,ergo non est delictum, hinc sumpta occasione quæritur cum per statuta permissum sit, bannitum impune offendi. Item ꝙ tales delinquentes ad officiū assumi nō possunt, modo quis occidit bannitum & assumptus est ad officium, quid iuris? videtur hoc cadere in nomen delicti per hūc tex.Ita dicit hic Bal.huic sententiæ Bar. acquieuit in l.vbi pactum.C.de transa.assignando rationem, considerando duo iura,scilicet ius gētium atque naturale, quod est immutabile in §.sed naturalia.Insti.de iure natu.gen. & ciui. Secundo ius municipale,tunc non uidetur esse delictum, per l. Gracchus. C.de adul Pro his allego l.serui & filii.& l.si quis vxori.in prin. j.de fur.& Insti.de obli.quę ex delic.nascun. §. hi qui in parentum.Ad idem l.respiciendum.§. furta domestica. de pę. Tertio allegare possumus meliorem tex.omnibus in l.inter oēs.§. recte.ver.per contrarium.j.de fur.& Insti.de obli.quæ ex delic. nascun.§.placuit.Inducere etiam possumus glos. in l.decuriones.C.de his qui notan. infa. vbi etiam hoc Bald.ponit. Ad idē tex.in c.fi.de præscr.lib.6.& l.querela.C.de falsis. Item,ꝙ id qd

non

non est punibile,non sit peccatum,probatur,& primo per l.is qui.C.ad leg. Corn.de sic.Pro hoc etiam tex. in c.si perfodiēs. de homi.vbi occidens furem nocturnum homicidium nō cōmitit.Ad idem tex.in l.deuotum. C. de meta.lib.xij. Pro hoc etiam tex.in l.j.in fi.C.ad l.Corne.de sic. Finaliter, vt reducamus ad concordiam supradicta, tripliciter est distinguendū. Aut consideramus delictum absolute,& dic tunc, ꝙ offendere bannitum delictum sit,quamuis statuto permittente.Si vero consideramus per respectum ad pœnam, dic ꝙ non sit delictum,cum lex municipalis faciat hoc non delictum, vt in iuribus secundo loco allegatis. Vel possumus dicere,ꝙ aliquando lex statuit super offensa,aliquando super pœna, aliquando super potentia & exercitio.Primo casu dicit statutum, bannitū vnicuique liceat occidere,tunc nō cadit in speciem aliquam delicti.Ad hoc tex.in l.3.§.transfugas.ad l.Corne. de sicar. Secundo casu dicendo, occidens bannitum non possit puniri,& tunc non valet consequentia talis,ꝙ non sit delictum,cum statutum nō prohibeat.l.j.§.quod vero.alias,quod autem,de his qui deie.vel effu.& l. j.C.si tut. Vel tertio, reducamus ad duo membra,scilicet quod aliquando dicitur per l.municipa.non debere puniri id, quod iure gentiū considerato erat punibile, tunc talis constitutio super hoc arguit delictum non fore cōmissum,per d.l.is qui aggressorem,pro hoc l. vt vim. s.de iust. & iure. & in c.dilecto.de senten.excommuni.Aliquando statuit l.non posse puniri,quod iuregentium erat punibile, tunc dicendum,ꝙ constitutio non arguit tale esse delictum. Ita loquitur tex.in d.l.serui & filij.& l.si quis vxori.No. primo ex gl. in l.nam cum vterque.ꝙ in pari causa melior est conditio rei, quam actoris.Secundo no.ꝙ paria delicta mutua compensatione tolluntur.Tertio no.ꝙ non videtur factum, quod nō est

8 legitime factum.Quo† ad primum dico, ꝙ tria sunt consideranda,scilicet iudicij principium,medium,& finis.Et respectu finis fauorabilior est reus.Gl. in c.cum ad sedem,de resti. spol.

9 Legistæ in l.de die.j.qui satis.cog. Quo ad secūdum,†pone exempla in excommunicato agente contra excommunicatum, verum in hoc pari compensatione tollantur. Vel pone, Dicit statutum,ꝙ bannitus agat contra bannitum.De his remitto ꝑ Cano.in c.dilecti.extra, de excep.c.intelleximus.de adult.& c. Michael.& c.quia frustra.de vsu.Legistæ Bar. & Bal.ī d.l.viro. & l.cum mulier.sol.mat.Bal.hic,& l.fi.§.pe.j. de eo per quem fac.erit.per Bald.in rub.C.de fi.instr. Canon.in c. constitutus. Glo.Legi.in l.si duo.j.de dolo.& l.apud Celsum.§.Marcellus. j.de doli exce. Tertium vero nō examino, quia clarum de per

10 se.Hanc gl.semper allegamus, quod ista †dictio, sed,adiuncta copulæ,&,diuersificat casum sequentem a præcedenti in facto,non in iure.Si uero sine copula,&,tunc diuersificat tam in facto,quam in iure.l.sed si lege.j. de pet.hære.l. vsumfructum. §.si actum.j.de verbo.oblig.l. fluminum.j.de dam. infec.& in l.j.s.si quis in ius voca.No.aliam glo.in l.quod si quis. quæ incipit,hoc propter,ad vnum,ꝙ licet de iure canonico iudex ordinarius possit recusari,vt in c.cum speciali.de app.iure tamē ciuili contrarium est,sed adiungitur sibi vt suspecto alius,vt in auth si vero contigerit. C.de iud. & hoc locum habet in ordinario magistratu magno, non autem in magistratunculis, quia ista etiam iure ciuili recusari possunt. ita est glo. Ad hoc etiam facit alia gl.iuris ciuilis loquēs de iudicibus cartulariis, puta tabellionib',qui vt suspecti recusari possunt,& alius subrogari.Glo.in Auth.vt defuncti seu funera.§.sed hoc quidem. Quæro super glo in §.idem prætor. quomodo possit interuenire dolus in eximendo, si exemptus forte a consanguineis qs fuerit.dicas forte, ꝙ ipsi eximentes composuerunt cū familia eum ducente, vt permitteretur eis fieri iniuria vel violētia, & sic captus euadat, vt propterea acrius puniatur propter contemptum prætoris bis commissum. ad intellectum glo. super ver.item l. Dic aliquando quis habet priuilegium ne vocetur in ius per priuilegium, tunc si vocetur vocatio est nulla, vt in casu l.3.j de iudi. Nam legatus vocari non potest. Aliquando vero sumus in casu contrario,puta habet quis priuilegium ne cōueniatur,& tunc loquitur iste tex.quo casu liberans aut eximens pœna huius edicti tenetur, cum citatio fuerit valida,sed vexabatur calumniose, propterea quia priuilegium habebat. In glo.quę quærit,quando est iusta causa &c. Ang.dicit ꝙ licite facit eum quis retinere, qui iturus est ad locum, vbi periculum vitæ esset incursurus. Itē ꝙ insidię per iura sunt iusta causa excusandi quem a comparitione, & intellige de discrimine generali, non speciali. Nam si habet particulares inimicitias, tunc non est iusta causa nō comparendi, sed generalis guerra quem excusat.Domini de Rota per c. dilecti. de dolo & cōtu. in deci.Ad hoc dixi in l.sed si hac. §. sed si per pœnam.s de in ius voc.Adde quod plene no. Bar.in l.adulter.j.de adult.& l.ei

11 qui.in fi.j.ad munici.†No.tex.in l.sed eximendi.facientem differentiam inter verbum, subripere, & eximere,nam eripere est per raptū. Pro declaratione dic. ꝙ quatuor sunt diuersa,s. eripere,seu rapere pro eodem subripere,auferre, eximere atq; trahere. subripere est furari occulte, ita est tex.in l.nunquam plura.j.de pri.delic.Eripere vel rapere est proprie de manibus auferre,secundum Iurisconsultum hic.Ad hec etiam l.duob'. §.si quis iurauerit.2 j. de iureiur. Auferre est magis generale. Nam est quid per violentiam tollere,siue de manibus siue aliter,vt est tex. notab. qui hanc differentiam ponit in l.3.§. non solum.j.de incen.rui.naufra.iuncta sua gl. Est & aliud trahere, scilicet ad iudicium, & est quem inuitum ducere non voluntarie.glo.ordi.in l.j.alias 2.C. de agri.& censi.lib.xi.quam no. Bal.in l.non est nouum.s.de leg.& l.quamuis.in aliquibus lectu.sed si accipimus significationem large, vnum pro reliquo ponitur,vt l.si quis ex domo.j. de furt.& l.si vendiderit.§.cum raptor eodem tit.& lib.j.vi bon.rapt.& hæc tene menti ad statuta.Vlterius dicitur in litera de manibus.Istud verbum quandoque accipimus pro corporis membro naturali,& si de manu per constitu.l.fiat simpliciter mentio in casibus punitiuis, accipimus debiliorem,scilicet sinistram.Gl.est singul.in auth. sed nouo iure. in verbo sola manus.C.de ser.fug.Sed in dubio membri amputatione manū intelligimus. tex.vero in Auth. vt nulli iudi.§.quia vero.ver.si vero. Aliquando hoc verbum, manus,accipitur pro potestate atque dominio.l.manumissiones.s.de iust.& iure.& in Auth.constitu.quę de dignita.in verbo,manus.Aliquando presupponit aliquam agitationem celeritatis, vt in d.c.j.de lib. obla. Item vides in l.j.§.fi.& l.seq.ꝙ is

12 †qui eum liberat,cui citatio facta nulla est,non tenetur pœna quę veniret applicanda parti.Sed dubium est,an quis liberans eum, qui citari non poterat,liberatur a pœna applicāda fisco. Exemplum, ducebatur per familiam iudicis legatus quidam &c.Videtur dicendum,ꝙ nedum non tenetur respectu partis, sed etiam respectu iudicis.l.j.C.de his qui lat.& tex.in Auth.vt nulli iud. prouin.§. arripiant.& C. de male.& ma.Idem dixit Bald.in l.j.§.Offilius.j.eod.Ange. vero in §.Offilius, distinguit. Aut quis eximit illum qui prima fronte poterat citari, quia erat de iurisdictione iudicis habitu, non tamen actu, quia licet non incurrat in pœnam parti applicandam, tamen incurrit in pœnam iudici applicādam.Ita dicit per hunc tex.vbi citatio erat inualida, quia venia impetrata & eximens pœna non tenebatur.Aliquando vero citatio est nulla ex eo,quia iudex non habet iurisdictionem nec habitu, nec actu regulariter,vt l.extra territorium.s.de iurisd.omn. iud. & tunc tali casu eximens non punitur, neque pœna respectu partis,neque respectu iudicis.l. prohibitum.C. de iure fisc.lib.x.& ex hac dicit fore verum in ordinario iudice, sed in delegato dat regulā,

13 †ꝙ nullo modo eximens eum, qui ab eo vocatur ignoranter, etiam puniri non potest.c.si quando.de offi. dele. per Inn.Sed illud c.& c.j.eod.ti.& l.ij.de spor. aliter loquitur, vbi tex.ꝙ delegatus habet iurisdictionem in quemcunque non solum inter partes iurisdictionis delegatæ,& si allegatur ignorantia. Respondeo,ꝙ cautius agere debuit,& se informare, an iudex hic esset delegatus.l.qui cum alio.j.de re iudic.l.in ciuile. C.de fur. c.ad aures. de tempo. ordin. vt veritas habeatur latior dicas,

14 † quod aut talis citatio est inualida ope exceptionis,& tunc licet eximens non teneatur quo ad pœnam respectu partis,tamen punitur respectu iniuriæ ipsi iudici illatæ.l. si quis ex aliena.j.de iudi.& l. ij.s.titu.j. vnde tanquam iudicij regulam impediens punietur. Secundo casu, quando citatio notorie erat nulla ipso iure, tunc neque respectu partis, neque iudicis eximens punitur.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex edicto,ne quis eum qui &c.cui contra quem,& ad quid competat.*
2 *Negatiua probanda est,vbi est causa delicti.*
3 *Edictum ex edicto,ne quis eum qui &c.non inducit pœnam, nisi duobus probatis.*
4 *Pœna soluta ob contemptum iudicum non inducit sublationem debiti principalis.*
5 *Iuramentum inducit probationem contra dolosum.*
6 *Pœna eximentis quem in iudicium vocatum imponitur respectu deductorum in libello.*
7 *Negatiua quo casu probanda.*
8 *Edictum,ne quis eum qui &c.competit vindicare se volenti, & an transeat in hæredem.*

§.In eum. Actio ex hoc edicto competit ad interesse, quod æstimatur per iuramentum in litem. Et verba legis intelligenda sunt cum effectu. Et si plures eximant,omnes tenentur ad pœnam, nec vnius solutio liberat alium.Item secundo eximens liberat debitorem exemptum & datur hæc actio hæredibus citantis ita demum si intersit eorum.In heredes autem eximentis hæc actio non competit,qa

1 annalis est.h.d.vsq; in fi. † No.in §.in eum.Primo contra quē detur actio ex hoc edicto descendens.Secundo ad quid illa cōpetat.Tertio quomodo illud tale,ad quod competit, probetur.

2 Quarto hanc actionem esse pœnalem.†No.in §.docere.quod quando negata est causa delicti, seu intentionis alicuius,probanda est per proponentem ipsam, de quo dic, vt dicetur j.

†No.

3 No.secundo, ꝙ ad hoc, vt locum habeat pœna ex hoc edicto, duo per istum tex.necessario sunt probanda. Primum est exẽptio, scilicet ꝙ ipsa exemptio occasionem dederit, quare in ius vocatus ad iudicem non accesserit. No.tertio id, ad quod semper hunc §.allegamus, verba cum effectu fore intelligenda. & concor. sunt in glo quibus adde c. relatum. extra de cler.non resi.No.in §. hoc iudicium. ꝙ vbi plures ex delicto ad meram pœnam obligantur, solutio vnius alium non liberat, quod dic, vt declarabitur. No. in ver. hæredibus. ꝙ licet defuncto in vita competeret actio ex hoc edicto etiam si eius non interesset, vt in hac l.3.§.j.& in l. sed eximendi. §. item si quis.nihilominus hæredi ita demum competit, si sua intersit, & sic per verba hæredis variatur qualitas obligationis contra regulam l.ij.§.ex his.de uerbo.oblig.& l. cui fundus.ʒ de cond.& demõ.

4 †No.in l.fi.ꝙ pœna soluta per eximentem non liberat debitorem exemptum a vero debito. No. ex eadem, ꝙ pœna soluta propter contemptum vel spretam iudicis authoritatem non inducit sublationem debiti principalis. Ad idem ʒ. de arbit.l. Celsus.& l.si quis rem.qui tex.loquitur eadem pœna soluẽte, licet iste loquatur diuersis soluentibus. Conclude ex glo. 2. ꝙ actor haberet probare suum interesse per iuramentum in litem, in quo non solum interesse commune deducere potest, sed particulare effectionis.li.6.contra tex. vbi nulla mentio fit de iuramento in litem. Secunda ratio est, quia vbi casus reperitur exceptus, statur regulç.l.inuitus ʒ.de procu. Vnde fuit secunda opi.Pet. de Bel. ꝙ tex.iste dicit hoc, ꝙ ille qui agit cõtra eximentem potest æstimare contra eundem suum interesse supple verum, & quod iuramento probetur. Et posito, ꝙ falsum iuretur, statur tamen ipsi iuramento in pęnam ipsius eximentis. Deducamus hoc ad practicam. Pone, quod res debita

5 †non valebat nisi decem, quomodo probatur per iuramentũ. Sed si iurauero illam valere centum licet falso, huic stabitur iuramento Et hęc lect.probatur primo, quia in odium dolosi iuramentum facit probationem.l.si quando. C. vnde vi.& c. fi.extra, quod met.cau. Secundo probatur.quia aliquando ipsum interesse probatur per solum iuramentum. l. semper.§. hoc interdictũ.ʒ.quod vi aut clam. Tertio, quia ratione delinquentis hoc specialiter introductum est, vt quis de periurio arguι non potest.l. de periurio.ʒ.de in lit.iur. & differt a glo.hæc lectu.per hoc iuramentum vult, ꝙ non solum commune, sed etiam verum interesse. Tertia fuit opi. Pet.scilicet ꝙ cum iste tex non faciat mentionem de iuramento, de eo mentio fieri nõ debet. Et intelligatur iste tex.sic. Pone Titius debet mihi rẽ valentem centum, eximens tenetur ad eadem centum, nec requiritur ꝙ aliter probetur. Nam sufficit, ꝙ ĩ libello deduxerim sola centum in odium delinquentis facit plenam probationem, & hæc lex probatur. Primo, quia certum est, ꝙ via non debet periuris aperiri.l.si quando. C. vnde vi.l. videamus. in princi.ʒ. de in li.iur. & l. j. si aduer. ven. Item ꝙ auferri debet materia delinquendi.l.conuenire.ʒ. de pac.dot. Modo certum est, ꝙ agens contra eximentem potest per iuramentum consequi quod iurauerit, & sic delinquit, sed multiplicando delictum non est soluere. l.raras. de rescin.uend. Secundo probatur, certum est, ꝙ ei qui semel falsum dicit, non debet dari occasio iterum committendi falsum. l.si cui. §. iisdem. ʒ.de acc.

6 Ex his habetis † lect.gl.reprobatã, & lec.Pe approbatã, ex qua habetis, quod ista actio competit cõtra eximẽtem ad id quod deductum erat in libello, siue falsum deduxerim. Ad idem l. quoties.C.de exac.tribu.lib.x.& l.fin.C.de ope.lib. Ex secunda parte gl.possumus colligere, ꝙ quatenus ego ab eximente id, quod mihi debetur a debitore, exigam, id non est pœna, sed esset pœna id quod est vltra. Barto. reprobat per §.furti.Instit.de oblig. quæ ex delic.nascun. Alia glo.quæ no quod verba sunt

7 intelligenda cum effectu. Tu scis, ꝙ†id quod dicitur, ꝙ non ei, qui dicit, negãdo, incumbit probatio, hoc uerum.nisi talis negatiua est causa intẽtionis fundandę.Ita est hic tex.Ita dixit Innocen.in c.super his.extra, de accu.& Barto. in l. hoc iure.ʒ.de uerbo.obligatio. Secundo allegamus hunc tex. ꝙ non sufficit delictum fuisse initiatum, nisi sumpserit effectum. De hac materia dixi in l.j. in fi.quod quisque iur. Induco ad quęstionem. Statutum erat Florentiæ, quod nullus ciuis possit contrahere matrimonium cum aliqua de Petra mala, modo quis contraxit sponsalia, an incidat in pęnam. Iste tex.adducitur, quod nõ referatur pœna nisi ad effectum sit deductum.l.si quis officiũ. ʒ.de ritu nup. Facit & l. quod seruus.de condic. ob cau. In contrarium videtur l.oratio.ʒ.de spons.& istud est verius. Et respõdetur ad l.si quis officium. quod quædam sunt, quæ perpetuã habent causam prohibitionis. & sic loquitur l. oratio. quædã vero temporalem, & loquitur l. si quis officium. Item quęro, & præsuppone, ꝙ priuatio ab officio pœna est.l.mutus.§. pœna.ʒ.de procura. Modo mulier transiens ad secunda vota perdit tutelam filii, in Authen. de nup.§.si autem tutelam. modo pone, ꝙ mulier habens tutelam filiorum contrahat sponsalia, nunquid priuetur tutela. Iste tex.induci potest, quod non.

Nam requiritur effectualis consummatio. Spec. mouet hãc quæstionem in titu.de tuto.§.nunc dicendum. versicu.quid si vult. & videtur formare idem quod hic tex. & tex.in dicta l.si quis offici). Sed pro opin. Bal.l.solet.§. quæ virum.ʒ. de his qui notan.infa.contra Specu. Vltimo hunc §.deducam ad practicam, tu habes, quod faciens duci debitorem potest agere contra eximentem. Et duo sunt necessaria, vt agere possim. Primo, ꝙ parte exemptus sit. Item quod sit mihi sublata facultas illum conueniendi. Item duo alia. Primo, ꝙ ego traxerim eũ qui ad iudicium venire debebat.l.j.§.Offilius.§.eodem.scilicet ꝙ captus duceretur authoritate iudicis.l.iij.§.si quis ad pedaneum.§.eodem. Venio ad §.fina. hic tex.vult, quod ita demũ datur hæredi actio ex hoc edicto.si eorum intersit. Sed in l.iij. §.sed eximendi.dicitur quod competit siue intersit, siue non. Modo quæritur.quare ipsi hæredi non competit, nisi intersit.

8 Ratio est, †quia hæc actio datur ad vindictam, quæ ad hæredẽ non transit, l.iniuriarum actio.ʒ. de iniur. Dicas, ꝙ aliquando actio competit ratione vindictæ, videlicet quando æstimo contumeliam mihi illatam. Aliquando actio competit ratione rei familiaris.puta, quando æstimo damnum tertio illatũ, § non omnes.& §.pœnales. Instit. de perpe.& temp. act. Item quæritur, nunquid ista actio sit illa eadem, quæ competebat defuncto. videtur quod non.l.eum qui ædes.de vsuca. & probatur a simili, quia actio de dolo per biennium durat contra dolosum, & illa quæ competit suo hæredi est perpetua.l.itaq;. ʒ.de do. Sed glo.in l. hæredibus.ʒ.de dolo.quærit an sit eadem. Et dicit quod sunt duæ, vnde ex vno facto oriuntur duæ actiones diuersimode se habentes. Ita hic a simili. Vlterius glo.fin. dicit ꝙ facultas iurandi transit ad hęredem. Sed dubitandum. Nam Bald.in l.iij.ʒ.de iureiuran.fuit in opi.contraria. Pro concordia dic, ꝙ aliquando ista facultas conceditur a l. vniuersaliter, & tunc trãsit ad hæredem, & sic intelligatur hæc gl. Quãdo vero conceditur ab homine, tunc illa ad hæredem non trãsit.l.generaliter.circa princip.C.de reb. cred.& est ratio, quia forte ipse talis, qui fuit contentus quod creditor suus posset probare per iuramentum, motus fuit considerata bonitate in persona defuncti, quę ratio non cadit in persona hæredis.l.cui bonis.de cura.furio.& l.si actor.de procu.

¶ Qui satisdare cogantur &c. Rub.

¶ Continuatur tali ordine ad præcedentia. Superioribus titu. huius libri Iurisconsult. tractauit de iurisdictionn. iudic verum quia aliquando priuati vocantur in ius ab habente iurisdictionem, ideo posuit titu.de in ius voc.vt eant. Item quia in ius vocati volunt parere præceptis, ideo posuit rubri. si quis in ius voc. verum quia hi, qui citati sunt, non comparent, sed dant fideiussorem de comparendo, posuit titu.in ius voc. vt eant. Verum etiam quia aliquando hi. qui in ius ducuntur a manibus familiæ eripiuntur, ideo posuit titu. ne quis eum qui in ius.verum tamen & quandoq; comparentes in ipso iudicio, si non possident immobilia, habent satisdare de persistẽdo in iudicio vsque ad fin. ideo ponitur hæc rub. Quæ autem sit differentia inter hunc ti. & illum, in ius vocati vt eant. Dic vt in gl.rub.

SVMMARIVM.

1 *Satisdatio impleta dicitur si ei cui promissum est fides seruatur.*
2 *Satisdat qui cautionem, vel fideiussoriam, vel pignoratitiam dat.*
3 *Fideiussore dato securus dicitur de iure suo, is qui illum dat.*
4 *Satisdatio ciuilis differt a pratoria, & an inuito creditore fieri posset solutio.*
5 *Obligatus in genere eligit solutionem.*
6 *Obliga.fideiuss.non inueniens an iuratoria cautione liberetur.*
7 *Verba satisdare.soluere, cauere, & similia, quid importent.*

LEX PRIMA.

SAtisdatio. Satisfacere dicimur, si eius desiderium implemus, cui satisfacere tenemur. Satisdare vero si fideiussorẽ præstamus.hoc dicit. † No.

1 primo, ꝙ satisfactio verificatur per quemcunque modum illius impleatur desideriũ, cui vinculo obligationis astringimur. Ad idẽ ʒ.de pigno.act.l.si rem alienam.§.satisfactum. No. secundo ꝙ

2 †satisdare dicimur, cum cautionem fideiussoriam præstamus. Idem tamen & si pignoratitiam. Ad hoc ʒ. de verbo. signifi. l.habere.§.cautum.ʒ.de constit. pecu.l. promissor Stichi.in fi.

3 ʒ.de colli.bo.l j.§.iubent. No.tertio, ꝙ† securus quis dicitur esse de iure suo, cum sibi fideiussores sunt præstiti. Ad idem ʒ. de noui ope.nunc.l. prætor ait. §. hoc interdictum.l.j.de præt. stipu.& ad huius verbi declarationem vide plenam glo.in l.si mandato Titij.§.fin.ʒ.man. Et hoc no, cum quotidie in instrumentis

mentis apponatur promittens facere eum securum &c. Sequitur gl. 3. cum si. prin. glo. in l. prætoriæ. 3. de præto. stipu. & §. suscepto. in Authen. de exhi. reis. Contraria gl. in l. in eo. §. nemo infra, de re iudi. alia in authen. offeratur. C. de lit. contest. Alia recte intuenti in l. j. C. de procur. Sed Barto. hic, quem certi Doctor. hic sequuntur, sequitur glos. Et quòd hoc sit verum, dicit ipse probatur in l. habere. §. cautum. infra de verborum significa. Item sic, Ille qui renetur ad tantum, si plus facit, dicitur adimplere factum & liberatur. l. cum furti. cum si. infra de in lit. iur. Sed ille, qui tenetur dare fideiussores, si præstat pignora, plus facit, quod probatur in l. plus cautionis est. de reg. iu. infra, Institu. de obli. quæ ex delicto. &c. §. furti. Item probat Bar. per l. j. §. si legatarius. infra quorum leg. Vlterius per tex. in 4 l. j. §. iubet. de colla. bon. Pro concordia † dic, quòd aliquando lex astringens alium ad satisdationem siue ciuilem, siue prætoriam subiungit verbum fideiussor, non liberatur per pignora, & si ratione illa, quia inuito creditore aliud pro alio solui non potest. l. 2. j. si certum peta l. eum pro quo. C. de solu. Et si dicatur præstando pignora, plus præstat, & sic liberari debeat, respondeo, quòd posito ꝙ plus quis soluere velit, hoc inuito creditore fieri non potest. l. fi. infra de vsu & habi. & probatur in §. præterea. in fi. Instit. de act. & l. si debitor. infra de sol. Aliquando lex ciuilis, vel prætoria mandat simpliciter dari, & tūc obligatus liberatur, siue præstare velit cum fideiussione, siue cum pignoribus, per tex. in dicta l. promissor Stichi. §. fi. infra, de consti. pec. Pro hoc facit ratio. Certum est, ꝙ obligatus in 5 genere, sed † hic in genere obligatus habet electionem. l. cum his. §. vlti. de cond. inde igitur &c. Habes ex fi. eiusdem gl. quòd quis conuentus, si non possideat immobilia, tenetur satisdare de iudi. Fallit de illustri & superillust. Fallit secundo in clerico, qui nuda promissione liberatur. Fallit tertio si conuentus non reperiat fideiussorem. §. sed hoc hodie Institu. de satisd. Item fallit si agens contentus nuda promissione, potest enim renunciare suo fauori. Ita tenet glo. Tu adde casum, scilicet ꝙ præmissa regula fallit in ius dicēnb. qui ad sindicatum stant finito officio, quoniam talem satisdationem non præstant, sed liberantur caut. iuratoria. l. vnica. C. ut omnes tam 6 ci. &c. † Vlterius quòd vbi glo. vult, quòd si quis satisdare tenetur, si iurat se reperire non posse, liberatur. ergo &c. Adde. c. fi. de senten excom. in vj. & in c. per uestras. extra, de donatio. inter virum & vxo. Item tex. in l. j. §. super. C. de asser. tol. hoc casu in vsufructuatio, qui satisdare debet domino proprietatis, vt utatur commode & honeste. Nam si non reperiat fideiussorem, non liberatur, si iuratoriam cautionem præstare uelit. Glo. in l. vsufruc. C. de vsufr. Vlterius, pone, ꝙ iuraui me reperire non posse fideiussorem, postea reperio, quid iuris? Dic ꝙ licet aliquando liberatur, nihilominus si ex postfacto reperiat non liberatur, per dictū c. fi. §. illis. de senē. excommu. 7 † Vlterius quid importent hæc verba, satisdare, soluere, cauere, dare & satisfacere, fac quædam membra, quia aliquando quærimus de verificatione verbi soluere, aliquando verbi satisdare, aliquando verbi cauere, aliquando verbi dare vel satisfacere. Primo de verbo satisdare dicamus. Nam aut profertur ab homine, aut pure, aut alternatiue, aut a. l. Primo casu promittens non liberatur, nisi soluat pecunia numerata, aut eius ꝙ debetur solutione. Gul. alle. tex. in Auth. vt cum de app. cog. vnde sumitur. d. auth. si quando. Secundo casu, puta, promitto satisfacere vel soluere, videtur tunc ꝙ idem sit, quod in primo casu. Sed vtrum illud verbum vel, exponatur pro idest, ex eo quia in eadem oratione posita &c. l. vbi pactum, in glo. C. de transact. Sed dic, ꝙ verificatur præstita fideiussione, per tex. in l. pe. quibus mo. pig. vel hyp. sol. Aut a. l. profertur, & tunc liberatur quis quomodocunque satisfaciat. Probatur in l. item liberatur. §. i. quibus mo. pig. vel hyp. sol. & l. si rem. §. satisfactū, & l. sequenti j. de pig. ac. Si autem quærimus de ver. satisdare, dic ꝙ aliquando profertur simpliciter, & tunc siue a. l. siue ab homine verificatur per præstationem pignoris, seu fideiussoris, probatur in d. l. promissor. Aliquando profertur cum adiuncto, tunc non verificatur, nisi prout. l. mandat, ita intelligo glo. in d. authen. offeratur. Capio verbum soluere. Et in hoc dic, ꝙ aliquando profertur cum adiuncto, puta quod debeat quis naturaliter soluere, & tunc nō verificatur nisi naturaliter soluat. l. solutam pecuniam. j. de sol. Aliquando profertur simpliciter, & tali casu aut ab homine, & tunc verificatur solum naturali solutione. Tex. in d. l. promissor. §. fi. in l. respon. de constitu pecu. Aliquādo profertur a. l. & tali casu singulariter prolatum, etiam generaliter intelligitur, & quomodocunque fiat solutio volente creditore est verificatum, & solutio intelligitur facta. Tex. in dicta l. si rem. §. satisfactum, & in d. l. item. §. j. & l. solutionis verbum, & l. satisfactio. j. de solu. l. solutionis verbo. j. de verborum significa Sed verum est, ꝙ fallit in quantum dixi, ꝙ ab homine prolatum non verificatur nisi naturaliter satisfaciat, intellige quando soluendum liquidum & purum erat, sed vbi dubium erat, verificatur per præstationem pignoris, seu fideiussoris. Ita est in l. statuliberi, & l. seruus. §. fi. j. de sta. lib. Secundo fallit vbi vrgens & idonea causa adesset ad cogendum quem, vt satisdationem recipiat, tunc verificatur per præstationem fideiussoris. Tex. est in l 4 §. prætor ait. j. de re iudi. Si quæratur de verbo, cauere, Dic ꝙ aliquando profertur a. l. simpliciter, aliquando ab homine. Primo casu, tunc aut a l. iuris ciuilis, & verificatur promissionis præstatione. Tex. est in l. scimus. C. de verbo. signi. Sed si a l. prætoria, tunc non verificatur, nisi præstatione pignoris, aut fideiussoris. l. j. §. iuber. infra de col. bo. l. prætoriæ. j. de præto. stip. l. habere. §. cautum. de verborum signi. Aliquando profertur ab homine, & tunc siue a contrahente, siue a testatore, verificatur nuda cautione præstita. d. l. sancimus. Sed si hoc verbum ponitur cū aliquo adiecto, puta, caueat quis idonee, tunc dic, ꝙ verificatur præstatione pignoris, seu fideiussoris. l. j. §. adiici. j. de fideius l. si mandato Titij. §. Calphurnia. & §. vlti. j. man. Idem est si adiicio verbum, plene caueat, quia tunc etiam non sufficit nuda cautio. d. l. si mandato. Idem si adiiceretur verbum, sufficiet. Glo. ord. in c. felicis. in verbo idonee. de vsur. Sed si adiiciatur verbum mediocriter, dic quod idem est, quod promissio de obseruando id, quod promittit sub hypotheca omnium bonorū. Tex. est in l. filio. infra de lib. causa. quia tunc requiritur, quod tradat hypothecam omnium bonorum. Vnum est addendum, ꝙ licet supra dixerim, quod vbi verbum, cautio, singulariter profertur a iure ciuili, verificatur per nudæ promissionis præstationem. Fallit nisi ponatur hoc verbum in materia innominatorum contractuum, de quibus in l naturalis. j. de præscrip. ver. quia tunc non verificatur nisi præstatione pignoris, aut fideiussoris, in l. fi. in vlt. glo. j. de condi. ob cau. Sed miror quod contra eam. l. pe. ver. plane. eodem titu. Sed quid si ponatur in statutis. dic vt no. Bar. in l. stipul. j de verbo. obliga. Bar. in l. i. C. de procu. Si quærimus de verbo, dare, vt promitto me curare tibi facere dare centum, tali casu, aut profertur a testatore, aut a contrahente. Primo casu hæc verba non verificantur, posito, ꝙ hæres velit præstare fideiussorem. l. ista stipulatio. §. i. de verborum obliga. & l. fi. §. j. si cer. pet. Aliquando promittitur simpliciter, & tunc hæc verba non verificantur neque per pignus, neque per fideiussorem, sed requiritur, ꝙ dentur illa centum. l. si ita distrahitur. § j. de contrahen emp. Barto. no. in l. si fundum. de verborum obligatio. aliquando uerbum promitto profertur sic. Promitto date. Instit. de act. §. sic itaque. in l. vbi autem non apparet. §. vlti. j. de verborum obligationibus, & in d. l. fi. de condic. ob cau. Quid autem si promitto tradere? dic ut in l. si rem tradidi. j. de verbo. obligatio. Aliquando dicit testator, lego Titio fundum, vel seruum meum, cum decem dare poterit, & si. x. dare poterit quomodo hæc uerificentur, videtur ꝙ statim, ꝙ hæres habet facultatem soluendi, sed contrarium est uerum. Nam non verificatur nisi manualiter soluat. l. statuliberi. §. si quis sic acceperit. j. de sta. lib. Hæc omnia inducuntur ad quæstionem, dicit statutum, si quis non soluerit vel nō satisfecerit id, quo condemnatus est, intra. x. dies, puniatur, non soluit, sed vult dare pignora vel fideiussorem, vide per Bar. in l. j. j. de custo. re. & l. nemo. j. de re iu. & l. item liberatur. §. pe. & in d. l. statuliberos. Bal. in l. cum hi. de trans.

SVMMARIVM.

1. *Fideiussoris idoneitas quæ præsupponat. & nu. 3.*
2. *Iudicio ex parte actoris, vel conuenti annullato, non tenetur fideiussor de iudicio sistendo.*
4. *Debitor rixosus, vel alias uitiosus &c. quo possit modo discuti.*
5. *Fideiussor de iudicio sisti non est proprie fideiussor.*
6. *Fideiussor an teneatur ad id, quod tenetur principalis.*

LEX II.

Fideiussor. Fideiussor nō debet esse idoneus opulentia, sed facultate conueniendi, & inhabilitas promittentis seu satisdationem recipientis reddit præstationem satisdationis nullam, & si ostendens conueniat descendentem vel econtra sufficit qualiscunq; fideiussor præstetur etiam nō locuples &c.

1 No. † quod ad idoneitatem fideiussoris requiritur non solum opulentia facultatum, sed facultas conueniendi. Ad idem. j. de verborum obligationib. l. si ita stipulatus. in fi. No. in §. si quis, 2 secundum vnum intellec † ꝙ ubi iudicium est nullum ex eo, quia non subsit ratione defectus personæ agentis vel conuentæ, ibi & fideiussio de iudicio sisti, quæ fit ad uigorem iudicij conseruandum nulla est, cum ipsum iudicium nullum sit. Ad idem, infra si quis cau. l. quoties, & l. si quis seruum, & l. si seruus. Nota in §. prætor ait. ꝙ fauor coniunctionis litigantium hoc operatur, scilicet vt qualiscunque fideiussor de iudicio sisti præstitus sufficiat. Ad idem, supra in ius vo. vt eant. l. j. in fi. cum sequenti. Et dic, vt ibi plene dictum fuit. Ad quæ adde. l. si extraneo. infra de vsufruc. & l. negat. infra de mor. infe. No. in ver. quod ait. ꝙ hoc uerbum, qualiscunque, quantuncunque

sit uniuersale & geminatum, & consequenter magis debeat operari, quàm uerbum particulare & simplex, vt l.Balista.j.ad Trebel.nihilominus restringitur ad habilem, alio modo ad fideiubentem præter facultates, ut probatur hic iuncta gl. super uerbo, facultatem, vnde semper allegamus quod verba quantuncunque generalia seu vniuersalia recipiunt restrictionem de habilitate & validitate. Ad primum, infra de mune.& hono.l.vt gradatim.§.sed si lego.C.de sacrosan. eccle. l.j.infra, de condi.indebi.l.certo loco.j.de do.l.i.j.man.l.j.C. ad Velleia.l.omnes,& l.inter omnes.j eod.iuncta glo.eius,& quod plene no.Bar.in l.i.§.nunciatio.j.de noui oper.nuncia. & Bal. in l. momentaneæ.C.qui leg.perso.& in rub. C. qui accus.non pos. & in l.sed & si quis.§.quæsitum.j. si quis cau. Ad secundum.j. quemad.test.ape.l.ij.§.testamentum.j.de contratab.l. non putauit.§.non quçuis.j.de re iudi.l.4 §.condemnatum.j.de verb. signifi.l.Paulus.& plenius no.j.de his qui no.infa. l. quid ergo. § cum autem.& quod no.Bar.in l.filium.§ si quis bonorum.j. de leg.præstan.& in l.pe.j.de adul.Ex quo super verbo facultas.

3 †No. primo, ꝙ fideiussor dicitur idoneus & opulentus patrimonio, quando res suæ tantum valent, quanta est quantitas causæ. Ad vnum simile, sed quid de teste, qui ratione paupertatis debilitatur, vt l.ii. de testi. Dic vel statutum requirit testes fore diuites, quia tunc requiritur, vt satisfaciat statuto. Glo. sing est in Auth.de hær.& fal.§.si uero absunt. Ad hoc facit, ꝙ in simili dicimus in tu.cuius officium est necessarium, & propter paupertatem excusatur a tutela. Modo vt possit excusari, quanta paupertas requiritur? dic quando non habet tãtum in patrimonio, quantum habet pupillus. Instit. de excu. tut.§.sed & propter paupertatem. Sed attende ad vnum, ꝙ licet glo. nostra in prin.sui velit, ꝙ tantum debeat valere patrimonium ipsius fideiussoris. quanta est quantitas causæ, nihilominus hoc non semper exacto verum est, quando reus esset ditissimus, posito, ꝙ patrimonium fideiussoris modico minus valeat, dummodo non sit pauperrimus. Gl.in l.mulier.C.de iu.do. Ad hoc bene facit tex.in l.tam dementis.C.de epi.aud. & l j §.si magistratus.j.de mag.conue.sicut dicimus ꝙ facultates fideiussor s supplent rei inopiam.in l.si plures.§.præterea.j.de fideiu. Secũdo tene menti secundam partem glo.quam s. alleg.scilicet ꝙ qui non est habilis facultate conueniendi, recusari potest. Bene facit tex.l.si quis stipulatus.in fi.de verbo.obliga. Item dic. Bar.si quis vellet dare fideiussorem multum rixosum.omnino semper recusari potest.l.j.in fi.j.de alie.iu.cum l.sequen.Tu ad de l.si conuenerit, cum l sequen.j.pro soc. Circa hanc glo.dicit Bar.regu.est, ꝙ antequàm conueniri possit fideiussor, discutiendum est de viribus principalis, vt in auth. præsente, & unde sumitur. C. de fideius. Modo quæritur.

4 †Quid si debitor sit rixosus, litigiosus, vel cauillosus, vel in loco munitissimo existens, an debeat discuti de viribus principalis? videtur ꝙ sic, nihilominus habet locum.d.auth.in his casibus, quia tunc poterit perueniri ad fideiussorem per hanc.& s.dic. Ad hoc facit, scilicet ꝙ dicimus paria sunt hæc duo, scilicet quid facere vel habere voluntatem ad faciendum & facere non posse. Glo. l nam & seruus.in fi glo. in verbo iudicium.de nego.gest. & l.si quis in hoc de epis.& cleri.uel aliter probare possumus. Id dicitur non fieri posse. quod ad faciendum satis est difficile, vt in l.apud Iulianum.§.fi.de leg.j.l.cum vsusfructus. §. si in vinariis.de vsufr. Sed certum est eo casu, quo reus principalis discuti nõ potest, perueniri potest ad fideiussorem Ita hic. Tertio non dicitur fideiussor idoneus, si non potest conueniri nisi principalis, in l.i. s.si quis in ius vo. Ego repetii in Auth. de exhi. re. §. suscepto.l. si fideiussor.j.eo.ad idem videtur.l. qui satis j. de fideius. Adde gl.in §.si quis ex his.l.si seruus inscio.j.de fideius. ex qua gl.conclude, ꝙ quando iudicium est nullum respectu personæ agentis vel conuentæ satisdatio est nulla secundum primam lectu. Sed quærit glo.quid si agens sine actione experiatur, tali casu

5 fideiussor est obligatus.l.si eum. j. si quis caut. Secundo no.† ꝙ fideiussor de iudicio sisti improprie dicitur fideiussor. Ita habes glo.in rub. s. in ius voca. vt caut. aliam in l. si Barattoram. C.de fideius.Bal.& Bar.reprobant istas gl. & probant non esse præsumendum, ꝙ iurisconsultus improprie loquatur in pluribus locis. Sed in multis aliis tex.vocatur idem fideiussor, ergo proprie dicitur fideiussor. Primo probatur hic,& in l.si fideius-

6 sor.j.eod.& l.si is qui fideiussorem.j.si quis cau. † Et dum gl.dicit, ꝙ non tenetur ad idem ad quod principalis. Dicũt, ꝙ diuersa obligatio non facit improprium fideiussorem.l. nemo est qui nesciat.de duo.re.& l.Græce.§.illud, j.de fideiut. Infero ad quæstionem. versi, nunquid fideiussor de iudicio sisti possit cõueniri ad discussionem factam de principali? Secundum istas glo.videtur ꝙ sic. Nam priuilegia de fideiussore loquuntur in casu proprio, vt in cle.vt circa. de elec. Contrarium videtur verius. Nam si loquuntur in fideiussore de iudicio sisti in causa ciuili.dicit ꝙ non potest conueniri, nisi excussio principali. Gio, in Auth.de fideius.circa prin.quæ incipit, Nota differentiam. Sed quæro quomodo excutietur? Dic ꝙ aut conuenitur fideiussor, vt faciat, ꝙ principalis sistat, respondebit fideiussor discutias, an suæ uoluntatis sit, vtrum velit sistere, aut agitur contra fideiussorem, quia principalis non vult sistere, & sic petitur ab eo interesse, certe tunc respondebit discutiatur principalis, an prius velit soluere, vt in d.glo.Auth.de fideiut. Ad hoc etiã quod no.Bal.in l.cum eorum.C.de sen.& l.fi.in fi.de vsu.rei iudi. vbi quçrit, an fideiussor iudicatum solui habeat beneficium discussionis. & dicit ꝙ sic. Secundo casu quando quærimus de tali fideiussore in causa criminali, dic, ꝙ tunc non habet beneficium discussionis.l.si quis reum.j.de custo.reo.

S V M M A R I V M.

1 *Fideiussor is dicitur, qui aliquem in iudicio sisti promittit.*
2 *Fideiussor de iudicio sisti an teneatur ad omne agentis interesse, si in iudicio nõ perseueret.*
3 *Promissio hominis extinguit promissionem legis.*
4 *Fideiussoris de iudicio sisti obligatio quanto tempore duret.*
5 *Promittens stare in iudicio quoties iudici placuerit, quoties comparere teneatur.*
6 *Fideiussor iudicio sisti non cogitur ad aliquid certum promittendum, nisi certis casibus.*
7 *Delictum rei superueniens an fideiussori præiudicet.*
8 *Fideiussio an procedat in causa capitali, vel ex qua mors sequi debet.*
9 *Actio competens contra fideiussorem an habere debeat paratam executionem.*
10 *Fideiussor condemnatus in vna curia, an conueniet reum in eadem, non obstante diuersitate fori.*

§. In fideiussorem. Fideiussor de iudicio sisti tenetur ad uerum interesse actoris, nisi in certa quantitate fuerit facta promissio casu quo non sistatur, quod procedit etiam si actio sit pœnalis. hoc dicit

1 cum l.sequenti. No. primo † eum, qui aliquem in iudicio sisti promittit, appellari fideiussorem, & consequenter proprie, vt non præsumatur iurisconsultus per verba impropria loqui.ar. infra de euic.l.si dictum. in princip.j.de suis & legi.l. item prætor.quod dic vt plene.s.dixi in princi.l No.in ver. qui aliquem sisti &c. ꝙ valet hæc promissio. Promitto ꝙ talis conuentus sistet in iudicio, licet videatur promitti factum alienum contra.l.sicuti reus.in fi.j.de fideiusso.cum si.& hoc ex eo, quia a iure declaratur hæc promissio, hoc modo, scilicet promitto me facturum & curaturum. ꝙ talis sistet, vt j. de verbo. obliga. l.

2 quoties quis,& l.Scio, habere licere.§.pe.†No. fideiussorem de iudicio sisti obligatum fore ad verum interesse agentis casu quo conuentus in iudicio non perseueret. Ad idem, supra si

3 quis in ius voca.l. fi. & d. l. quoties quis. No.† quòd vbi ipse fideiussor determinatam quantitatem casu quo non sisteret, promittit, tunc contra eum agi non potest ad interesse, & hoc non ex alio, nisi quia prouisio hominis facit cessare prouisionem legis, vt in l.fi.cum si. C. de pact.con. Ad quæsitum glo.

4 †quanto tempore duret obligatio fideiussoris de iudicio sisti. Circa quod dic, ꝙ aut ipse, qui agit diligens est in prosequendo litem, & tali casu verum dicit glo. quòd fideiussor non tenetur sistere nisi vsque ad sententiam. per d.l. Grçce. Vnde dicimus, quod talis fideiussor non tenetur in appellatione. gl.in Auth.de his qui ingre.ad appella.In princi.aut est negligens in nunciando vel prosequendo, tunc si in nuncianda lite, & tali casu aut fideiussio est facta sine scriptura, & liberatur fideiussor nisi is, cui præstita est, initiet litem intra duos menses. De primo habens casum in l.pe.j. de fideiui. De secundo si est facta in scriptis & tardat litem initiari, tali casu obligatur fideiussor vsque ad terminum.l.si seruus hæreditarius.j.de diuer.& tem. præscriptio.& in d.l.pe.C.de fideiusso. Bene sensit glo.in l.cum lite mortua.j.iudi.sol.Sed circa hoc accidunt duo dubia. Ecce fideiubet quis de iudicio sisti a se facturum & curaturum &c. quantuncunque iudici placuerit, modo quæritur, an ista fideiussio duret etiam vltra sententiam latam. Bar. in l.si quis reũ. j.de custo.reo.dixit, ꝙ hoc casu tenetur fideius. etiam post sententiam si iudex hoc requirat Nam verba debent aliquid operari.l.si quando.de lega.j.Sed si diceremus, ꝙ non teneretur, illa verba nihil operarentur. Sed Bald.hic,& in l. qui crimen. C. qui accu.non pos.tenuit contrarium, ꝙ etiam si adiiciantur illa verba, non tenetur nisi vsq; ad sententiam &c. per dictum in l.continuus.§.illud.de verbo.obligatio. Secundo certum est, quod illa stipulatio facta a fideiussore est prætoria, ergo sequitur, quod eius verba declarentur secundum edicta prætoris.l. damni.ver.& quod in stipulatione.j.de damno infe. sed mens prætoris vult, ꝙ non teneatur nisi vsq; ad sententiam, igitur dicta verba &c. Tertio posito, ꝙ verba generalia sunt ciuiliter intelligenda & honeste, vt l.si cui.j.de serui.tit.genera. Sed inhonestum foret, vt miles teneatur ad repræsen.se, si curiæ placuerit siue iudici, igitur &c. Sed non est dubium, quod illa verba quoties &c.generalia sunt, sed imputet sibi, qui generalem obligationem recipit.l.si.ad fi.de do.promis. Nã quçcunq; generalitas

neralitas parit ambiguitatem.l.quoties.ff.de ver.oblig. Modo sic,licet sit regula, quod ambigua verba stipulationis interpretentur contra proferentem,vt in regula,In ambiguis.de regu. iur.in 6. & l.veteribus. de pac.nihilominus in stipulationibus prætorijs illa regula non habet locum, Sed habet locum alia regula, quod verba ambigua in stipulationibus & contractibus interuenientia interpretanda sunt & declaranda per iudicem viuum,vt l.in prætoriis.ff.de præto.stip. Modo ad propositum cum negari non possit hæc verba esse ambigua, dico q interpretationem sumunt a iudice viuo,nō a partibus.†Hinc est similis quæstio,quam examinaui alibi. Promittit quis siste re in iudicio quoties iudici placuerit,q̄ritur quot vicibus obligatur quis ad repræsentandum. Ang. fuit in falsa opinione dicens,q non extenduntur ista verba vltra bis. Ita dixit.l.si finita.ff.de dam.infec.Ego reprobaui eundem multis rationibus. Secundo pono, quod promiserim quẽ repræsentare quoties iudici placuerit. Ponatur etiam quod talis promissus repræsentari fuerat de damno dato,& deuenit ad manus iudicis me inscio,& ex eadem causa iudex incarcerauit eum,hic aufugit de carceribus,nunquid sim liberatus de repræsentando? Io.And. in addit.Specu.mouet in tit.de accus. §.sequitur. quæ incipit, Odofr.dicens q idem qui promittit,semel repræsentando liberatur.l.boues.§.hoc sermone.ff.de ver.sig.tunc sic,ad inducendam liberationem non refert per quem fiet,dummodo fiat.l. cum seruus.ff.de ver.obl. Bene facit.l.iij.cum ibi no.de cōd. & demon.sed hic fuit semel repræsentatus, igitur videor liberatus. Et si dicatur,illa repræsentatio nō habuit effectum suum propter fugam. Dico q si aufugit fuit ex culpa & dolo custodientis,quæ mihi nocere non debet.l.non debet alteri per alterum.de reg.iur Sed dicit Io.And. pone, q venit in fortiam iudicis ex alia causa,quæritur,nunquid sit aliquis modus,vt fideiussor liberetur? Cautela est,q præstetur fideiussor iudici,q ipse dicat,ego autem repræsento eum. ex hoc nunc liberabuur, licet etiam aufugiat ille. Ad hoc gl.in l. Nesennius. de neg.ge. & auth.si captum.de episc.& cle. Hoc firmat Bal.in d.l.qui crimen.C.qui accu.non pos. Ang.in l.ij.§. cui exhibendi. ff.de custo.reo. Accidit hic casus de facto Bononiæ,in quo ego fui,cōtra fideiussorem contra prædictos Doctores allegando has rationes. Primo non est dubium, q promissio ista interpretatur a iure,q durat vsque ad sententiam.l.Græce.§.& post litem. ff. de fideiusso.ergo sequitur,q posito q sit facta prima repræsentatio, si non habuit effectum, teneor secundo & tertio. Et si prima habuit effectum,non teneor amplius. Secundo nō est dubium,q ista verba,q̄n Iudici placuerit, habent dilationem tpis incerti ex iudicis requisitione certificanda, tunc sic, cum quis obligatur ad quid agendum ad tempus incertū,non pōt illud tale facere anteq̄ declaratio tpis sit facta.Tex.est ī l.scio. § inter certā.ff.de verb.ob.sed hic obligatus quotiescunq; &c. est obligatus ad incertum, & tunc certificatur cū iudex requiritur,ergo non est liberatus ante. Tertio cum quis est obligatus certo die adiecto ad solutionem fauore illius,cui promittitur,non liberatur si velit facere ante tempus inuito creditore, vt l.qui Romę.in prin. de ver.obl.l.eum qui.quę alias incipit, Iabolenus.ff.de adi.leg.sed hic obligatus est, q̄n voluntas iudicis fuerit vel partis,ergo non est liberatus antequam fuerit requisitus. Item personæ contrahentium debent esse paris qualitatis,vt l.cū pro pecunia. C.de sol.l.si de meis.& l.si cū dies.ff. de arb.sed qui præsentare promisit non cogitur antequam sit requisitus,vt l.eum qui literis.ff.de ver.obl. Eodē modo iudex non cogitur ad acceptandum repræsentationem anteq̄ te requirat. Item qui obligatus est non liberatur ex protestatione.l.si fideiussor creditori.ff.de fideius.ergo non liberatur, nisi requisitus fuerit,quia non fit eodem modo quo debet,vt l.eleganter.§.qui reprobat.de pig.ac.Conclusio est†q fideiussor iudicio sisti non teneatur promittere certam quantitatem.Certum est q ista promissio fit ad releuandam probationem interesse. l.si.ff.de præto.stip.insti.de ver.obl.circa fi. Sed certum est q me inuito tu non potes releuari ab onere probandi,vt l. minus graue. C. de test. Tertio nemo cogitur quid promittere,nisi velit.l.nec ciuem.C.de iure delib.l.sicut.de act. & obliga.sed promissum tenetur seruare.Fallit in tribus. Primo nisi in patria sit consuetudo,q fideiussores promittunt certā quantitatem,quia tunc astringuntur ad id seruandum.l.quod si nolit.§.quia assidua.ff.de ædil.edi.l.si pignore.ff.de pig.act.l.semp in stipulationibus.de re. iu. Secundo fallit,nisi idem,qui fideiubet de sistendo, fideiubeat super re inęstimabili. l.fideiussor ad exhibendum. §.Iulianus.ff.rē ra.ha.& l.si quis reum. de custo.reo.pone casum in libertate. Ista habent locum in stipulatione de iudicio sisti.quid in alijs prætorijs? Dic q regula est,q in prætoria stipulatione non cogitur quis ad promittendum pœnam. Fallit nisi sibi remittatur satisdatio cum fideiussore vel pignore.Gl.in l.ij.§.sed si dubi.de iud l.nisi.§.quamuis ff.si cui plusquam per l. Falci.Item fallit in casu.l.iij.§.si l.ff.de alie. iud.mu.cau.fac.Quærit gl.in l.siue in duplum †nunquid in-

ficiatio,siue dolus,quæ faciunt rem crescere contra reum, ita etiam in fideiussore. Videtur dicere,q non,tamen se non firmat,quia videtur arguere pro & cōtra. Tu dic, Aut loquimur in fideiussore de iudicio sisti, & debemus dicere q delictū rei non auget obligationem fideiussoris,per l.in glo.alleg. Restat respondere ad l.si quis pro eo.§.si nūmos. Dic q ibi nō crescit obligatio ex natura rei, super qua iudicium poterat institui. Aut loquimur in fideiussore iudicium solui,tunc s̄m Bar.dic, q ipsum delictum rei auget obligationem in tali fideiussore p ff. iudica. sol. stipulatio expeditam habet quantitatem. ff.iud. sol. An autem delictum rei crescat in fideiussore cōtractus.De ista materia dic,vt in l.mora rei.& in l.si seruum.§.nūc videamus.ff.de verb.obl.& l.fi.ff.de fideiuss. Plene per Bar.in l.centū Capuę.& l.fi.ff.de eo quod cer.lo.& l.quæro.in prin.ff.loc.Quęro statuto cauetur,q pro vulnere soluatur centum,pro homicidio mille. Titius accusatus de vulnere in personam Caii dat fideiussorem de iudicio sisti & iudicatum solui. Accidit quod pendente iudicio Titius decedit, iudex fert sententiam in pœnam homicidij, quæritur nunquid fideiussor teneatur ad pęnam vulneris,aut homicidij.Spec.in tit.de fideius.§.j.vers.sed pone.Bar.in l.fideiussores magistratum.§.j.ff.de fideiuss.& alibi.in§l.libertas. §.si ff.ad municipia. Tu dic, Aut fideiussor iud. sol.fuit datus instituta actione,tunc non tenetur soluere condemnationem de reo factam vt de homi.per tex.s̄m vnam lecturam.l.non a iudice.§.si quis alie.ff.de indi. l.cum querebat. in fi.iud.sol.vbi dicitur,q mutatio rei vel actionis impedit cōdemnationem fieri contra fideiussorem iudicatum solui.Aut fideiussor intercedit antequam accusa.fuerit interposita,tunc dic q licet fuerit post accusationem instituta, tamen tenetur ad id ad quod fuerit condemnatus,quia tali casu tenetur, vt l. si quis pro eo. §.si nummos. ff.de fideiusso.faciunt ea quæ notantur in l.damni.§.Sabinus.ff.de dam.infec. †Vlterius aduertendum post gl.quid in fideiussore de iud.sisti est aliquis accusatus de delicto,ex quo venit sequenda mors,fideiussor vult suscipere hanc condemnationem,an possit? Dic q non.c.contingit.de sent.excommun. quia nemo suorum membrorum est dominus.l.i. §.vsque.& l.ij. C.ad Turpil.l.si adeo.§.qd vulgo.de fideiuss.Glo.or.23.q.5.cum homo. † Vlterius quæritur hic Doc.nunquid actio,quæ competit contra fideiussorem de iudicio sisti,habeat paratam executionem hoc q sine ordinario processu possit sequi cōdemnatio. Vult Bar.& Bal.hic hoc quod de fideiussore iud. sol. Quid etiam in fideiussore contractus. Gl.ordin.in c.j.de iniur.& dam da.lib.6.Spec.in tit.de execu.sen.§.sequitur.ver.quod si lata sententia. plene Bar.in l. j.ff.iu.sol.Cy.& Bal.hic volunt idem.Bal.in l.duobus §.qui iutā ti.de iureiu.& plene in l.si.C.de vsur.rei iud & l.remunerandi. §.Maurus.ff.man.& l.Gręce.§.si cum defensor.ff.de pig. †Duo addo ad prædicta.Ponatur quod occasione priuilegij,quod habet actor, traxit fideiussorem ad iudicem nō suum, soluit per condemnationem factam a iudice, nunquid fideiussor possit recōuenire reum coram eodem iudice. Primo videtur quod non,quia nemo debet trahi ad iudicem non suum.l.extra territorium.ff.de iurisd.om.iud. Præterea actor sequitur forum rei.c.cum sit generale.de fo.comp.& l.ii. C. de iuris.omn.iud. Tu dic, q aut fideiussit in vtilitatem fisci,tali casu cōpulsum soluere per iudicem fis. & tunc etiam poterit cōuenire reum coram eodem iudice.l.cum vendente. C.vbi cau.fis. aut fideiussit pro priuato, tali casu debet conuenire reum coram suo iudice.Bal.C.de sen.l.cum coram. Item debes scire,q fideiussor antequam soluat,non habet actionem contra principalē. Fallit in tribus casibus. Primo nisi diu stetisset in obligatione, tunc agitur contra reum. Secundo quando reus principalis dilapidaret bona sua. Tertio quando fideiussor esset condemnatus per tex.in l.Lucius.ff.man.l.si pro ea.C.eo.tit. Quæritur, nunquid hoc habeat locum in fideiussore de iudicio sisti. Dic q non,quia statim quando obligationem incurrit, potest agere contra reum principalem quod liberet eum. Casus est in l. si mandato. §.si iudicio, infra mand.

SVMMARIVM.

1 *Mors qualiscunque superueniens extinguit fideiussionem.*
2 *Fideiussorem offerens tenetur qualitatem probare.*
3 *Fideiussorem offerenti fit iniuria, si ipse fideiussor non admittatur, etiam ex hoc sequi potest actio iniuriarum.*
5 *Pactum de parte iudicialiter punienda an sit validum.*
6 *Mors ciuilis æquiparatur naturali, & an econuerso.*
7 *Necessitas an excuset a pœna conditioni apposita.*
8 *Pœna in promissione adiecta nulla termini vel diei mentione facta quando incurratur.*
9 *Repræsentare promittens quem certo tempore, si repræsentaturus aufugiat, qualiter sibi prouidebit.*
10 *Notorium an indigeat allegatione.*
11 *Diuitię vel paupertas quomodo probandę.*

LEX IIII.& V.

SI decesserit. Si reus conuentus ante moram fideiussoris decedat ciuiliter vel naturaliter, fideiussor de iudicio sisti liberatur, non autem si decesserit post moram. Et qui recusat fideiussorem idoneum recipere, iniuriarum actione 1 tenetur. hoc dicit vsque ad l. quoties. † No. primo, ꝙ mors ciuilis siue naturalis superueniens in repræsentando ante moram, seu negligentiam repræsentare debentis, liberat fideiussorem de iudicio sisti. No. in ver. ꝙ si ignorans, ꝙ præceptum a iudice etiam ignotanter factum super eo, quod est impossibile adimpleri, nullas obtinet vires. Ad idem ſ. de re iud. l. in summa. §. fi. ſ. quæ sen. sine ap. rescin. No. in ver. si autem. ꝙ mors superueniens in repræsentando post obligationem, in quam fideiussor ex mora seu negligentia repræsentandi inciderat, eũdem fideiussorem ab obligatione iam incursa non liberat. Et istud idem no. potes in l. si vero. secundum vnam lect. cuius intellectus in glo. plene declarabitur. No. in §. qui pro rei. in verbo euidentissime, iuncto cum verbo, approbatum. id, ad quod semper allegamus, scilicet ꝙ sententia & notorium æquiparãtur, & regulari passu procedunt. ad idem. ſ. de ac. emp. l. empto rem. No. ex eisdem, ꝙ ea quæ euidenter hoc est notorie patẽt, probatione non indigẽt, ad idẽ. ſ. de in inte. resti. l. j. extra, de accu. c. euidentia. & ij. q. j. de manifesta. No. in ver. approbatum. 2 † ꝙ qui dicit aliquẽ esse locupletem, illud probare tenetur, de 3 quo dic vt. ſ. dicetur cum gl. No. ex eodem † ꝙ iniuria infertur capto, si fideiussorem offerens, nihilominus ducitur, & sic ei 4 actio iniuriarum cõpetit. No. in eod. in fi. † ꝙ oblatus fideiussor communi repræsentatione locuples contra recusantem iniuriarum agere potest. Item no. in l. si decesserit. in fi. ꝙ mors ciuilis & naturalis quo ad inducendam liberationem fideiussoris de repræsentando æquiparantur, ad idem, si quis caut. l. sed & si quis. circa prin. Vides hic tex. in. j. & ij. parte ꝙ promittens repræsentare reum conuentum non intelligitur promittere repræsentare eius hæredem, quia morte rei obligatio est extincta. Ex quo quærit Barto. notabiliter. Ponatur, ꝙ inter creditorem & debitorem fiat conuentio, ꝙ creditor possit eum sua authoritate capere, modo ponatur, ꝙ debitor est mortuus, nunquid poterit capere suum hæredem? Barto. per hunc tex. concludit ꝙ non. Contra hoc idem Barto. videtur dixisse in l. postulante. ſ. ad treb. circa princi. Respon. ꝙ aut quærimus in statuto, & dic ꝙ statutum loquens in debitore, habet locum in eius hærede. l. Arriani. C. de hære. Sed in pacto secus est, quia in dubio verba pacti contra proferentem sunt interpretanda. l. veteribus, de pac. quod quidem pactum est personale. Ad hoc possumus inducere per Bal. in l. j. C. de execu. rei iudi. & l. per diuersas. C. man. Tertio pro dicto Bar. inducere possumus tex. in l. qui Romę. §. Augerius. ſ. de verbo. obli. Sed attende, quia Bar. præsupponit, ꝙ pactum quod creditor possit carcerare debitorem &c. posuit in l. alia. §. eleganter. solu. matri. l. Titia centũ. §. Titio. ſ. de condi. & demon. Bal. in l. j. C. qui bo. ce. pos. & in l. ob æs. C. de act. & oblig. vera decisio est, ꝙ non valet pactum 5 tale. † Ratio est, quia captura personæ est misti imperij. l. cum iurauero. ſ. de iuris. om. iud. & in Auth. de exhi. re. §. si vero etiã quidam iurauerit, sed pacta priuatorum iurisdictionem concedere non possunt, vt l. priuatorum. ergo tale pactum non valet. Secundo istud idem probo, pactum, per ꝙ inducitur seruitutis species in libero homine, est nullum, vt in l. ob æs. & in auth. hoc imo. C. de act. & obli. iuncta gl. d. auth. sed per istud pactum de possendo incarcerare inducit speciem seruitutis ꝑ tex. in l. ij. ſ. de libe. homi. exhi. ergo &c. Istud verum est, nisi fieret pactum de eo, qui mihi debitor est, quia mea pecunia eum ab hostibus redemi, per tex. in l. 2. C. de capt. & postli. reuer. Nã tale pactum valet eadem ratione. Eandem quæstionem facimus in eo, qui facit pactum, per quod datur facultas torquendi hominem liberum. Barto. in l. pe. de condi. ob cau. l. interdum. §. qui furem. ſ. de fur. Teneo tamen ꝙ istud pactum non valet per l. defensores. C. de desen. ciui. & ĩ Auth. de resti. §. si ve-6 ro ignoti. † Capio aliud textuale. Notatum fuit, ꝙ mors ciuilis & naturalis æquiparantur, deportatione inducitur mors ciuilis. l. actione. §. publicianę. infra pro soc. Item per monachatũ inducitur mors ciuilis. xvj. q. j. c. placuit. Quid autem appellatione mortis naturalis venit, habes in l. ex ea parte. §. insulam. infra de verbo. obliga. In testamentis intelligimus de naturali. l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. infra de iure fi. Si loquimur in legibus. l. ij. de his qui ve. æta. Nunquid autem ciuilis mors per omnia æquiparetur mortali naturali, remitto ad glo. in d. c. placuit. aliam in c. susceptum. de rescrip. lib. vj. Legistæ in l. Deo nobis. C. de episco. & cle. l. sed si mors, de do. inter vi. & l. res vxoris. C. eod. titu. Adde ad glo. an transeat ad hæredem. l. Veracius. de re iud. In glo. l. Veracius, de re. iu. In gl. l. si decesserit. quæ incip. cum dies. quæ vult ꝙ agi possit nisi adueniente die &c. laco. But. & alij Vltramontani sunt in contraria opinione, ꝙ etiam die adueniente non potest agi per creditorem contra fideiussorem. Nam aut ista conditionalis, promissio & in diem non habebat in se pęnam, & tunc in solutionem non incidit ur, etiam die adueniente, quia posito ꝙ in diem non repræsentem, non dicor incidere in moram in die vltima, similiter non incido in solutionem interesse, quia intelligitur si tunc vixerit, sed certum est ꝙ tunc non viuebat, ergo non sum obligatus ad id faciendum per hunc tex. & sic non teneor ad principale, nec ad eius accessorium per l. insulam. infra de verbo. obliga. Faciunt aliud membrum, aut ista promissio habuit pęnam, & tali casu si certum fuit etiam si voluisset non potuisset repræsentare, pęna est commissa. l. cum stipula. sim mihi a Proculo. infra de verbo. oblig. Et dicatur imo videtur, ꝙ vtroq; casu inciderit in solutionem, quia ei, qui habet terminum si se arctat nimium ad repræsentandum, imputatur. l. 2. §. quod diximus. infra si quis cau. But. residet, ꝙ casus mortis superueniẽtis tollit culpam commissam in arctando. l. si vehenda. §. idem iuris. infra ad leg. Rhod. de iac. In vtroque ego sum in contraria opinione. Si primo casu, quando non habuit pęnę adiectionem, possit agi ad interesse. l. si quis intra bienniũ. infra de ver. obli. sed ante diem agi non poteris. Secundo casu, quando promissio habet adiectionem pęnę, dico ꝙ si intra illum terminũ decessit, post lapsum diei potest agi ad pęnã. l. si ego. §. homo. infra, si quis cau. Ad hoc faciunt. l. in illa stipulatione. §. si liber. infra de verbo. obliga. & l. non omnes. versi. & si in pecuniam. 7 ſ. si cer. pe. Hæc faciunt ad q̃stionem. † Dicit snĩa iudicis, vel statutũ, ꝙ si talis accusatus non comparuerit ad faciendũ suam excusationem vel defensionem intra diem decimũ, bona eius sint publicata, certũ est ꝙ comparere nõ põt, an bona sint publicata? Et ꝙ non. Sed remitto ad Bal. in l. ij. si pendente appel. mors interue & Bar. in d. l. si stipulatus sim mihi a Proculo. ſ. de verbo. obli. Item pone, ꝙ citatio fit, vt decimo die quis comparere debeat ad videndum se excõicari, an possit fieri añ diẽ decimum, si in illa die certum est comparere non potuisse. Gl. in c. vbi periculum. in ver. x. dierum. de elec. in vj. & in c. cõmis-8 sa. eo. ti. & lib. Glo. † quærit, q̃n promissio est facta non adiecta die, sed pęna ibi, aliud forte extra iudicia, dicitur promissio incipit a conuentione, tunc si ante moram res pereat in pęnam non inciditur. l. si homo mortuus. ſ. de verb. obli. Si vero cõtus incipiat a conditione, tunc in pęnam inciditur. l. si ita stipulatus. la grande. de ver. obli. vel dicas per. l. in naue Saupheli. ſ. loca. & l. Titiæ textores. & l. quidam testõ. §. si tibi seruus. de leg. j. quoties res in specie obligata perit, multo magis si in genere fuerit obligata. Hoc verum nisi cõrium appareat ex mente contrahentium, per quam derogatur legali dispositioni, tũc remanet obligatio ad genus. Gl. in l. fi. pro cõdemnato est notabilis ad vnum. s. ꝙ ille, qui promittit repræsentare sub pęna eum, qui deportatus est, non obligatur, vt in l. 2. §. j. s. eod. & in l. seruus. ſ. si quis cau. quia promissus in eo loco esse non potest. Et si dicatur ꝙ nõ, quoniam est possibile impleri promissionem, si a principe impetretur. Respon. ꝙ id quod fieri nõ potest sine permissu principis est impossibile, vt l. apud Iulianum, in fi. de leg. j. & l. continuus. §. illud. de verbo. obli. Sed l. ista dat unum absurdum, quia nil aliud dicit, q̃ finis leg. præcedẽ. Ideo Doctores alio modo legunt. s. ꝙ iste tex. non loquatur in fideiussore de iudicio sisti, sed de iudi. sol. Nam nõ liberatur fideiussor de soluendo hoc casu, si superuenerit bannum in persona promissi. Et differentia est, quia in fideiussore de repræsentãdo est impossibilitas per deportationem, sed in fideiussore de soluendo superuenientia banni non impedit, quo minus non adimpleatur quod promissum est. Concor. l. j. C. de fideius. & l. capitis. ſ. 9 co. ti. † Quæro circa tex. tu promisisti talem repræsentare decimo die mensis, non potes, quia aufugit, est ne clarum esse cautelam per quam in pęna nõ incurris. certe sic per scdam partẽ huius literę. s. quia tu anteq̃ decima illa dies eueniat, facis eum banniri, & ex eo banno liberatus eris, quia non poteris repræsentare. An hoc sit verum remitto ad Bart. hic, & aliquos post Guliel. de Cng. Bal. in l. sed & si quis, in princi. ſ. si quis caut. Plenissime Specu. in titu. de accusa. §. sequitur. versi. sed ecce quęritur, alias si illud quæritur. Ecce Ange. in l. 2. §. qui exhi. infra de custo. reo. Ex glo. euidentissime habetis, quod differentia est inter notorium & manifestum. Quid autem sit notorium & manifestum. Specul. in titu. de noto. cri. §. iam de notorio. Glo. in cap. vestra. de cohabita. clerico. & mulie. ij. quæst. j. cap. quæ manifesta. Plene per Bald. in l. ea quidem. C. de ac-10 cusa. Barto. in l. de minore. §. tormenta. de quæstio. † Secundo habetis, quod notorium non indiget probatione, sed an sit necesse allegari. In hoc sunt duæ glo. contrarię, una in ca. accedens. extra, vt lite non contest. quod nec allegari sit necesse. Alia in clemen. appellanti. de appella. vbi sit necesse allegari. Hanc secutus fuit Barto. in l. j. infra de excep. & eius sequela recta est per l. si adulterium cum incœstu. §. Pollioni, infra de adul. Legistæ in l. ciues & incolæ. C. de appella. sed si non fuerit allegatum, an iudex possit supplere? Videtur quod non, quia regula est. l. j. §. magistratibus. de magistra. conue.

l.j.§.hoc autē iudicium.j.de dam.infe.& c.bonę.extra, de post.prela. nihilominus contrarium est uerum per glo.ordina. in de.j C.qui & aduer.quos. Canon. allegant c.pia.ad finē,de excep.li.vi.vbi iudex suppler ex proprio officio in notoriis. Circa glo.quæ incipit,hoc non sufficit.gl.in c.si forte,de electio.in vi.fuit in contraria opinio.s.quod si volumus probare quē naturalē,illi incumbit,qui negat.Si quid uero accidentale, incumbit ei,qui allegat. Adde gl.in d.l.ii.j.de probatio. Ad probationem glo.concord.l.non est necesse.j.de probatio. Ita etiā probatur in l.ex persona.C. de probatio.& l.i.§ si præses. j. de magistrati.conueni.† Qualiter probentur diuitiæ & qualiter paupertas,relinquitur iudicis arbitrio,per glo.in auth. nisi breuiores.C.de senten. ex pericu.reci. & in authen.præterea.C. vnde vi.Alibi dixit glo.in l. illicitas. §. Neseennius.s.de officio præsidis. Modum probandi diuitias vel paupertatem.dic in.l.si cōstante.j.soluto matrimo.Glo.ordi.in l.adhuc.C.de iurisdictione omnium iudicum.

SVMMARIVM.

1 *Exceptione declinatoria tutus,qui alias idoneus licite recusatur.*
2 *Priuilegio promotionem ad aliquem actum impedienti an renunciari possit.*
3 *Protestatio priuilegij exclusiua taciturnitate priuilegiati priuilegij sublationē inducit efficacem,& nu.6.*
4 *Necessitas iure cogente inducta potius excusatur,quam ab homine.*
5 *Suspicio probabilis quid in iudicijs inducat.*
7 *Suspicio quibus probetur modis.*
8 *Mora instante potest ordine iuris prætermisso procedi.*
9 *Sequestrationis definitio.*
10 *Sequester quis dicatur,& an possit suo officio renunciare.*
11 *Satisdatio sequestri impeditiua quanto tempore durare possit.*
12 *Descriptio rei an possit per satisdationem impediri.*
13 *Sequestratio quibus ex causis reuocari petatur.*

LEX VI. & VII.

Voties. Paria sunt vitiose cauere, vel nullo modo cauere. Et fideiussor fori præscriptione tutus potest recusari, qui in subsidium admittendus, si velit fori exceptioni renunciare. Et in satisdatione necessaria locus est remissioni,in voluntaria vero non. Item vbi paupertatis occasione, vel alio modo impossibile satisdationem præstari. Et res in iudicium deducta sit mobilis & pars conuenta possidens sit suspecta, res ipsa debet per iudicem sequestrari,donec rei satisdatio præstetur,vel lis finem accipiat.hoc dicit vsque ad l.de die.No.in l.si fideiussor.† exceptione declinatoria tutus,posito, ꝙ alias idoneus licite recuseiur.Ad idem.§.si quis in ius voc.l.j.& quod no. j.de fideiuss.l.j.No.in ver.sed si alias.duo,primum,† ꝙ ubi quis ad aliquem actum non admittitur,eo quia priuilegiatus admittēdus est,si illi priuilegio renunciet.Secundum iuncta gl. † ꝙ protestatio exclusiua priuilegij iuncta taciturnitate, ipsius priuilegiati inducit efficacem priuilegij sublationem. Et idem est in protestatione alia cuiuscunq; alterius iuris exclusiua, vt no. gl. singularis in l.fi.§.item si prædixerit.j. nau. cau. sta. No.in.§ si necessaria.id ad quod tex.continue allegamus, † ꝙ non ita ei succurritur,qui seipsum in necessitate posuit, sicut illi,qui iure cogente ponitur in eadem. No. secundo ꝙ vbi quis satisdare promittit sua uoluntate.hoc agens, non autem a iure coactus intelligitur promittere.ꝙ debeat satisdare in ciuitate illa,& de hominibus ibi habitantibus idoneis,quod patet, quia non potest se remit.ad ciuitatem aliam, vt ibi satisdationem adimpleat.quod est no.Nota in.§.si satisdatum. † ꝙ vbi res pro qua agitur mobilis est,& persona suspecta, peti potest eiusdem sequestratio, de qua quidem sequestrationis materia dic,vt plene per Ioan.And.in reg.locupletari.in.vj.in nou. quod ple.no. in c.ex literis.de do.& contu.& in.c.j.& seq. extra, de prohi. sequest.& in clemen.j.eod.titu.& C.eod.l.unica,& per Bar.infra de acquiren.possess.l.interesse puto. No.secundo,ꝙ ipsius rei sequestrandæ apud iudicem potest fieri depositio, & sic iudexmet potest esse sequester. Ad idem.§.de offic.præsi. l. senatus, ad fi. iuncta glo. potest tamen si vult ad huiusmodi officium quamlibet aliam personam eligere, vt C. de usu.l.acceptam. No.tertio in verbo iudici. ꝙ suspitio allegata ad iustificandū petitionem sequestrari debet per iudicem in causæ cognitionem deduci, vnde non sufficit simplex suspitionis allegatio, sed necessaria est eiusdem cognitio, vt inferius dicetur. Nota vltimo quod tunc res desiit esse sequestrata & parti venit restituenda,cum vel satisdatio de iudicio sisti offertur, vel causa sit per sententiam terminata. Intellige tamen quæ transiuerit in rem iudicatam, vt.l.libus.§.plenissimam diffinitionem. C. de agr.& cen.lib.xj.No.glo.† ꝙ protestatio iuncta cum taciturnitate eius,contra quem fit,inducit sublationem iuris. Vnum quæro ad declarationem, pone quis dicat, tu eris fideiussor istius de iudicio sistendo vel iudicatum soluendo, si ille taceat an inducatur fideiussio? Videtur ꝙ sic per hunc tex.contrariū est verum,quia requiritur scientia per præsentem interrogationem & sequentem responsionem.l.blanditus. C. de fideiuss. l.v.§.satis accep.j.de verbo.obli.Hoc fallit duobus casibus.Primo quotiescūque pupillus habet fideiussionem similem præstare.Nam tunc non secuta responsione,sed taciturnitate inducitur obligatio efficax. l. cum ostendimus. in fi.j. de fideiuss.tu. Fallit secundo fauore reipu.per tex.in l.ij.in principio.j.ad municipalem. Tertio fallit in dote, quia fideiussor de dote etiam nudo pacto efficaciter obligatur.C. ad Velle. l. vlti. Venio ad.§.si necessaria. & nil habet. Venio ad. §. fi. hic in glo. examinanda sunt duo. Primo ꝙ iudex,coram quo causa agitatur, potest solus seipsum in sequestrum eligere. In contrarium facit.l.si mādauero.la grande.§.si tibi centum.infra man. Ad idem. l. plane,& l.nulli.quod cuiusque vniuer. Ad idem.c.fi. ex[illegible],de infi. De consue.in contrarium obseruatur,sed de iure est,ꝙ possit se eligere. Vides glo.quartam ponentem, quæ faciant quē suspectum. † Dic ꝙ duplici vel triplici modo suspicionem arguere possum. Aliquando ne aliquis incidat in paupertatem, aliquando suspicatur de fuga, aliquando suspicatur de bonorum dilapidatione. Primo casu non habet locum hæc gl.Sed recurrendum ad gl.in l.ij.in verbo,suspectum. j. soluto matri. Nam in futurum nemo præsumitur depauperari.l.Iul.j.qui & a quibus,sed ditari j. de separationibus. l. si creditores hæreditarij,& l.si defunctus.C.arbi.tu.Secundo quando suspicatur de fuga,& tunc dicit glo. quod probabilis suspicio est immobilia non possidere,vel pauca. Hoc non est semper verum. Nam si quis possideat solum domum conductam ad exercendum tabernam,vel aliud exercitium nō potest argui vt suspectus per tex.in l.hæres absens.§. si quis tu.j.de iudi. vbi tex. ponit duos casus, quibus non potest quis conueniri ratione cōtractus,sed si alias forensis potest &c.Vnde concludo,ꝙ hæc duo non possidere vel pauca non arguunt suspicionem. c. de causis. extra, de offi.dele.l.j.in fi.j.de iure delib. Nam iudex considerare habet qualitatem personæ.l.fi.j.de actio & oblig.l.j.C.si quis impe.ma.Tertio casu dicendum est, ꝙ probabilis suspicio est nō possidere illam rem,vel mali mores,vt in glo. Quo ad secundum,quando dubitatur de fuga. Adde ꝙ illud potest probari ex præfationibus partis,quæ dicitur suspecta,quia dixerit ꝙ volebat aufugere propter timorem ne caperetur, Glo.in l.Fulcinius.§.quid sit latitare.ex quibus causis in pos. ea. aliā in.l.Celsus.in princip.j.de do.excep.Et si dicatur quod poterat eū pœnitere & non aufugere mutata voluntate.l. debere.C.de fidei commiss.liber.& l.3.in fi.j.de adimen.lega. dicit quod hoc non debet præsumi in odio meo.Vlterius quæro qualiter verificari vel probari debeant istę causæ suspicionis? Dic quod plene per l.si creditores.in princi.j.de priuileg.cred.& per tex. hic ibi iudici sedet, & per l.fi.C. si per vim vel alio modo. Sed pone ego vado ad iudicem,vt impetrem, vt possim capere debitorem vt suspectum,qualiter probetur. Duo sunt dubia. Primū an requiratur citatio partis? videtur ꝙ sic.l.si quando.C.de testi. Contrarium est verum per Bald.in l.si curialis. de episco.& cle.& l.contentaneum.C.quomodo & quando iudex.Bar.in l. ait prætor.§.si debitorem.C.de his quæ in frau. cre. Et ratio est quod non requiratur citatio, quia ista captura est citatio personalis.Sed ad cognoscēdum an debeat quis citari,non requiritur citatio,vt l.sed si interpellatus.§.j.& l. diem proferre.j.de arbi.ergo sequitur,ꝙ ad probandum hanc causam,non requiritur citatio. Tertia ratio est, ne ille instruatur ad fugam. Secundum dubium est,an istę tunc possint probari causæ per iuramentum.Prima fronte videtur quod non, ex eo quia vbi requiritur vera suspicio,existentia est plene probanda.c.suspicionis causa. de offic. deleg.Sed ad faciendum debitorem suspectum requiritur vera causa, vt l. hoc autem.infra si cui plus quam per legem Falcid.ergo non sufficit per iuramentum,puta vbi agitur de re,quæ est maximi præiudicij requiritur plena probatio. Nihilominus contrarium est verum, scilicet quód sufficit solum iuramentum per glo.ordi. C. de indi.l.apertissimi. Secundo per Barto.in d.§.si debitorem.de his quæ in frau. credito.Tertio per Ange.de exact.tribu.l. nemo carcerem.lib. x.Ego probo hoc primo sic. Vbicunque in mora est periculum allatura, ibi sufficit probatio per iura. l. eorum. iuncta.l. qui bona.§.si quis stipulaturus.j.de damno infecto. †Præterea quod sit verum, probatur, vbicunque periculum est in mora, ibi iuris ordine non seruato procedi potest. l. de pupillo. §. si quis riuos.de noui ope.nunciatio. l. si quis ex signatoribus.infra quemadmodum testam. ape. Præterea ad idem arguitur. Ea quæ consistunt in anima & conscientia alicuius, quia difficilia sunt,probari possunt per iuramentum. Insti.de act. §.alio. & c.si vero aliquis.de senten.ex.sed hoc,an quis sit fugam arrepturus,consistit in animo ipsius,ergo &c. Multa sunt,quæ per iuramentum probantur, vnum in l.thesaurus. j. ad exhi.aliud in l.si quis.in fi.C.deposi.aliud in gl.l.fi.§. in computatione.in verbo probauerit.C.de iu.deli.aliud in gl.l. diuus.§. si cui plus ꝙ per leg.Falc.& l.si quis pro redemptione.C.de dona.aliud in l.fi.de fi.instru.Bal.in l. 3.ad fi.C.de condi.ob tur. cau. allegans

Ioan. An. in c. si clericos. de senten. excom. dicens, quod de suspicione de fuga debet constare summatim, hoc ego intelligo per iuramentum, per l. si idem a quo. in glo. in verbo summatim. j. vt in pos. leg. Circa glo. ij. de materia sequestrationis vltra dicta Doctorum. Adde, † quod sequestratio est rei, super qua lis pendet, apud alium quam litigantes facta depositio, vel est rei ab alio possessae ex aliqua iusta causa ab eodem ablatae, & apud alium facta depositio. Probatur in l. sequester. j. de verborum signific. l. licet. §. rei depositae. j. depo. & l. interesse puto. j. de acquiren. possess. Item debes scire, quod sequester, est ille, qui possidet rem, de qua lis est. Modo quaero, † nunquid ipse sequester ad sui nutum possit deponere officium? Dic quod ista est quaestio in l. ei apud quem. §. vltimo j. depo. vbi dic quod non, nisi magna & euidens causa hoc suadeat. Quae quando sit illa causa, dic, quod remittendum est hoc arbitrio iudicis. Vlterius quando sit res restituenda & cui. dic, quod aut ipsa sequestratio est facta de iudicis mandato, & tunc ipse sequester debet restituere tunc, quando iudex mandat per tex. in l. fi. C. de bo. autho. iud. pos. Secundus casus quando fit de voluntate partium, tunc debet restituere sequester, quando lis per sententiam finem accipiet. l. si oleum. j. de dolo. Vlterius scias, quod diuersa sunt. Primo ista sequestratio est prohibita, vt l. j. C. de prohi. sequest. & permissa est eo casu, quo timetur dilapidatio rei mobilis vel immobilis. l. si cum dotem. §. sin autem j. solu. matrimo. Sed pone, quod timetur de recessu, & res est immobilis, in hoc dic, quod non debet sequestrari, sed debet interdici parti possidenti alienatio. l. si pollicita. j. de pollic. Sed quid si ratione paupertatis suspecta est persona. dic, quod similiter alienatio interdici debet l. si creditores. in. j. respon. infra de priuil. cred. Vlterius vides hic, quod satisdatio impedit sequestrationem fieri. Quaero † quanto tempore duret ista satisdatio impeditiua sequestri? Dic quod termino iam elapso triennio liberatus est primo fideiussor. l. litibus. C. de agric. & cen. li. xj. Sed quaero quomodo debet fieri ista impeditiua satisdatio? Dic vt in d. l. litibus, scilicet promitto hanc rem restituere absque aliqua procrastinatione. † Secundo quaero, quia aliquando tractamus de rei descriptione, nunquid impediri possit per satisdationem? Dic quod non, sed semper potest fieri. l. j. §. eligitur. de ven. in pos. mit. l. fi. de req. reis. Bald. in l. defensionis facultas. de iure fis. lib. x. Est & aliud, scilicet prohibitio alienationis eius rei. l. diuus. infra de peti. haered. xj. q. j. quia res. † Item scias, quod licet pendente causa principali non possit postulari sequestratio rei mobilis, nisi suspicio allegetur, nihilominus potest in causa appellationis, etiam si suspitio non allegetur. l. ab executione. C. quorum ap. non re. Item si ego non habeo nisi vnam rem, ex qua habeo alimenta, puta, unum equum, certe possum petere, vt per l. fi. C. de or. cog. vt permittatur ad lucrandum. Item quotiescunque idem, qui possidet rem, super qua lis est, dilapidat fructus, potest peti fieri sequestrum. l. imperatores j. de appel. per quem dixit Archi. quod non solum quando dilapidantur, sed etiam quando converteret quis in vsus suos, quia paria sunt. ij. q. 7. c. quoties. Pro hoc. l. si seruum quis. §. commonuisse. j. de acquiren. haere. Item quando sequestrantur res mobiles corruptibiles, quod tunc licite possunt vendi, & precium in sequestris retineri. Nota tex. in l. si magistratus. infra de priuileg. credi. l. fi. de requi. re. & d. l. litibus, & dicta l. si oleum. de dolo.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio de iudicio sisti an diei omissione vitietur.*
2 *Agenti quando potius faueatur, quam reo, vel econtra.*
3 *Terminus quibus actibus necessario ueniat statuendus.*
4 *Iudex, an quemadmodum potest inter partes moderare, possit similiter dilationes a lege datas prorogare.*

LEX VIII.

De die. In his, quae pertinent ad litis ordinationem, magis actori fauetur, quam reo. Vel sic. & magis ad literam. De die, qua debeat fieri per fideiussorem exhibitio conuenti, solitum est inter partes conueniri, sed si non conueniat in potestate fideiussorem recipien. est statutio termini, quae si minus sit excessiua, vel pauca, iudicis moderatur arbitrio. hoc dicit. No. j. in ver. conueniat. † quod stipulatio de iudicio sisti diei omissione non vitiatur. Quid autem sit in stipulationibus aliis, dic, vt in l. ita stipulatus. la grande. j. de verbo. obliga. in l. si finita. in principio. j. de dam. infec. Nota secundo quod si a principio non conueniat qua die fieri debeat praesentatio, tunc illius appositio est in potestate fideius. recipien. & consequenter actoris. Vnde consequenter tertio no. quod in summatio dicebam, scilicet † quod in his, quae tendunt ad litem initiandam, ordinandam, aut fundandam, magis agenti fauemus quam reo, licet in medio litis pariter faueamus vtrique, in fine vero magis reo, vt in reg. iur. fauorabiliores, & in l. Arrianus. de act. & oblig. & l. si praeses. j. de pae. Haec tria membra recolligit glo. extra, de resti. spo. cum ad sedem. de regu. iur. in vj. c. cum sint partium. Vltimo no. ipsius stipulantis iniquitas iudicis aequitate refrenatur. Ad idem. j. de eo quod cer. lo. l. quod si Ephesi. Vides hic, quod in stipulatione seu fideiussione de iudicio sisti exprimi debet dies, intra quem fideiussor tenetur. Et sic habes quod intra certum terminum tenetur suam fideiussionem verificare. Quaerunt hic Doctores, † an ad alios actus extraiudiciales faciendos apponi possit dies, intra quem fieri debeant? Habes considerare in hoc quaedam membra. Aliquando quaeritur, an possit statui terminus ad eligendum, puta est legatus vnus seruus testatoris in genere, ille est in mora eligendi, an possit statui terminus? Dic quod sic. l. si optio. in fi. infra de opti. leg. Aliquando quaeritur, an possit statui terminus ad eundum, de hoc dic similiter, quod sic, vt in l. quandiu. j. de acquirenda haeredi. & in l. si seruus. j. de bo. autho. iud. pos. & in l. fi. §. j. C. de iure deli. Et aliquando quaeritur, an possit statui terminus ad deliberandum. De hoc dic similiter quod sic, vt in l. j. vsque ad l. 4. inclusiue. infra de iure delibe. Et no. in l. cum antiquioribus. C. eod. titu. Aliquando quaeritur, an possit statui terminus in cautione damni infecti. In hoc dicas quod sic, vt in l. qui bona. §. fi. infra de dam. infec. Successiue quaeritur, nunquid alicui etiam inuito terminus ad agendum statui possit, intra quem agat, vel intra quem accuset. In hoc dicas, quod aut loquimur in ciuilibus, aut in criminalibus. Si loquimur in ciuilibus, tali casu aut non procedit aliqua diffamatio tui aduersus me, & sic non procedit, sed retinetur in mente, tunc regulariter non potest quis compelli, & consequenter, nec terminus sibi statui. Ita habetur in l. fi. C. de vsu. pup. & in l. j. C. ne quis inui. age. vel accu. co. & glo. in l. Papinianus. §. si quis. de inoffic. testa. Fallit hoc in tribus casibus, primus nisi appareret expresse de malitia ipsius actoris, quia ita differret, vt testes decederent, quia erant valitudinarii, tali casu compelli potest ad eam instituendam, vt in ca. quoniam frequenter. §. i. extra, vt li. non contest. & Innocen. in c. lator. extra. qui fil. sint legi. Fallit secundo nisi quis ex ciuitate sit de proximo recessurus, vt non relinquat sibi infamiam, sed honorem reportet, tunc poterit a iudice petere, vt creditori statuatur terminus ad agendum, vt d. l. j. C. vt nemo inui. & l. diffamari. C. de inge. ma. Fallit tertio, quando quis habet exceptionem per aduersus eum agentem, quod licito iure possit compellere, quod terminus statui potest, vt illius exceptionis fiat illusio. c. frequens. §. solet. de resti. spol. in vj. puta quia fuerat bonis spoliatus ab aliis creditoribus, ita quod his nunc agentibus opponit se nihil habere. Alio casu quando praecedit aliqua diffamatio dicendo publice, quod Titius non habet quantum sufficiat mihi, ego molestabo eum in tantum, quod destruam eum, tunc ciuilis & pecuniarius debitor potest a iudice petere, ut creditori statuatur terminus, intra quem doceat de iure suo. Innoc. in c. conquerente extra. de offi. ordi. c. cum olim. ad fi. extra. de testi. c. cum super, de concel. praeben. & d. c. lator. Ex hoc deciditur quaestio ista, sum in proposito vendendi talem rem meam, qui habet eam obligatam vadit ad emere volentem, & dicit quod non emat, quia nullum ius habeo, quaeritur quod erit remedium. Dicas secundum Bar. in l. de pupillo. §. si idem. de no. ope. nun. Sed eam decidit in l. non solum. §. morte. in ver. protestationis inhibitoriae. Sed ego dico, quod contra hunc duplici remedio prouidetur. Primo quia competit contra eum actio de dolo per l. rem quandam. j. de do. Secundo quod diffamatus ad iudicem vadat, & petat illum terminum statui, intra quem de iure docere debeat. Bene facit. l. si eo tempore. C. de remis. pig. & l. illam. Spec. allegat in ti. de emp. & vendi. §. nunc dicendum. ver. vlt. no. cum seq. duob. Item deciditur alia quaestio ex his, habeo quendam fundum, quod coli facio, quidam diffamat me, quod in eo nullum ius habeo, & vlterius minatur cultoribus, quod ad illum non accedant. Inn. ponit in c. ij. extra, de in integ. rest. Bar. in l. i. §. huius autem interdicti. j. vti pos. & ibi dicit, quod ego possidens agere possum interdicto vti possi. per quod agere potero & petere a iudice, vt illi imponat silentium de me vlterius non diffamando, aut molestando. Datur secundo hoc interdictum in possessione turbationis. In sti. de interdic. §. retinendae. Sed per hoc ego turbor in possessione, vt l. vt vim. j. de vi & vi ar. Igitur remedium est, vt s. dictum fuit. Haec omnia procedunt, quando quaeritur an possit statui terminus ad litem initiatam prosequendam. Et in hoc dic, quod semper potest etiam inuito creditore, vt probatur in auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex. & l. properandum. §. & si quidem. de iudi. & Bart. in l. postquam liti. de pac. Si vero loquimur in criminalibus & in causis status, vbi contractatur an commisit quis delictum, an sit seruus, tunc aut praecedit diffamatio aliquorum dicentium, quod statui potest terminus intra quem debeat probare delictum. l. Titia. j. de actio. l. si in ea. C. qui accu. non pos. In causis status dic, vt in l. diffamari. C. de inge. manu. & c. lator. extra. qui fil. sint legit. & c. licet in beato Petro. extra, de accus. Aut non praecedit diffamatio, & tunc dicendum est vt supra dictum est. s. quod nemo potest compelli accusare, nisi in casibus ciuilibus. Proba. in rub. C. vt nemo inui. age. Sed dubium fuit, an illud fallat in crimine homicidij. s. an procedi possit non praecedente diffamatione. Bar. in l. in eum. infra de accu. allegat. l. si quis homicidii. C. de accusa.

accusa. Aliquando quęrimus, an possit terminus statui ei qui se credit testamentum annullare. Dic φ sic, vt probarur in d.l. Papinianus. §. si quis post. j. de inoffi. testa. Attende quod secundum vnam lecturam iste tex. dicit, φ si inter partes non conueniatur, sed discordetur de die ponēda, quod tunc iudex debet se interponere, & magis actori fauere, q̄ reo & diem ponere. Barto. hoc deducit ad quæstionem. Ecce pendet lis inter partes, & conueniunt, vt fiat punctus, & ad consilium mittatur, discordant in puncto, ad quē fiendum deber iudex cogere partes ad concordandum. Arg. l. huiusmodi. in fi. de leg. j. & l. item si vnus. §. fi. j. de arbi. Sed si in d. mulcta partes non concordant, tunc iudex ipse formabit punctum. Facit etiam ad quæstionē, ecce debet fieri inter duos instrumentum pacis, in quo partes discordant, certe iudex solus succedit, & ipse componere debet. Ita dixit Bar. post hanc. l. Ad hoc potes inducere. l. in venditione. §. si vnus. j. de bo. autho. iudi. pos. Ad idem. l. 3. §. fi. j. de ad mi. tu. & Insti. de satisda. tu. §. finaliem. Ad idem. l. j. C. de nup. Ad idem. l. in reficiendo pariete. j. de dam. infec. Ad idem in. l. si plures. j. de libe. exhi. & quod no. in l. j. §. qd licitum. j. de ven. inspi. Vltimo † est quærendum, an quemadmodum iudex potest moderari, ita possit prorogare dilationes datas a lege. Puta lex reo recipienti copiam libelli, dat terminum. xx. dierum ad deliberandum, nunquid iudex poterit prorogare vel minuere. De hoc remitto ad Cano. qui posuerunt in c. cum sit Romana, & est ibi glo. extra, de appel. Item glo. in c. cupientes. §. quid si per. xx. in ver. xv. dierum. de elec. lib. vj. & in c. pia. in verbo. 8. dierum. extra, de excep. in vj. & gl. in regula, indultum. de regu. iur. in vj. Legistæ habent gl. varias. vnam in authē. offeratur. in ver. xx. dierum. de lit. contesta. Aliam in auth. de exhi. reis. §. legimus. Aliam in auth. qui semel. C. quomodo & quando iu. & in Authen. de litigi. §. Centurio. in c. ad petitionem. circa fi. extra, de accu. Bar. in l. ij. infra de te iudi. Bald. in d. authen. offeratur, & d. auth. qui semel. & hic. Cy. in l. j. C. de dila. & Bald. in authen. iubemus. C. de iudic. Docto. moderni, infra de iudi. l. nonnunquam. Omisi duas glo. in c. j. de mili. vasal. qui contu. est. in versi. moniti. aliam in clemen. j. in versic. 3. de vita & honestate clericorum.

S V M M A R I V M.

1. *Mulier, miles, & seruus non possunt iure fideiubere.*
2. *Minor quo casu pro fideiussore possit admitti.*
3. *Marito occasione dotis conuento mulier fideiubere potest.*
4. *Fideiussio ratione personæ vitiosa an lite contestata peti possit integrari.*
5. *Fideiussore succedente creditori, & econtra, fideiussoria annullatur obligatio.*
6. *Contumacia beneficij priuationem inducit.*
7. *Missio in possessionem ex primo decreto, quo casu sit reuocabilis.*
8. *Satisdationis præstatione omissa an impune poterit is, qui promiserat, euadere.*
9. *Liberto aut patrono agentibus, an parenti, & patrono remittatur calumniæ iuramentum.*
10. *Clericus an possit fideiubere.*
11. *Sententia lata contra maritum in causa dotali an uxori præiudicet.*
12. *Mariti debitum an possit mulieri in dote præiudicare, & quid si bonis vxoris publicatis censeatur dos publicata in præiudicium mariti*
13. *Instrumentum an possit pro parte validum esse, & pro parte inualidum, aut per diuersos diuisum & diuersis temporibus agitari.*
14. *Debitor quo casu cogatur pro facienda solutione adire domum creditoris.*

§. Qui mulierem. Mulier, miles, & seruus non sunt idonei fideiussores. Et cū satisdatio de iudicio sisti ex superuenienti accidentia extinguitur, iterum satisdandum est. Et satisdatione necessario obligatis remissionis beneficium datur, si ibi, vbi de præsenti sunt, satisdationem præstare nō possunt, quod tñ beneficium ratione commissæ contumaciæ perdunt, siue etiam culpa. Et necessario ad satisdādum obligatus petens se remitti, iurare debet de calumnia, qd tamen iuramentum patri, atq; patrono remittitur. h. d. vsque in fi. † No. primo in. §. qui mulierem. φ miles fideiussor idoneus non censetur. Et idem intellige de quolibet, qui alicui curiæ sit astrictus. Ad idem. C. eo. l. curiales. No. secūdo, † φ licet minor alias non reputetur idoneus fideiussor ea ratione, quia propter fideiussionem ipsam rescindere possit restitutionis beneficio, & consequenter enim, cui fideiusserat ad suam voluntatem eludere, vt in l. si Titius & Seia. infra de fide iul. & l. minor. infra de procur. nihilominus fideiussor idoneus in rem suam reputatur, hoc est pro eo, quod suam personam modo aliquo concernit. No. tertio in verbo, vt pro suo procuratore & c. tex. singul. de quo alibi magnum testum facit Spec. scilicet φ minor idoneus fideiussor esse censetur si procuratorem a se constitutum a satisdandi onere velit releuare, puta pro eo satisdando de iudicio sisti, vel iudicato soluendo. Nota in versi. in rem suam fideius. † φ & licet nulla sit fideiussio mulieris, quam pro suo marito præstat, vt in authē. si qua mulier. C. ad Velleia. nihilominus, tunc est valida cum pro marito fideiubet conuento occasione dotis, vt ibi est tex. notab. Nota in. §. si seruus, secundum lecturam gl. in ver. antequàm iudicij accipiatur, a ɔ̄rio sensu, † φ fideiussio vitiose pręstita ratione personæ fideiubentis non potest peti reintegrari post litis contestationem. φ est summe notandum. Ad idem. j. de procura. l. Papin. §. sta. φ est summe notandum. Ad idem. j. de procura. l. Papin. §. rati. No. in ec. §. in ver. solui iudicatum, casum pro quæstione ciuium. l. certum. C. vnde cog. dubitan. ad hoc vt valeat fideiussio præstita per fideiussorem iudicatum solui, esse necesse hoc verbum, iudicatum, poni ante, φ si postponatur, satisdatio ipsa sit nulla. Hic no. ipsam non reddi nullā ex verborum præpostetatione. No. in ver. si fideiussor. † φ cum fideiussor succedit creditori, & econtra, annullatur fideiussotia obligatio, de quo dic, vt ple. no. infra de fideiusso. l. generaliter. l. Vranius, & l. si debitori, & l. hæres a debitore, per totum. No. in ver. plane. duo, φ † contumacia inducit beneficii amissionem, non tamen restitutionis in integrum. infra de mino. l. minor. etiam si quasi cōtumax, vt infra de iudi. l. & post edictum, in fi. cum si. No. secūdo ex eo. id, φ sæpe dicitur, † φ tunc statim missio in possessionem ex primo decreto est reuocanda, quando idem, ɔ̄ quē est facta immissio, satisfacere vult ei, ratione cui⁹ immissio facta fuit, vt l. si pecuniæ. in fi. infra vt in pos. leg. & l. si finita. §. item videamus. infra de dam. infec. Et simplr limitandum. s. si satisfacere volo ꝑm ius cōe, secus si scdm ius speciale aliqđ beneficiū concedens, puta remissionis, vt hic est tex. singu. quem multū no. do. Ang. in d. §. item videamus. No. in ver. diuersum, † φ satisdatio omissa præstari, ex aliqua iusta causa, dolo, aut culpa intercedente, si aduenīēte habilitate offeratur, pęnam annullat, in quam nūc offerens incidit ob impotentiam satisdationem præstandi. Immissio enim ex primo vel scdo decreto pęna est, vt l. satisq;. s̄. de in ius vo. No. in. §. iubet. me hic satisdare non posse, per iuramentum probari posse. No. in ver. sed quibusdā. † parenti atq; patrono iuramentum calūniæ remitti liberto & filio agentibus. Ad idem, infra de iurciu. l. iusiuran. No. in ver. hoc aūt impetrabitur. φ cum quis ibi, vbi potuit reqsitus satisdare, noluit, remittendus ibidē nō est remissionem petēs. Vñ est, φ scholaris coram rectore cōuentus, si eius forū declinauerit, ibi postmodum non poterit petere se remitti, vt p rectorē de controuersia cognoscatur, vñ ad forum, qđ semel declinaui non possum remissionem petere. Ad qđ vide in simili tex. in auth. offeratur, & auth. vū sumitur. C. de lit. conte. Gl. in §. mulierem, ɔcludit, φ clericus non dr idoneus fideiussor. Tu dicas φ regula est, φ clericus nō pōt fideiubere. xv. q. j. c. te quidem, c. j. extra, de fideius. si tamen fideiubeat obligatur, vt in c. cōstitutus, & c. peruenit. extra, de fideiusso. † Aliqui sunt casus in qbus clericus requisitus ex honestate tenetur fideiubere, primus pro ecclesia, vel monachus pro abbate, per tex. eod. ti. c. φ quibusdam. Scds si requiritur ab aliqua paupercula psona, cū eis bona data sint, vt pauperibus subueniant. 86. di. c. non satis. Fallit si clericus ex longinquo veniens, & alius eum requireret, vt pro eo fideiuberet, vt in l. omnes. §. in hac regia vrbe. C. de episco. & cle. Vlterius quæro, † litigat maritus super re dotali ɔ̄ aliquem, nūquid sententia lata ɔ̄ maritum præiudicet vxoti. Omissis his, quæ dicit Barto. dicas, φ cum q̄ritur an sñia & c. Dic φ aut maritus succubuit, quia se non defendit, seu quia nescit se defendere, & tunc aut maritus est soluendo, & tunc non præiudicat. Hæc est distinctio tex. in l. Titio centum. in fi. infra de condi. & demonstr. Secundum membtum est, aut ipse maritus succubuit iuste, & tunc sententia lata præiudicat. l. Meuia §. vlti. infra solu. matrimo. hoc ego intelligo, vbi mulier ipsa sciuit causam agitari. Sed vbi ignorauit, non præiudicat quominus appellare possit. l. sæpe. versi. sed scientibus. infra de re iudi. & quod no. in c. cum super, & c. q̄uis. extra, de te iudi. Quæro in simili, † nunquid ex debito mariti missio fieri possit in possessionem rei dota. De hoc dicas, φ regulariter non potest. Ita est gl. in l. sed si alia. infra de bo. dam. Fallit primo, nisi ipse maritus conueniretur occasione rei dotalis, cuius ratione esset contumax, in l. j. infra de fun. do. Item fallit, vbi maritus conueniretur a re pub. occasione primipilatis officii. per tex. in. l. satis notum. C. quib. mo. pig. vel hypo. contra. & l. j. de priuileg. fis. Hoc mouet Barto. in l. a diuo Pio. §. executor. infra de re iudica. & Bald. in l. ob maritotum. C. ne vxor pro mari. Ex his etiam quæritur, an si publicata sint bona mariti, intelligantur publicata bona dotalia? dic, quòd hoc casu non præiudicatur vxori. l. si marito, infra solu. matri. Fallit, cum bona mariti vniuersalia publicarentur ratione hæresis, & ipsa mulier nupsisset scienter ipsi hæretico. c. decreuit. de hære. lib. vj. Ex hoc limitatur tex. in l. quisquis. C. ad legem Iul. maiesta. Quia econuerso publicatis bonis vxoris, an intelligatur dos publicata mariti. Dicas quód non, quia etiam durat matrimonium & onus alimentandi. Hoc verum est. Sed fallit quinque casibus, scilicet si commisisset crimen læsæ maiestatis. Item si occidit patrem, & alia quæ continentur in l. v. ll. infra de bo. dam. & l. sequen. Item dicas, φ hæc sunt uera cōstante matrimonio, sed quid si post solutionem. Dic, vt in l. si constante. §. pe. infra sol. matri. in. §. dudum. Est tex. φ tu, qui in vna prouincia assumpsisti

psisti tutelam,in aliam potes præstare fideiussionem. Ex hoc arguit Bald. φ duo quamuis connexa per diuersos actus fieri 13 possunt.† Sed quæro nunquid vna pars instri possit per vnum celebrari, & alia per alium,in Auth.de hær.& Fal.§. si vero ab sunt.in ver.inuentariuni. Quid in testamento, Nunquid hodie possit una pars,& cras alia.l.cum antiquitas.C.de testa.& l. hæredes palam.§.vno prætextu.ĵ.eo.tit. Alibi dicit tex.φ in instrumento,in quo reperitur diuersa manus, allegari potest suspicio,vt in Auth.de trien.& semis.§.φ sępe.& c.inter dilectos. de fi.instru.Vlterius vide in §.fi. qđ onerose astrictus potest pe rere se remitti ad locum eiusdem prouinciæ. Ista iura non vñr hodie habere locum,ex eo quia vnaquæq; ciuitas habens episcopum vna cum comitatu reputatur prouincia de per se, in l.fi.C.de præscrip.lon.tempo. quam discussit Bar. in Extrauagan.qui sunt rebelles,& in l.j.C.de metrop. Beryto. lib.xj.nihilominus ɔ̃rium est verum,quia tex.hic in §. tutor.dicit in municipium,ego intelligo in ciuitatem. Præterea debemus ista vocabula intelligere secundum communem vsum loquendi. l.Labeo.de sup.lega.c.ex literis.de spon. Vlterius cogitur credi tor ratione necessitatis ire ad domicilium debitoris pro fide- 14 iussione recipienda,†an debitor cum tenetur quid satisfacere teneatur ire ad domum creditoris,vel ecõuerso? Dic, φ aliqñ quid debetur ex vltima voluntate, & tunc aut gratia conditionis implendæ aut purificandæ.Habes tex.in l.fi. C.de condi in ser.in l.tales.§.priscus.ĵ.de condi.& demonst. Aliquando quid debetur aliter,q̃ gratia adimplendæ conditionis. l. sed & si susceperit.§.libertus.ĵ.de iudi.Capio aliud membrum.s.φ aliqñ quid debetur occasione melioris iudicii,puta debes mihi edere instr̃m, & sic vt edatur debes venire ad locum vbi habito, an vero expensis meis debeo ad te portare. l. prætor. §. fi. ĵ. de eden.Aliqñ vero quid debetur occasione reuerentiæ, puta liberto, an teneatur portare φ debet, vel vasallus domino, vel quiduis simile.l.j.ĵ.de ope. lib. Aliqñ vero quid debetur occasione tributi,tunc nunquid debeat portari. l. mediterraneę.& l.pro loci.C.de anno. & tribu.lib. xj. Aliqñ quid debetur ratione afficti,vel pensionis, vel census.Inno.extra de pigno. significante.Bal.in l.acceptam. C.de vsur. Aliqñ vero quid debetur occasione moræ purgandæ,puta quia debebam decem intra tale tempus.Glo.in l.item illa.circa princi.ĵ.de constitu. pecu. Aliqñ qđ debetur occasione alterius delicti,& dic, vt per Bart. in d.l.item illa.Aliqñ pp satisdationem, quia debeo tibi satisdare,an debeo accedere ad domum tuam. ĵ. quorum lega.l.j. §.pe.& hæc dixi in §.si seruus.φ non potest peti ratione fideiussoris non idonei ex integro caueri post lit contest Hoc verum intellige,nisi post litis contesta.ipsi fideiussores præsententur, qa tunc ex integro potest peti caueri.hoc probatur ex eo, quia in simili dicimus,quod licet procurator teneatur cauere de rato post litis contestationem,hoc verum est, nisi post litem interueneri.t.l.ij.C.de consor.eiusdem lit. secundum vnam lectu.Dicimus etiam, quod exceptio dilatoria post litis contestationẽ non opponitur,nisi interueniat post c.insinuante. extra,de offi.dele.Item hoc intellige,nisi ad notitiam mei noniter superuenerit inhabilitas personæ fideiubentis post litis contestationem.ar.in d.c.insinuante.extra,de offi.dele.& c.nulli,& c.ecce. de electio.in vj.& l.si quis a quo.ĵ.vt in posses.leg.l.qui bona.§. de illo.ĵ.de damno infecto.

SVMMARIVM.

1 *Sententia arbitri iniqua potest per superiorem iudicem corrigi.*
2 *Compromitti potest in arbitrum super incidentibus in iudicio.*
3 *Appellari an liceat a sententia interlocutoria.*
4 *Inopia superueniens fideiussionis mutationem inducit.*
5 *Appellari an possit a sententia arbitri.*
6 *Arbitri sententia qua via veniat reuocanda.*
7 *Appellari an possit a dicto tertij.*
8 *Partes an possint pacisci quod appellabitur,vel non.*
9 *Arbitratoris laudum quibus medijs veniat reuocandum, & an ab eo possit appellari.*
10 *Appellari an possit ab eo qui ut bonus vir cognoscit.*
11 *Appellationis causa eius est natura, cuius est causa principalis.*
12 *Ordinis iudiciary omissio an totum processum reddat nullum.*

LEX ix. x.

ARbitro. A sententia arbitri electi super incidenti,vel emergenti, potest appellari.h.d.ſm vnam lecturam,vel secd̃m aliam.† Si sen- 1 tentia arbitri iniquitatem contineat, potest superioris officium implorari, per quod ipsa iniquitas corrigatur. Vel sic secd̃m tertiam.a sñia arbitri,seu iudicis delegati interlocutoria præiudicium inferente circa executionẽ, vel cuius grauamen non potest reparari per appellationem a diffinitiua sñia, licite appellatur,& ita demum superueniente inopia in fideiussoribus primis potest peti ex integro secundo satisdare, si in primis insignis calamitas,aut inopia superuenerit, hoc di 2 cit cum l.seq.Nota primo† φ super incidenti,seu emergenti in iudicio in arbitrum potest compromitti. Nota secundo secundum vnam lecturam, φ sicut interlocutoria sñia nũquam in rem iudicatam transit quo ad iudicem, cum ipse possit eandẽ reuocare regulariter,vt l.qđ iussit.ĵ.de re indi.& c.cum cessante.extra,de appella.Item nec etiam ad arbitrum, cum & idem per se latam interlocutoriam possit reuocare, vt l. qualem.§. vlti.ĵ.de arbi.ita etiam, vt eiusdem interlocutoriæ iniquitas p modum querelæ seu oppositionis ad superiorem deducta peti poterit,vt corrigatur.No.tertio ſm aliam, φ licet a sñia arbitri lata super principali de iure ciuili appellari non possit,vt l.j.C.de arbi.& ĵ.eod.titu.l.diem.§.stari,& l.non distinguemus. §.cum quidam, a lata tamen super incidenti licite appellatur. 3 No.quarto ſm aliam,† quod licet regulariter de iure ciuili nõ appelletur a sñia interlocutoria,vt l.ij.C.de episco. audien.& l. ante fi.C.quorum appel.non recip.& qđ ple.no. in l.ij.ĵ.de appel.rec.cuius quidem iuris ciuilis rõ sumitur ex tex. singulari. l.apertissimi.C.de iudi.nihilominus fallitr̃ interlocutoria,cuiꝰ probatio præiudicium facere posset,vel cuius grauamen in appellatione a diffinitiua non potest rescindi seu reparari. Nota quinto & c.similiter, & ita etiam allegat Specu. φ de iure ciuili appellari potest a sñia interlocutoria, per quam inducitur legitimatio personarum,quæ sunt in iudicio requisitæ, puta si deinſ testium & similium.No.vltimo ex eadem in verbo,perinde ab eo.quod in appellatione a sñia arbitri ea sunt obseruãda,quæ in appellatione a sñia iudicis.No. in l. si ab arbitro. ibi pro locupletibus habendi sunt cum potuit &c. qđ non appellans, seu querelans prolatæ sñiæ assensum præstare intelligĩt. Ad idem. C. de postu.l.j. C. quomodo & qñ iud.l. ab eo.C.de senten.quæ sine cer.quanti l.fi.C.de appella.l.hi qui ad ciuilia. C.si sæpius in integ.restit.postu.l.j.ibi appellare debuisti, si tibi 4 sñia displicebat &c.No.in ea.in ver. qđ si medio. † φ superueniens inopia est causa.vt rursus secda fideiussio præstetur,vt hic & l.si idem a quo §.vltimo.cum l.seq.ĵ.vt in posses. lega.Ea tamen esse debet insignis & magna,alias enim fideiussio secunda peti non potest,vt hic est tex.no.ex quo declaramus. l.si creditores.ĵ.de priuile.cred.Dum enim dicit, φ rõne superueniẽtis ætatis põt debitor suspectus efficaciter allegari, vt ibi,& ple. no.in l.si fideiussor.§.vlti.in gl.ĩ.eo.debet intelligi si egestas sit magna,atq; insignis calamitas,& non aliter.in gl. magna circa primam solutionem.Hanc sequitur Bar.& reddit rationẽ specialitatis,quia ſm eum sñia ipsa est interlocutoria,& quemadmodum iudex potest eam corrigere, vt in ca.cum cessante.de appel.& l.qđ iussit.de re iudi.ita & iniquitatem arbitri indicãtis super incidenti debet posse corrigere,si appel. aditus sit.Ista solutio nihil ualet,& probatur sic,quia si.l.j. C. de arbit. vult φ a sñia arbitri diffinitiua non possit appellari, multo magis ab interlocutoria. Et φ ratio specialitatis non est bona, probatur. Nam multa potest iudex ex proprio officio parte non postulãre,quæ non posset ad eiusdem postulationem,quia post cõclusionem in cã iudex põt interrogare ad declarationem sui animi.c.cum Ioannes extra,de fi.instru.Secunda rõ φ hic iudex corrigit iniquitatem sñiæ ex officio per postulationem. Barto. pro hoc allegat primo.l.fi.ĵ.a quib appel.non li. sed iste tex.nõ facit,quia ibi loquitur tex.de illo arbitro, quem ipsemet iudex dedit,hic autem de eo,quem partes elegerunt. Præterea Bart. probat hanc secdam lec.sic,sñia interlocutoria nunquam transit in rem iudicatam quo ad iudicem,vt d.l.φ iussit.& c.cũ cessante.extra.de appe.ergo sequitur quod multo magis possit ad postulationem, si potest ex officio. sed hæc consequentia non valet.quia multa possunt ex officio, quæ nõ pñt ex postulatione.Tertia fuit lectura, φ hic loquitur de sñia iudicis delegati, vt l.fi.ĵ. quis & a quo appel. ista vr̃ melior omnibus. Sequitur secunda pars,præmitte, φ sñiæ arbitri standum est metu pœnę.l.debet.§. dari. ĵ. de arbi. Item φ ex sñia arbitri non oritur actio competens ad id,quod in ea deuenit.l. i. C. de arbi. Tertio præmitte,φ duo sunt casus,in quibus ex sñia arbitri oritur actio.Primus si ipsa sñia fuerit emologata a partibus ante dies decem,nam tunc oritur actio.l.cum antea.C.de arbit.Scđs casus est,si ɔ sñiam arbitri intra.x.dies non fuerit per partes proclamatum per d.l.cum antea. Nunc dicit glo.φ nec hodie appellatur,quia si post x.dies,sero appellatur. Nam siue sit appellatio iudicialis,vt in auth.hodie.C.de app.siue sit ab actu extra iudiciali,vt est in c.ɔcertationi.de ap.in vi.dẽt interponi intra. x.dies.Si vero velit appellare a sñia arbitri confirmata nõ põt, aut a non cõfirmata & põt per l ad solutionem.C.de re iudi.& 5 l.pe.C.a quibus appel.non lic.† Quæro,quæ sit rõ quare a sententia arbitri non põt appellari? Vna dr̃ in l.j. C. de arbi.qa ex ea non oritur actio, vt l.4.§.condemnatum.& l.si nulla. ĵ. de re iudi.& tñ appellari potest, vt l.si expressim. ĵ. de app.igitur &c. Pręterea probatur alia ratione. Ex sñia absolutoria,quę trahit secum executionem,non oritur actio.ar.l.j.§.si debitori ĵ.vt in posses.leg.Sed ab ista potest appellari,igitur &c.Bar.in l.societatem.§.arbitrorum.ĵ.pro soc.dedit aliam rationem, videlicet φ ideo appellari non potest,quia quando compromittitur in aliquẽ,vt in arbitrum vr̃ duo dicere. Primo, vt seruet ordinem iudicia rium

iudiciarium per tex.in l.i.ſ.de arbi. Secundo, ꝙ in eum compromittitur, quia de alio non confidit per tex iuncta gl.in l.3. §.tametsi.ſ.de arbi.Sed per hæc duo videtur contemni iurisd. ipsius iudicis,ergo non possum per remedium ipsius appellationis ad id,quod contempsi redire.arg.l.litigatores.ſ.de arbi. Et quod iniuria fit iudici probatur,quia ideo videtur compromittere,quia non confidit de eo.Secundo eius authoritatem, quia si debet arbiter seruare ordinem iudiciarium, ita etiam poterat iudex ordinarius. Ergo sequitur,quod non possum redire ad eum,quem contempsi.Sed ista ratio.Bar.nō est bona, quia sequeretur quod eo casu,quo compromissum esset non contemnendo iudicem , posset appellari ab arbitri sententia, sed hoc est falsum, vt est casus in l.ex contentu.in verbo, citra compromissum a contrario sensu.ſ.de appel.quia dicitur ibi, qd absq; compromisso iudex arbitros potest appella.ergo &c. Tertia ratio assignatur per Bal.in l.j.C.de arbi.quia appellatio debet fieri gradatim de minori ad maius tribunal.l.j.§.si quis in appellatione,& l.imperatores,ſ.de app. sed in arbitro non cadit,quia non habet iurisdictionem,vt l.ait prætor.ſ.de re iu. sed hoc non procedit , quia hoc est verum vbi interponitur appellatio ad eum,qui habet iurisdictionem ab eo qui etiam iurisdictionem habuit. Nam a iurisdictionē non habente nō pōt appellari.Nam ab actu extraiudiciali inferendo grauamē potest appellari.c.cum sit Romana.& c.concertat oni.de ap. pella.lib.vi.& l.a sententia , §. si hēs institutus . secundum vnā lect.ſ.de appel. Vltima ratio est, quam assignat Bal. in d.l.i.ad Turpil.Sed sententia ipsius arbitri non potest rescindi . Nam quod nullum est amplius annullari seu rescindi nō potest, vt in l.sed si sub conditione.versi.si post defectum ſ.de inin.rup. & irri.test.sed sententia arbitri est nulla , ergo sequitur quod appellari nō potest seu rescindi.Et quod sit nulla habes ex l.j. C.de arbit. quia ei paretur metu pœnæ, & ex ea nulla oritur actio . Sed ꝙ ista ratio non sit vera, patet quia sententia nulla nullum producit effectum , & tamen ab illa potest appellari, vt d.l.si expressim.iuncto d.§.condemnatum. Venio ad secundum membrum,scilicet quod hodie posset a sentētia arbitri appellari,vt hic.& l.i.C.de arb.& l.nemo potest.de leg.i.& l.ii. ſ.de arbi.& fundamentum suum est subtile.Nam si sententia arbitri emologetur ante decem dies oritur actio, & sic potest appellari,sed qui appellat videtur approbare,vt l.3. §.falsus, ſ. rem ratam hab.ergo videtur ꝙ oriatur actio. Nec obst. si dicatur,ꝙ qui approbat non appellat, sed cōfirmat. Respondetur non approbat,vt sic latam , non vt bene latam per d.§. falsus. Alii Doctores sunt in contraria opinione per dictum in l.j. C. de arbi.& l.non distinguemus.§.cum quidam.ſ.de arbit. non obstat , ꝙ qui non appellat,confirmat, quia qui appellat diffitetur sententiam,l.j.C.si sep.in integ. rest. postu. ibi appellare debuisti,si tibi sententia displicebat.Nec obstat §.falsus.Nam per appellationem non confirmatur sententia iudicis,sed factum procuratoris.Ang.fuit in eadem opi.Nam vt ex emologatione oritur actio,oportet quod talis sit ꝑ quam partes amplectantur,sed reprobat,igitur &c. Præterea non ob. §.falsus. quia licet esset valida sententia contra procuratorem,nō erat quo ad dominum.l.Plautius.& l.si se non obtulit.ſ.de procu. Idem sequitur dominus Ant. in c. Quintaualllis. de iureiurā. Nam est necesse,quod emologatio tendat ad confirmationē iustitiæ vel iniustitiæ, sed ista confirmatio tendit ad rescissionem,igitur &c. Præterea & alia ratione nō est bona ratio Bar. Appellatio est remedium introductum necessa.ergo sequitur quod vbi tale remedium est necessarium non debet interponi,sed si pars intra decem dies dicat,nolo stare sententiæ arbitri,vt d l.cum aurea.Et possit per contradictionem simplicē rescindi ipsa sententia arbitri,igitur non est locus appellationi. Sed hoc non obstat, quia interest mea plura habere remedia,vt Insti.de act.§.sic itaq; . Item in c.omnis oppressus.ii. q.vi.Ego dico quod hodie non possunt appellari , quia vbi in d.l.cum antea.vult quod emologatio sit talis, per quam partes se facere promittant,quod arbiter mandat in versi.ibi altera parte &c.Sed per istam emologationem pars totaliter contradicit,ergo firma est ratio.l.i C.de arbi. Secundo certum est quod appellatio rescindit sententiam, vt l. j. ad Turpil. sed ꝙ oriatur actio,& quod detur rescissio sunt duo contraria contra.l.ancillam. de vsu. pro suo.Et vt a sententia possit appellari tanquam actionē productiua,oportet quod ipsa actio fuerit orta ante appellationem . Sed certum est quod actio hic non est orta ante appellationem ,igitur appellari non potest. Antecedens probo.Quando ad aliquem actum substantiandum requiritur certum quid,oportet quod id aut immediate præcedat,at insit.l.obligari.§.tutor, ſ. de autho. tuto. & l. quid ergo.in princ.ſ.de insa.Sed ista actio non oritur in principio nec immediate,ergo sequitur quod nō sufficit,vt appellari possit. Doctores dant vnā fallētiam , videlicet quod a sententia arbitri iure appellari possit, per tex.in l.cum specialis. C.de iudi.& alium in c.a Barbatis.de offi.deleg.in vj.Sed contrarium dixit

Bar.in l.decreta.ad Orfi.& in prima const.C. §.quibus.habes ꝙ a tali arbitrio non possit appellari. Sed do.An.in c. Quintauallis.dixit,Aut est talis arbit. iur.qui super incidēti vel emergenti est electus de necessitate,& ab eo appellari potest. Aliqñ vero non eligitur de necessitate statuti, sed super tota causa,& tunc non potest appellari.Ita loquitur.c.Quintauallis. Sed vī, ꝙ possit appellari,quia vbi cessant rationes,cessat dispositio,vt l.generaliter.de epis.& cle.Ego dico indistincte,te posse appellare. Sed in arbitro iur.rationes,quare possit appellari,quia nō habet iurisdictionem,sed arbiter assumptus de necessitate habet iurisdictionem,vt in c.suspicionis causa. de off.dele.ergo sequitur ꝙ &c. Tertia rō.quia non oritur actio,ergo non pōt,cessat,quia oritur actio.& facit quia magis fauendum est in necessitate positi , vt ī l.si fideiussor.§.si neces.Restat videre † an pos-6 sit aliqua alia via snīa arbitri retractari . Dico ꝙ aut loquimur de iure ciuili,& tunc aut snīa arbitri est lata dolo vel fraude ipsius,& tali casu doli vel fraudis exceptione eneruatur.l.non distinguemus §.cum quid.& l.ita demum.ſ de arbi. & l.3. C.eo. titu. Aut snīa arbitri non est lata dolo,sed bona fide,& tūc sententiæ arbitri siue æquæ,siue iniquæ etiam si enormiter lædat standum est.l.diem proferre.§.stari. ſ. de arbi. Hoc verum, qñ lata foret seruato ordine iudiciario.Si aūt esset nulla per defectum ordinis, tunc cum sit nulla respectu ordinis non seruati, potest peti per superiorem declarari nullam. Gl.ordi.in l.i.§.i. ſ.de fer.& Bar.in l.quæ sub conditione.§.fi.ſ.de condi. insti. & l.si expressim. ſ.de app.Si vero loquimur de iure canonico aduertendum est,ꝙ sunt variæ opiniones in iure,qñ gl.in c.si ex posita.extra,de arbi.dixit ꝙ non potest appellari. Alia in c. si a iudicibus.ii.q.vi.dixit,ꝙ pōt emendari per superiorem.Alia in c.ꝙ de arb tris.e.q.dixit ꝙ si non potest appellari, potest supplicari,sicut a snīa præfecti prætorio,vt in l.j.C.de sen.præfec.præto.& in l.si quis aduersus.C.de preci. imperat.offe. Hostiē in c. Quintanallis.de iureiur. dixit ꝙ snīa iniqua arbitri potest reduci ad arbitrium boni viri,sicut snīa arbitratorum.Ipse idem in ca.ij.extra,de arbi.dixit quod snīa arbitri iniqua potest peti corrigi per superiorem qñ nutrit peccatum. Et tunc est nutritiua peccati,qñ apparet de graui lęsione. Et dicit hoc non solū esse verum de iure Canonico,sed de iure Ciuili.Fundat se duabus rationibus.Prima qa lex vult corrigi peccata , vt in Auth. vt non luxu.ɔ̄ natu.§.j.Secundo quia lege neq; statuto fieri potest,vt peccata non corrigantur,vt in c.fi.de consue.& de ptor. c.fi.Hoc verum si ipsum arbitrium iniquum non sit approbatum lapsu decem dierum,quia post corrigi non poterit c.cum antea.& c.per tuas.extra,de arbi.Idem in summa sua. in tit.de arbit.§ pe.prout refert Specu.in titu.de arbi.in §.j.versi.est aūt differentia,ꝙ iniquæ snīę est standum,non autem iniustæ . Nā snīa iniqua arbitri est , si re ipsa continet enormem læsionem nō ex proposito facta,sed bona fide. Iniusta est qñ ɔ̄ ius fertur, puta si tulit snīam, ꝙ pupillus potuisset testari . Idem ꝙ laicus possit obtinere spiritualia.do. Anto.de hoc plene in d.c.Quintauallis.& alij nihil firmant . Dic ꝙ de iure canonico,idem est ꝙ de iure ciuili,vt appellari non possit, neq; reduci ad arbitriū boni viri,quia de iure canonico vbi non requiritur ꝓrietas. Cōcor.in c.j.& ii.extra,de no.ope.nuncia.Sed quia de iure canonico hoc non repetitur immutatum,standum est iuri ciuili vt in §.stari. Fallit in tribus casibus , in quibus peti potest annullari. Primus si lata fuerit ɔ̄ res prius iudicatas, vt in c.exposita.extra de arbit.Secundus qñ contineret simoniam.in eod.ti. c.ij.Tertius casus est qñ snīa adiudicaret laico spiritualia.in eod.tit.c.3. Extra istos non potest peti emendari , neq; de iure canonico, neq; de iure ciuili.Et si dicas,hoc est absurdum satis si snīa arbitri enormiter lædat,ꝙ retractari non possit, puta , sibi datur occasio delinquendi.Item retractatur snīa iudicis,qui est nobilior.extra,de re iudi.damnum.lib.vj.quia qui compromisit debuit scire dispositionem,& sic sibi imputet. Præterea arguere potes,ex enormi lęsione præsumitur dolus.l.omnes.§. Lucius. ſ.de his quæ in frau. cred.ergo sequitur ꝙ ipsum laudum, quia dolosum saltem rescinditur per exceptionem. Ad hoc respondeo ꝙ non sit verum præsumi dolum,nisi alia concurrant. l.dolus.de rescin.ven.No. §. Lucius. quia ibi loquitur de debitore, qui alienauit in fraudem creditoris.Sed hic casus est diuersus, qa arbiter nihil alienat.Præterea.§. Lucius loquitur in faciendo aliquid in præiudicium creditoris ab eo,qui nullā habebat potestatem,vnde præsumitur fraus.Sed in arbitro secus, quia habebat potestatem.Præterea qñ quis facit actum, in quo pōt præsumi dolus,non attenditur nisi dolus.l.merito.ſ.pro socio. Sequitur ex ꝑdictis ꝙ standum ex dispositioni.§.stari . † Quæ-7 ro quia multoties eligitur duobus arbitris discordantibus,nūquid a dicto tertij possit appellari. Ad decisionē huius est examinandum,nunquid dicatur arb ter vel non. In hoc sunt opiniones,vna Bart.in l.item si unus.§.præterea.ſ. de arbit.qui noluit per gl ꝙ esset arbiter.& quod possit sententiare , vt alij arbitri per tex.ibi,cuius authoritati pareatur Spe.in ti. de arbi.§. sequitur. voluit ꝙ dicatur consiliarius , quia debet assumere

discordiam

discordiam illorum duorum arbitrorũ,& tenetur dare consi-
lium,cũ cõsilio parere debet.Istam sequitur Bar.in d.§.princi-
paliter.& in l.iubemus. C.de app. Reducunt ad concordiam
istas opiniones,scilicet quod debeamus dicere, ꝙ aut iste ter-
tius assumitur ex conuentione partium casu quo discordarẽt
alij,& tunc dicitur arbiter,vt d.l.si vnus,§.si viduas.aut assum-
ptus fuit ex iuris ꝓmissione & necessitate,& tunc dicitur con-
siliarius.Ita loquitur §.principaliter. Pro hoc facit, quia arbi-
ter ille est,qui ex conuentione partium eligitur.l.3.§.tametsi.
ĵ.de arbi.Sed iste tertius non eligitur de consensu partium, er
go sequitur quod non sit arbiter.Nunc igitur videndum,nun-
quid possit appellari.quilibet distingueret, quod aut eligitur
ex conuentione,& non possit appellari,si vero de iuris necessi
tate,possit,& ratio vbicunq; appellatio non reperitur prohi-
bita,censetur permissa.c.omnis oppressus.ij.q͂.vj. Opinio est
Io.And.in addi.Spec.in d.§.sequitur.ver. sed nunquid iste ter-
tius.dicentis,ꝙ possit appellari. Nam ab arbitro iuris potest
appellari,sed iste tertius est assumptus vt arbiter iure cogẽte,
ergo sequitur posse appellari.Ista opinio p̄supponit duo falsa.
Primum quod iste sit arbiter electus ex iuris necessitate, vt ꝓ-
batur in d.§.tametsi.Secundo quod iste tertius sit ille,qui pro
nunciet,& istud est falsum,quia non habet iudicare, sed con-
sulere,vt no.in d.§.principaliter.c.innotuit.extra de arb.Vnde
pro veritate dicas,ꝙ aut quæritur,an possit appellari a cõsilio
tertij.Et tali casu dicendum ꝙ sic.& ratio est, quia de iure ci-
uili & canonico ab omni actu etiam extraiudiciali talis deci-
siuo potest appellari.l.fi. §.idẽ rescripsit,ĵ.de app.& c.bonæ.c.
cũ sit Romana.extra de app.tunc sic istud ꝯsilium est actus ex
traiudicialis.Item & decidit litem,quia partes coguntur illud
sequi,ergo sequitur ꝙ possit appellari. Secunda ratio est, quia
tex.in l.3.§.quæsitum.ĵ.de app.& in l.iubemus.C.eod.tit.dum
quærunt,an a consultatione principis possit appellari? dicunt
ꝙ non ratione ista,quia a principe appellari non potest, vt in
l.i.ĵ.a quib.app.non licet.Ista ratio cessat in tertio,quia a consi
lio suo pōt appellari.Scd̃a rõne,quia si non appellatur a con-
sultatione principis,nihilominus poterit appellari a iudice, q
sequitur istud consilium.Ista ratio cessat in tertio, quia si non
appellatur a consilio ipsius nec ab alio, igitur debet permitti
appellatio.Dic aut iste tertius non consulit,sed pronũciat vna
cum ipsis arbitris,& tunc nec a dicto ipsius poterit appellari,
qui pronunciat vt arbiter. Vnum obstat,& imo videtur quod
possit appellari,quia electus fuit de iuris necessitate, & sic se-
quitur,quod appellari potest. Sed respondetur, ꝙ ab arbitris
iuris possit appellari. Est verum quando solus pronunciat,sed
quando cum alio,nõ potest appellari. Et quod sit verum pro-
bo sic,quia ratione adiuncti adiunctus sortitur priuilegia,quæ
alias non haberet,vt l.si conueni.in princ. quemadmo. serui.
amit.& glo.in l.j.§.si in communi eademq̃ue causa. in integ.
resti.postu.& sic ab eius sententia appellari non possit. Bene
facit c.penul.de conces.præb.& c.duo ex tribus. de offi.deleg.
8 in vj.†Item quæro nunquid per pactum partium possit appel-
lari De hoc plene per Spec.in tit.de appel.§.in quibus.19.dist.
& Bar.in l.ex consensu.ĵ.de app.& in l.nemo potest. de lega.j.
& Bal.& Cy.in l.j.C.de arbi.Cano.in d.c.Quintauallis.Viden
dum est de arbitratore qui habet cognoscere dimissa solenni-
9 tate.& quæritur † quæ remedia sunt introducta ad corrigen-
dum laudum ipsius,in l.si societatem.§.arbitrorum. ĵ.pro so.
Dic ꝙ per reductionem ad arbitrium boni viri.Sed dubiũ est,
Nunquid a sentẽtia arbitratorum possit appellari. In hoc fuit
opi.Bar.ĵ.de app.reci.l.fi.quod sic.ratio, quia ab actu extraiu-
diciali decisiuo appellatur.Bal.in l.ij,qui ad ciuilia . in fi.C.de
app.dicit ꝙ opinio Bar est falsa.Primo quia ex laudo non ori-
tur actio per Bar.in d.§.arbitrorum.& Inn.in c. Quintauallis,
ergo sequitur quod non potest appellari per l.j.C.de arbi. Sed
ista ratio non obstat,quia a sentẽtia nulla, ex qua nulla oritur
actio,vt l.4.§.condemnatum.ĵ.de re iud.potest appellari, vt l.
si expressim.ĵ.de app. Secunda ratio sua est, quia si posset ap-
pellari, & intra decem dies non esset interposita appellatio,
non posset postea peti corrigi.vt in auth.hodie. C.de appella.
Sed hoc est falsum,quia etiam intra annum potest peti redu-
ci,vt in l.si grauatos,C.de cen.& censito.Sed ista ratio non est
bona,quia non est absurdum,quod cõpetat duplex remediũ,
quorum vnum sumatur citius altero,vt in hærede, qui habet
remedium iuris prætorij in adeundo,quod declarat anno, &
de iure ciuili in perpetuum.in l.j.§.sed videndũ.de ædil.edic.
si amiserit vnum,habet aliud.Et ita similiter dicendum in ar-
bitratore per l.suum.C.de iudi. delega. & d.§. sed videndum.
Teneas Bar.Sed nunquid a sententia iudicis reducentis possit
appellari.De hoc remitto.Io.And.posuit in tit. de appel. §.in
quibus.in additione,quæ est sub versi.xvj.Barto. in l.i.ad fi.de
leg.ij.Bal.in l.ij.C.de his quæ pœ.no.& in l.fi.C.de contrahen.
emp.in l.vnica.C.ne li.in vna eademq̃ue cau. ter. prouo.& in
l.tale pactum,C.de pac.do.Ant.in d.c.Quintauallis.Quidam
10 tenuerunt quod non possit appellari. Primo † quia iudex co-
gnoscit vt bonus vir,ideo non possit ab eo appellari,ꝑ d.Inno.
in c.præsenti.extra de rescrip.& in c.fi.de fer.Sed ista ratio non
est vera.Primo quia istud dictum Inn.est gl.vna in l.si qua pę-
na.ĵ.de verb.sig.Alia est in c.super his.in verbo arbitrium . &
in verbo,astringendos.extra de appel.& in cle.j.de iure patro.
Secundo probo per rationem.Non est dubium, quod quãdo
alicui committitur quid simpliciter, intelligitur commissum
vt bono viro.in l.si libertus ita.de ope.liber. & l.hæc venditio.
de contrahen.emp.& l.si in lege. ĵ.loca. Modo lex committit
iudici,vt possit dilationem ampliare, & sic vt bono viro, & si
grauet partes,ab eius sententia pōt appellari, vt in c.j.de dila.
Secunda ratio ex qua mouentur est ista.Certum est, quod iu-
dex,qui cognoscit super laudi reductione,subrogatur in locũ
iudicis reducentis, & sic debet sapere naturam eius . l.si cum.
§.qui iniuriarum,ff.si quis cau.sed a sententia reducentis non
appellatur,ergo nec a sentẽtia iudicis subrogati.Sed p̄supposi
tum est falsum .ergo pro concordia dic,ꝙ aut iudex reducens
grauat siue lędit partem in modico,& tunc appellari non po
11 test.Probatur,certum est†ꝙ natura causæ appellationis est re-
gulariter vna & eadem cũ natura causæ principalis . ĵ. de tẽp.
app.l.j.ad fi.sed de natura arbitramenti erit,vt possit lędere in
parua quantitate.l.si de meis.§.recepisse.ĵ.de arbi. ergo sequi-
tur,quod de natura causæ reduc. est idem , & sic non compe-
tit appellatio. Et sic quod a sententia iudicis possit appellari
etiam si in minimo lędat,vt l.& in minimis. C.de appel. Sed
istud habet locum quãdo iudex appellationis succedit in lo-
cum illius,qui in minimo etiam ledere non poterat. Sed vbi
iudex reducens grauaret in magna quentitate,potest appella-
ri,quia non reperitur prohibitum. Sed quomodo coram eo
sit procedendum,habetis per Cy.in l.fi.C.de contrahen.emp.
Opponitur circa secundum membrum glo. dum legitur, de
l.nec quicquam.§.vbi decretum. s̄ de offic. Procon. Glo. sol-
uit quatuor modis, vltima est verior, quia hic summaria co-
gnitio requiritur, non plena. Ex hac glo. duo haberi possunt.
Primum quod super emergenti,de quo iudex cognouit, pro-
nunciare debet. Circa quod dicas ꝙ sic. Primo per regulam
l.de qua re ĵ.de iudi.Secundo per legem, a procedente. C.de
12 dila.†Sed quæstio est,Nunquid si omittatur ꝓnunciatio,pro-
cessus erit nullus. Dic per Cano.in c.j.de ordi. cog. per Legist.
in l.i.C.de ord.cog.& in d.l.a procedente. per Bar. Sed prima
frõte videtur dicendum.ꝙ reddat processum nullum. Ratio,
quia omissio ordinis iudiciarij reddit actum nullum.c.exhibi
ta.extra de iudi.& l.prolatam.C.de senten.sed ordo vult,ꝙ co-
gnoscatur. Secundo si iudex omitat aliquid, quod lex præci-
pit.dolum committere videtur,vt l.non tantum.ĵ.de iudicijs.
quamobrem debet processus cassari, tñ contrarium verũ est
ex eo,quia si super emergenti non pronuncietur, actus valet,
quia ad vlteriora censetur pronunciatum.l.ait prætor. §.per-
mittitur.ĵ.de mino.& c.ex parte M. de app. Bene facit l.quod
in diem.l.si rationem.ĵ.de compensa. Quo ad secundum gl.
ponit,ꝙ ab interlocutoria,quæ facit præiudicium executioni
sn̄iæ diffinitiuæ,poterit appellari.Primo videndum est an ille
intellectus conueniat literæ?& videtur ꝙ non. Primo quia gl.
præsupponit quod tex.loquatur in fideiussore iudicatum sol.
cum loquatur simpliciter & indistincte, ergo non est admit-
tenda.& patet, quia si non loqueretur in tali fideiussore, sn̄ia
lata non faceret præiudicium executioni,quod secus est in fi-
deiussore de iudicio sisti.Secundo præsupponit gl. quod arbi-
ter pronunciauerit fideiussores,de quorum idoneitate dubita
tur,esse idoneos,quia in litera non apparet, & ꝙ ista valuerit;
patet, quia per sn̄iam affirmatiuam arbitri oritur præiudiciũ
in executione sn̄iæ principalis.Sed si fuisset negatiua,non face
ret præiudicium,sed fauorem cum gl.diuinet ad literam,non
est admittenda.Circa hoc dicas,ꝙ regula est de iure ciuili, ꝙ
ab interlocutoria appellari non potest.l.apertissimi.C.de iud.
l.ij.C.de episc.aud.l.penul.C.quor.app.non reci.l.ij. ĵ.de app.
nõ re.Fallit,nisi feratur super legitimatione personarum,siue
legitimetur persona actoris,vt l.ait prætor. ff permittitur . & l.
intra vtile.ĵ.de mino.siue legitimetur persona iudicis, cui op-
ponitur incompetentia.gl.in auth.habita.C.ne fi.pro pat.siue
per illã legitimetur persona rei.in c.ex parte M.extra de appel.
siue legitimetur persona fideiussoris. Idem si fiat legitimatio
testis.Spec.in tit.de teste.§.j.versi.recepta. Ita dixit ꝑ hunc tex.
Item procedit regula, nisi grauamen non posset reparari per
appellationem a diffinitiua.l.si quis prouoca. secundum vnã
lecturam.C.de app.reci.Item fallit, nisi sit interlocutoria lata
super executione facienda,qñ modus exceditur. l.ab executo
re.ĵ.de app.& l.ab executione. C.quor.appel. non reci. Item a
sententia interlocutoria, quæ concernit substantiam eorum,
quæ reducta sunt libello,potest appellari.d.l.ait pretor.& l.in-
tra vtile.ĵ.de mino.De alijs dic, vt per Bar.in d.l.ij.de app.reci.
De iure canonico hoc non habet locum,quia ab omni inter-
13 locutoria appellatur,vt in c.super eo.ij.extra de app.† Exami-
naui heri artu,de tertio,an ab eo appellari possit.& istud habet
locum,

5 bus extraiudicialibus. † Ad euidentiam nota, ꝙ sunt quinque diuersa, scilicet dolus, lata culpa, leuis, leuissima, & casus fortuitus. Dolus est fraudulenta machinatio, vel operatio. Lata culpa vbi non intelligitur, quod omnes intelligunt. Leuis culpa est desidia seu negligētia. Leuissima est potuisse per aliquē modum possibilem resistere euentul casus fortuiti. Casus fortuitus est ille, cui humana conditio, vel intellectus non potest resistere. hæc omnia diffinit glo Insti. qui. mo. re contrah. obli. §. præterea. & latius per Bar. in l. quod Nerua. ff. deposi. & Bal. in l. cum & sortis. de pig. act. Item præmitte, ꝙ quidam sunt cō tractus, quorum respectu quis non tenetur nisi de dolo, & lata culpa. Et isti sunt contractus qui celebrantur solum gratia illius, qui dat. l. si vt certo. §. nunc videndum. el j. ꝭ. commod. & d. l. quod Nerua. extra hæc duo depositarius non tenetur. sunt etiam quidam contractus, qui celebrantur gratia vtriusq;, vt gratia pignoris. & iste est tex. in d. §. nunc videamus. & in hoc tenetur recipiens de dolo, lata, & leui. l. si creditor. & d. l. cum & sortis. j. de pig. act. melius in d. §. nunc videndum. & l. contractus. j. de reg. iur. His præsuppositis glo. ponit notabilem quæ-6 stionem. † contraxi cum aliquo recipiendo rem vnam, & dixi ꝙ volo de omni periculo in ipsa contingente teneri. An ista generalis conuentio extra iudicium sit valida? in hoc fuerūt tres opiniones, de quibus in gl. & prima est opi. Mar. ꝙ sic. pro quo possumus arguere sic. certum est, ꝙ in extraiudicialibus cōtractibus metam ac formam obligationis voluntas contrahentium habet tribuere. l. contractus. de reg. iu. & l. j. §. si conuenerit. j. deposi. Sed certum est, ꝙ ipsi contrahentes generalem cō uentionem fecerunt, ergo generaliter habet obligare, adeo ꝙ verificetur in quolibet casu speciali, Secundo sic. Illud idē operatur generalis dispositio in qualibet sua specie, quod operatur specialis in suo specificato. l. si chorus. in prin. de leg. 3. & l. si duo. in fi. de admi. tut. Sed certum est, ꝙ si quis specificasset, obligatus fuisset, ita & si in generali, & in tertio, puta vt in contractibus sibi imputetur, qui se nimis generaliter obligauit. l. quicquid astringendæ. de ver. obl. & l. fi. circa fi. de do. promis. Vltimo possumus pro eo agere per locum a speciali. speciale est in cōuentionibus & stipulationibus iudicialibus, vt in illis generalis conuentio non obliget. ita hic est tex. ergo si speciale est hic, in contrarium ius commune in extraiudicialibus. hoc sumitur ex l. ius singulare. ꝭ. de legi. Secunda fuit opi. Io. ꝙ nō sufficiat, nisi specialis renunciatio interueniat, vt l. j. C. depo. & facit l. iubemus. C. ad Velleia. Opinio Io. & Azo. potest fortificari. Primo sic. certum est, ꝙ potentior est iudicialis, ꝗ extraiudicialis. l. cum ostendimus. §. vlt. j. de fideiuss. tut. Sed certū est, ꝙ generalis iudicialis nō obligat, vt hic est casus, multominus extraiudicialis. præterea pro hac opi. videtur casus in l. ij. C. cōmodati. ibi hostilis incursionis contemplatione. Tertio pro eo est casus in c. j. extra, de cōmo. ibi non obligatur quis de casu fortuito, nisi specifice renunciauerit. Alia fuit opi. vulgaris, videlicet, ꝙ aut conuentio fuit generalis, & stans in confinibus nudi contractus. Tali casu vera sit opinio gl. ꝙ non obligat ad casum fortuitum, aut interuenit conuentio generalis cum mistura aliquarum specierum enumeratarum, & tūc nedum valeat quo ad specificata, sed ad totam generalitatem. alleg. tex. in l. fi. C. quando mul. tu. offi. fun. po. & in Auth. vt fine phi. de bi. & credi. §. propterea. secundo alleg. hunc tex. per locū a speciali. Gul. de Cu. notificat hoc, ꝙ debet intelligi, ꝙ generalis renunciatio sequens non extenditur nisi ad similia, vel minora. Ista regula assumitur ex l. fi. ꝭ. de vi. tri. & oleo leg. & l. nā quod. in fi. ꝭ. de pec. leg & l. j. ꝭm vnum intellectum. de reb. dub. c. sedes. de rescri. c. qui ad agendum. lib. vj. in cle. non potest. eo. ti. Alia fuit opi. Accur. videlicet, ꝙ si expresse suscipit in se periculum tenetur, si vero non suscipitur expresse, & de natura contractus veniebat leuissima culpa, tunc etiam faciat venire casum fortuitum. argu. l. si quando. de leg. j. Pro conclusione di-7 cere potes firmando, † ꝙ nunquam generalis renunciatio valeat. & licet Bal. hic plene, & Cy. & alij in l. j. C. commo. & Cano. in c. j. extra eod. nihilominus referam mēbra. & debemus scire & dicere, ꝙ aliquando quæritur, an valeat generalis renunciatio facta in rebus de præterito, vel de præsenti competentibus? & dic ꝙ sic, siue loquamur in iudicialibus, vt in auth. iubemus. C. de iud. & in l. fi. in auth. matri & auiæ. & auth. vnde sumitur. C. qñ mul. tu. off. fun. potest. Hoc tamē fallit in criminalibus, in quibus non potest quis iudicialiter renunciare ad sui defensionem faciendam, siue de præterito, siue de præsenti, per gl. l. pactum inter hæredem. ꝭ. de pac. Bar. gustauit in l. custodiam. ad fi. ꝭ. de pub. iud. Pro quæstione facit id quod dicimus quem renunciare non posse in criminalibus exceptionibus, tanꝗ sibi pereat ius defensionis. l. addictos. ad fi. ꝭm vnā lect. C. de appel. & l. non tantum. ꝭ. de appel. Istud tamen limitatur dupliciter, nisi renunciet ex eo, quia dicat se non habere ius defensionis vel excipiendi, quia tunc valet. l. j. ꝭ. de fur. balnea. in gl. per quam astuti iudices maleficiorum semper prædicant, vt nunquam inquisiti de delictis renuncient simpliciter defensionibus, sed faciunt, vt dicant ꝙ non cognoscant se habere defensionem. Item limita, nisi renunciet exceptionib. in quibus non constat omnimoda intentio sua vel defensio, sed quibus si non renunciasset, fuisset tardius condemnatus. l. si accusatoribus. C. de accus. extra in l. accusatur. vbi qui accusatur a duobus habet ius excipiendi, per quod si vnum repellit, venit tardius condemnandus, poterit renunciari huic iuri excipiendi. Item fallit prædicta regula in casu status, quia nec valet specialis. ꝭ. de lib. cau. l. j. & l. nec si volens. Et aliquando quæritur, an aliquando valeat renunciatio generalis, statur iuribus de præterito, vel præsenti extraiudicialiter, & debes dicere, ꝙ sic. l. cum Aquiliana. ꝭ. de transa. l. fi. §. ꝙ sic. ꝭ. de condi. indeb. l. age. & l. sub prætextu specierum. & l. si de certa. C. de trāsac. cum si. nō tamen tollit ius, quod ignorabat quis sibi competere, quod intellige, vt in l. cū Aquiliana. probatur in c. cū inter P. Gaufridi. extra de renun. l. tres fratres. ꝭ. de pact. nec ecclesia tollit ista iura, quæ quis dubitabat, an sibi competerent, vel non, quia dubius & ignorans æquiparantur. l. fi. C. de condi. inde. in l. manifestissimi. §. sinautem nescius. C. de fur. & per hoc expeditum sit primum membrum. Nunc capio secundum membrum, videlicet, an valeat generalis renunciatio iuribus, quæ possent alicui competere in futurum. In hoc debemus dicere, ꝙ aut quærimus de renunciationibus, quæ sunt ita generaliter in conuentionibus prætoriis, seu stipulationibus prætoriis, & dic ꝙ non. ita est casus hic. & huius est ratio, quia quælibet renunciatio generalis dicitur esse captiosa, vt d. l. cū Aquiliana. ibi, liberalitatem enim, id est captiosam &c. Certum est autem, ꝙ prætor suum beneficiū nemini vult esse captiosum, ita dicit l. Paulus. no. ꝭ. de præt. stip. aut loquimur in renunciationibus factis non prætoriis stipulationibus, sed in stipulationibus conuentionalibus, & in hoc debemus nos tātum astrin-8 gere ad hoc membrum, scilicet nunquid † valeat generalis renunciatio facta, vt quis renunciet exceptioni casus fortuiti. & dic ꝙ aliquando quis se obligat ad suscipiendum omne periculum casus fortuiti, & tunc valet l. cum & sortis. in fi. C. de pigno. act. aliquando vero quis astringit se simpliciter ad periculum omne, generaliter renunciando exceptioni, non faciendo mentionem de casu fortuito, & tūc aut iste erat ille, ad quem ante contractum spectabat periculum in re illa interuenire, & tali casu sufficit ad obligandum quem in casu fortuito periculum partium. aliquando non erat ille, qui ante contractum celebratum ex nullo periculo tenebatur, & tunc dic, ꝙ ad ipsum renunciantem non transit possessio rei, cuius respectu generaliter se obligat ad periculum superueniens, & sufficit illa talis renunciatio. l. fi. ꝭ. de pen. & commo. rei vend. Exemplum, vendo tibi rem sub conditione, si Titius senator fuerit intra mensem, & retineo penes me istam rem, sed ille, qui emit sub conditione, obligauit se ad omne periculū interueniens intra mēsem soluturum æstimationem eius, ponatur, ꝙ res illa sit mortua, nunquid illo effecto senatore tenebitur, dic vt ibi. aliquando vero ille, qui generalia verba concipit, astringit se ad omne periculum habens possessionem rei, cuius respectu recipit in se periculum. & tali casu dic. ꝙ aut per prius ille qui habet possessionem rei tenebatur de dolo, lata culpa, & leui, & tunc ista obligatio obligat ad id, quod superuenit ratione leuissimæ culpæ. ita probatur in l. opus. ꝭ. loc. aliquando vero generaliter se obligans tenebatur per prius respectu doli, & latæ culpæ, & tali casu per generalia verba tenebitur respectu leuis culpæ. probatur in l. iurisgentium. & l. si quis. ꝭ. de pact. l. & Aristoni. ꝭ. mā. l. j. §. depositi. Aliquando quis tenebatur pro dolo, lata culpa, & leuissima. & tunc generalia verba obligabunt etiam, si casus fortuitus superueniat, vt verba operentur. l. si quando. de lega. j. c. si papa. de priui. in vj. Aliquando vero quis tenebatur ꝓ re etiam si fortuitus casus superueniret, & tūc si adiicit illa verba generalia, & respectu omnis periculi est obligatus etiam si superueniat casus fortuitus ratione culpæ doli. l. qui officij, §. vlt. de contrah. emp. vbicunque tamen quis non tenetur de casu fortuito per generalia verba, tūc si præcedit specialis etiam numeratio quorundam, & subiiciatur generalis clausula, tunc refertur ad casus similes, non autem maiores, vel diuersæ naturæ. c. sedes. de rescri. l. fi. §. cui dulcia. de vi. tri. & oleo lega. Itē 9 adde, † ꝙ vbicunq; quis obligat se ad casus fortuitos, non intelligitur se obligare ad casus fortuitos aliquādo solitos euenire, sed insolitos. ita secūdum Bar. est casus in l. fistulas. §. frumenta. ꝭ. de contrah. emp. sed Bal. dicit contrarium in l. Seio. §. medico. ꝭ. de ann. leg. vbi generalia verba trahuntur ad ordinaria, & quæ solita sunt præstari, id est vt solemus Bar. dicit, ꝙ quidā sunt casus, qui eueniunt ꝭm naturam communem, & ordinē naturæ, & tūc generalis suspicio casuum fortuitorum obligat ad illos, qui non dicuntur casus, sed contingentię naturales. ita ītelligo Bar. hic. & hic est casus in §. medico. Aliqui vero sunt casus, qui veniunt accidentaliter, & tunc locum habeat quod dicit Bar. in d. §. frumenta. ꝙ non obligetur ad casum fortuitū eo casu, quo de iure communi non erat obligatus. Sed nunc

pone,

pone,ꝙ quis erat per prius obligatus, Exemplum in depositario,& dicit ꝙ nō valet.l.in commodato.in prin.j. commoda. & ratio est, quia futurus non potest remitti.l.iurisgentium.§. item nulla. j.de pact. dota. Sed pone,accipio rem in commodatum vel depositum,& facio pactum,ꝙ volo teneri de aliquo casu fortuito venienti. Modo celebrato cōtractu accidit,ꝙ seruus meus occidit,vel subtrahit rem illam, vel ponit incendiū scienter,modo iste casus quo ad me est fortuitus,quæritur nūquid teneor de illo casu. videbatur ꝙ non propter pactum,itē hoc erat de iure communi & veritate,ꝙ per illa verba generalia non includitur casus factus per famulam meam. l.qui insulam.§.vlt.j.loc.vbi est casus no.& ratio est, quia quamuis non teneatur ad casum fortuitum de iure communi, tamen tenetur, quando culpa præcedit casum. l.si vt certo.§.interdum.j. commo.l.j.§.si rem.j.deposi.l.item quęritur.§.exercitu.s̄.loca. c.j.extra,de commoda.

SVMMARIVM.

1 *Satisdatio per errorem præstita tollitur exceptionis ope, secus si ex certa scientia.*
2 *Promissio indebiti scienter facta promittentem obligat.*
3 *Error in facto an & quando præsumendus.*
4 *Pœna in contractibus extraiudicialibus,an sit iudicialiter exigenda.*
5 *Pœna requirens stipulationem, an pacto nudo interueniente nihilominus debeatur.*
6 *Pœna in dubio respectu diuersorum apposita qualiter expetenda.*
7 *Pœna dationi quantitatis apposita, an sit exigibilis, & quid si res eadem vni promissa iterum alteri promittatur.*

§.Item quæritur. Satisdatio in totum,vel in partem per errorem præstita ope exceptionis tollitur, secus si præstetur ex certa scientia. h. d. 1 Nota primo, † ꝙ conuentus ad quid ratione promissionis indebitæ propter errorem facti exceptionem habet exclusiuam iuris agentis.ad idem j.vt in pos.leg.l.j.j.de don. l. si patronus. ad quod plene no.glo.magistra.j.fa.erc.l.qui hæres.No.secundo,ꝙ exceptio erroris proficiscens proficit & fideiussori.Idem j.de fideius.l.si quis.§.postquam.alias, si postquam. No.in verbo,si de conuentione.j. ex certa scientia &c. ꝙ † 2 promissio indebita scienter facta promittentem obligat, adeo vt sua indebiti exceptio certæ scientiæ replicatione per actorem fiēda excludatur.ad idem.j.de cond.indeb.l.si is qui perpetua. cum si. No.in l.nam & Iulianus.& ita semper allegatur, ꝙ idem iuris est de toto quo ad totum,quod est de parte quo ad partem,& ecōtra.ad idem.j.de vsu.l.qui sunt.de rei ven.l.q̄ de tota. cum si.in gl.quæ incip.vt ecce.circa fin. tu dic ꝙ hic ab initio inter ipsum procuratorem & actorem rei conuentum erat, vt debe rei ꝓmittere,vel satisdare de se repræsentando sub tali. in quo glo.quæ incipit,quia ex certa scientia conuenerunt &c.Antequam veniam ad quæsitum pręmitto,vides hic Iurisconsultū distinguere,ꝙ aut promissio est facta ex certa scientia. Primo casu non obligat.secundo sic. † 3 Modo quæritur,quid sit præsumendum.Bar.hic, & successiue Bal. & aliquando referunt Ia. Bu.dixisse,ꝙ qualibet promissio eius, quod est præsumitur facta errore.licet in l.alleget.sed tu dic, nemo præsumitur iactare suum.l.de indebito.j.de prob.extra,de renun. c. super hoc. Bar.vero hic dicit esse casum.dicit enim tex.ꝙ si conuentus dicat,non teneor,quia per errorem.actor replicat, quia ex certa scientia,debet actor probare de certa scientia,sicut reus de errore.In contrarium facit,quia nemo factum proprium præsumitur ignorare.l.fi.j.pro soc.l.quanq̄.j. ad Treb. & in c. ab excommunicato.de rescrip.vnde videtur dicendum, ꝙ Bar.male dicat,dum dicit ꝙ pręsumitur error, quanquā actor debeat de scientia replicare,non sequitur ꝙ debeat scientiam probare,ergo præsumitur ignorate.nam præsumptio pro vno transfert onus probandi in aliud.l.siue possidetis. C.de probat. sed gl.in l.si quis delegauerit.j.de don.distinguit,quam tene. Nūc capio quæstionem vltimæ glo. scilicet, † 4 nunquid ipsa pœna adiecta in contractu exigi possit. Considerandum est, ꝙ quædam sunt pœnæ legales & canonicæ,vt fur manifestus tenetur ad pœnam quadrupli.& dic ꝙ exigi possunt. ita probatur. 27. q.j.c.statuimus.& 31.q.2.si ecclesiæ. hoc intellige verum tam de foro canonico,q̄ ciuili.sed in foro pęnitentiali minime.Gl. sing.12.q.3.c.fraternitatis.Quædam sunt pœnæ consuetudinariæ,& has debes dicere esse exigibiles.de offic. eius. c.dilectus. quædam sunt veræ pœnæ iudiciales debitæ propter contumaciam,& similiter sunt exigibiles.probatur de mo. mulctarum volunta.l.j.& per totum. s̄.si quis ius dicen. non obtemp. & l. loc.§.condemnatio.de tab.exhi.De iure canonico tamen probatur,quia si non est expressum,ꝙ pœnę iudiciales sint exigibiles,ergo sequitur,ꝙ seruanda est dispositio iuris ciuilis.c.j.&ij. de oper.no.nun.licet ita fuerit sententia glo.extra,de arb.c.dilecti.nihilominus hoc non est verū,per c.j.extra,de do.& contu.Quædam sunt pœnæ arbitrales resultantes ex compromisso.in his dic,ꝙ iure ciuili non est dubium, ꝙ sic. item de iure canonico etiam in c.dilecti.de arbi.Quædam vero sunt pœnę testamentariæ, & dic ꝙ adiiciuntur per testatorem vnà cum temporis dinumeratione, & non sunt exigibiles, quia præsumuntur adiectæ in fraudem vsurarum.l.3.§.fi.j.de an.le.si vero non adiiciantur cum temporis dinumeratione,sed simpliciter & rei honestæ,tunc sunt exigibiles.l.j.de pe.lega. Quædā vero sunt conuentionales, ex his debes dicere, aut loquimur de iure ciuili,& tunc dic, ꝙ aut adiiciuntur contractib.mutui, aut tunc adiiciuntur in fauorem illius,qui debet mutuum recipere,& tunc sunt exigibiles. Casus est in l.si pœnam.in prin. j.de ver.obi. Aut pœna adiicitur in fauorem eius,qui mutuat, & tunc exigibiles.l.cum allegas. C.de fur.vbi manifeste appareat,ꝙ sit adiecta ratione interesse,vt l.traiectitiæ. in princ.j.de act.& obl.aliquando pœna adiicitur alteri contractui, q̄ mutui,& tunc dic,ꝙ aut adiicitur certæ speciei,& tali casu ipsa pęna est exigibilis.j.de ac.emp.l.Lucius Titius.aut ista pœna adiicitur facto,& similiter est exigibilis.j.de præt.stip.l.vlti.Inst.de ver.sig.cum st.ita est casus hic, secundum glo.aliquando pęna adiicitur in contractu separato in certa quantitate, vt puta vēdo tibi fundum centum,si non solueris promittis nomine pęnæ centum, tunc dic,aut ipsa pœna euidenter iniquitatem cōtinens est excessiua, & tunc præsumatur in fraudem vsuratū. l.Iulia.§.idem Papinianus.j.de act.emp. aut non est excessiua, nec continet euidentem iniquitatem,& tunc aut est solitus fęnerari,& est inexigibilis,quia stat præsumptio fraudis. probat in c.illo uos.extra de pig.de emp.& ven.c.ad nostram.glo.in l. pœnam. j. de vsur. & l. inciuilem. C. de fur. aut ille talis, qui pęnam adiicit non excessiuam, non est solitus fęnerari, & est exigibilis.l.vtrum.§.vlt.de pe.hær.& vendicat sibi locum de iure ciuili.de iure autem canonico videtur determinari,ꝙ sit inexigibilis,in c.suam.extra,de pęn.dicemus j.eo. l. si seruus.§.si plurimi.id quod dixi.s.ꝙ qn̄ pęna adiicitur facto. adde l. promis.C.de transa.l.stipulationum aliæ.§.si sortem. de ver.obli. 5 Succedat dubium, † si pœna requirat stipulationem,an sufficiat nudum pactum etiam incontinenti. dic,ꝙ aut loquimur in pęna,quæ succedit loco interesse,& sufficit nudum pactum etiam incontinenti appositum:aut loquimur in his,quę debētur ratione contemptus,& tali casu requirunt stipulationem. casus est singularis in l. seruus.j. de ser. expor. Vsura enim est pęna, vt l.lecta.j.si cert.pet.& l.quæ fine.de neg.gest.Item non sufficit pactum nudum ad obligationem vsurarum. l.quamuis.C.de vsur.Hoc fallit,nisi ipsa pęna ratione cōtemptus permissa sit ciuitati,vt l.etiam. j.de vsur. Modo quæro,quādo ipsi contractui adiicitur quid,quod est facti,an possit exigi? & dic, ꝙ aut loquimur in contractu mutui, & tunc aut factum est augmentatiuum obligationis,& est inexigibilis tanquam censeatur vsura.l.rogasti.§.si tibi.j.si cer.pe. i gl.& hoc dixit simpliciter gl.24.q.4.c.si fęnerauerit.ꝙ pactū illud, mutuo pecuniā, ꝙ si indigeam,tenearis in l.mutuare,nil operatur, nec obligationem inducit.aliquando vero id quod est factum, est faciliotis exactionis inductiuum. & tali casu dic, ꝙ aut illud factum potest exigi.l.qui autem.§.j.de constit.pec.aliquando vero id, quod consistit in facto,adiicitur alteri contractui,q̄ mutui, & est exigibile.l.fundi partem.de contrah.emp. l.si sceleris.§.sed si ita.de ac.emp.nunc pro declaratione addenda sunt duo.Primum vsq; ad quantam quantitatem ipsa pęna possit ascendere,item quantum requiratur, ꝙ ascendat ad hoc, vt exigibilis sit.de hoc gl.& Doct.in l.vnica.C.de sent.quæ pro eo quod interest.vt per Bar.in l.stipulatio ista.§.alteri.de verb.obli. plene no.Iusti.de act.§.omnes autem actiones, & ponitur in l.si dominum.in prin.j.de euict.Secundum est autem, an in pœnis cōsideretur interesse,vt aliter exigi non possint.de hoc Bar.in l.ij. §.item si in facto.j.de verb.obl.& habetis gl. optimam in l. cū 6 pęna,j.de arb.Tertium est, † quia dubitatur, an pęna, quæ est adiecta actui,an sit adiecta,vt certificetur & specificetur interesse,an vero ratione cōtemptus,an vero ratione contumaciæ, quomodo tunc præsumatur.Io. An.dixit in c.bona fides.de regul.iur.in vj.in mercur.ꝙ præsumatur adiecta ratione interesse.allegat l.si duo. in hoc titulo dixi, ꝙ cum pęna adiicitur facto est exigibilis,quando vero in vitio,videlicet quantitatis, vidisti ꝙ non potest exigi,quia in fraudem vsurarum, vt in l.cū allegas.C.de vsur.ponatur,ꝙ hæc pęna non sit adiecta quantitati mutuatæ,sed adiecta facto propter promissam mutui quātitatem.Exemplum,mutuo tibi decem, promittis pro illis mihi dare pignus,vel promittis dare fideiussores,& si fideiussores non dederis,promittis centum nomine pęnæ,an sit exigibilis. Iac.But.mouet dubium in d.l.cum allegas.§.diuus.in l.cū seruus.j.de cond.& demon.Io.An.in addi.Spec. in rub.de obl.& sol.§.ante omnia.in j.rub.Omnes sunt in hac opi. ꝙ non possit peti,hac ratione, quia ipsum factum, cui pęna est adiecta, est promissum propter quantitatem, ergo pœna ipsa videtur adiecta tam facto,q̄ etiam ipsi quātitati.Sed si ita est, sequitur ꝙ exigi non possit,vt d.l.cum allegas. præterea cum quid non licet vna via &c.c.quanto.de priui.c.tuæ.de procu.sed certum est, ꝙ ista pęna non potest exigi si adiiciatur quantitati, ergo

sequitur

sequitur ꝙ possit exigi si adijciatur facto promisso propter iestam quantitatem, quia fieret in fraudem vsurarum. quia leges prohibent omnes fraudes & machinationes. l. eos. C. de vsur. Secunda fuit opin. Bart. in l. cum seruus. dicentis, ꝙ aut istud factum quod est promissum, est promissum incontinenti, & tunc procedit opi. Ia. lo. An. & Cy. s. ꝙ non possit exigi, quia p̄sumitur adiecta in fraudem vsurarum, quia ex illo, ꝙ incontinenti fit, fraus præsumitur. l. si ventre. §. in bonis. ī de pri. cre. & c. consilii. de elect. extra. Sed si hoc factum promissum ex interuallo esset appositum, seu celebratum, tali casu potest exigi, cum faciat omnem fraudem cessare, per l. si Titius. j. de pi. act. quequidem opi. nō videtur vera, quia non videtur tollere fraudis suspicionem. l. si mulier. ad Velle. Vnde sto cum opi. Bal. in d. l. cum allegas s. ꝙ aut illud factum est celebratum ab eo, qui consueuit fœnerari, & tali casu ipsa est inexigibilis, in l. vas. de pig. & gl. in l. pœnam. j. de vsur. Sed si illud factum fuerit celebratum per non cōsuetum fœnerari, tunc est exigibilis, quia cessat p̄sumptio fraudis. Sed an debemus quēlibet præsumere bonum, habetur in l. merito. pro soc. & in c. estote misericor-
7 des. de iu. iu. Ex superioribus videtis † an pœna sit exigibilis. q̄n adijcitur dationi quantitatis, & an in vna & eadem re promissa personę alteri, sit exigibilis tanquam præsumatur adiecta in fraudem. Exemplum, si Titio decem non dabis promittis mihi cētum nomine pęnæ. De hoc tex. in l. qui res §. qui stipulatur. j. de solut. dicit hanc pęnam esse exigibilem, nec præsumi in fraudem appositā, sed Bal. in d. l. cum allegas. de hoc dubitat, quia ex hoc possent fieri de leui multæ fraudes de persona ad personam, contra not. in l. hac edictali. C. de sec. nupt. & in l. j. de na. lib. nisi eo casu, quo interest stipulantis eam pecuniam Titio esse solutam, quia tunc habet locum d. § si stipulatus. ga si stipulabatur erat debitor eius, cui stipulabatur, sed vbi nullum est interesse, videlicet, quia etiam si nihil in ea intersit, pœnam exigere possunt per tex. in l. stipulatio ista. § alteri. de ver. obli. Insti. de inuti. stip. §. alteri. Præterea non est dubium, quia respectu tertij id quod venit dādum est quid fieri. vt in l. liber homo. la grande. §. fi. j. de ver. obli. certum est, ꝙ illa pęna cum adijcitur facio est exigibilis, & nunquam præsumitur in fraudem adiecta, vt hic, & in l. promiss. C. de transac. Sed possumus saluare Bal. si dicamus, ꝙ istæ fuerunt celebratę per consuetum fœnerari, quia tunc essent inexigibiles.

SVMMARIVM.

1 *Factum vnius consocii potest in materia stipulationis alteri præiudicare.*
2 *Factum dolosum consocij non debet alteri consocio prodesse.*
3 *Solutio sortis principalis facta per vnum ex debitoribus alium debitorem ope exceptionis a pęna liberat, similiter & facta per reum fideiussionis.*
4 *Exceptio superueniens in persona rei prodesse debet fideiussori.*
5 *Seruus pro repub. abesse non dicitur.*
6 *Exceptio impossibilis non est admittenda, nec impertinens, aut non releuans.*

LEX V. VI. VII.

SI duo rei. Factum vnius ex sociis alteri preiudicat in cōmissione stipulationis, & exactio sortis principalis facta ab vno ex reis, liberat alium a pœna, & idē est in patre & filio, & beneficium proficiens reo proficit & fideiussori. Qui autem satisdat de seruo, aut filio in iudicio præsentando, his exceptionibus vti potest, quibus vteretur si satisdedisset pro libero, dum tamen qualitas personarū eas exceptiones habuisset hoc dicit
1 vsque ad l. & si post tres. No. ex prin. l. si duo. † ꝙ ne committatur personalis stipulatio, factum vnius consocij alteri præiudicat. ita communiter colligunt Doc. de quo dic, vt j. dicam. No.
2 & rectius, ꝙ † factum dolosum vnius ex socijs non prodest alteri personæ ad stipulationis pęnalis commissionem. No. in §.
3 item si duo. † ꝙ solutio sortis principalis facta per vnum ex debitoribus alium debitorem ope exceptionis a pęna liberat, in quam inciderat, quod est notan. Nota in §. æque. ꝙ solutio sortis principalis facta per reum fideiussionis libertatem inducit a pęna stipul. de iudicio sisti. No. in l. si is qui fideiussorē.
4 † ꝙ exceptio superueniens in persona rei prodest fideiussori,
5 quod dic, vt j. dicetur. No in l. si quis seruum. † seruum reipublicæ cā abesse nō posse. Ad idem j. de in inte. re. l. fi. No. secūdo ꝙ ex eo, ꝙ in materia omnibus vniuersaliter congruente non est habenda distinctio aliquarum personarum. Ad idem
6 j. de accus. l. hos accusare. §. omnibus. No. tertio ibi, † preterq̄, exceptionem impossibilem non esse admittendam. Idem est si impertinens sit vel non releuans, vt C. de prob. l. nostram. & l. ad procuratorem, de offic. deleg. extra. c. cum contingat. cum ibi not. in glo. in ver. consocij. Ista glo nihil probat de eo, quod dr̄ in tex. Ideo vltra ea, q̄ dr̄r in l. si vir vxori, sol. mat. Adde gl. in l. si duo. j. de ar. In gl. dū exponit de l. si is q duos. ex deliberatione l. si ex duob. de neg. ge. Vel solue, ꝙ ibi loquitur in legatis, puenientibus ex vltima voluntate, quæ fauorabilis est, hic in pęnis, quę sunt odiosę. Ista solutio probatur in c. cū dilecti. extra.

SVMMARIVM.

1 *Moræ purgatio admittitur in stipulationibus prætorijs intra paruum tempus, agenti iure non deteriorato.*
2 *Moræ purgatio pœnæ liberationem inducit.*
3 *Dictio, plus tantum & similes, qualiter sint intelligendæ.*
4 *Dictio, & plus, in dispositione testis an aliquid operetur.*
5 *Fideiussor, qui promisit reum repræsentare sub pœna, liberatur si post sex menses eum repræsentet.*
6 *Reus promittens se certa die in iudicium repræsentaturum sub pœna, si infra arbitrio iudicis se præsentet, liberatur.*
7 *Actor potest moram purgare non obstante negligentia.*
8 *Actio personalis quanto tempore perpetuetur, vel pereat.*
9 *Cedere diem quid sit, & quid diem venire, & quid stipulationem committi.*
10 *Stipulatio quando committi dicatur.*
11 *Tēpus miserationis causa concessum actionis, seu obligationis ortū non impedit.*
12 *Tempus delegationis de legato faciendo duobus casibus a iure determinatur.*
13 *Debitum ex sententia an statim & sine termini intermissione debeatur.*
14 *Debitum ex confessione, aut ex sententia arbitri quando debeatur.*
15 *Stipulatio in diem quando committatur.*
16 *Dispositio temporalis includit prohibitionem, ne interim procedat.*
Diei certæ pēdentia impedit actū stipul. in diē, & quid de pēdentia diei incertæ.
17 *Certi & incerti condict. in quo differant quo ad actionis originem.*
18 *Stipulatio conditionalis quando committatur.*
19 *Legatum conditionale quando deberi dicatur.*
20 *Stipulatio, quæ habet in se conditionem in diem, quando committatur.*
21 *Moræ purgatio quid sit.*
22 *Conditio tripliciter consideratur.*
23 *Mora, in qua dies & pœna includitur an sit purgabilis.*
24 *Moram purgandi facultas quibus de causis auferatur.*
25 *Mora quando committi dicatur, & quid in causa moræ inducat interpellatio.*
26 *Mora quando, & qualiter veniat purganda.*

LEX VIII.

ET si post tres. In stipulationibus iudicialibus, in quibus est dies & pœna, admittitur purgatio moræ intra paucum tempus, si ex eadem ius actoris non est factum deterius. hoc
1 dicit. Nota primo, ꝙ † in stipulationibus prætorijs admittitur purgatio moræ intra tempus paucum. No. secundo, ꝙ ad hoc vt intra modicum tempus possit ipsa mora, vel negligentia purgari, necesse est, vt ex ipsa pauci temporis mora ius agentis
2 non sit deterioratum. No. tertio, † ꝙ purgatio moræ inducit liberationem a pœna non ipso iure, sed exceptionis ope. In glo. in ver. plures. duo sunt discutienda. Primo, quomodo ista litera dicens moram purgari posse intra plures, dies debeat
3 intelligi. Non † est dicendum, ꝙ intra paucos, vt l. hæc dictio de verbo. sig. Item non est dubium, ꝙ pluralis locutio contenta est duobus. l. libertos. §. post annos. s̄. de manu. testa. & l. vbi numerus. j de testi. Item dicit litera in l. inter illa. § i. de ver. si. & nota. in l. is qui literis. de verb. oblig. Sed nunquid hoc procedat. Dic, ꝙ istud verbum, pluresve dies, sumitur pro tempore arbitrio iudicis moderando. Pro hoc facit, quod tempus a lege non determinatum venit a iudice determinandum. l. j. in fi. de iure delib. Secundo de hoc est tex. in l. si ita quis. §. Seia. j. de ver. obliga. Adde ad prædicta. l. si oleum. in fi. & l. 1 le. j. de dolo. Venio ad secundum quæstitum gl. quid significent ista verba plus. Et si dicit, ꝙ aliquando testes dicunt, talis res valebat tantum, vel plus, vel possedit tanto tempore & plus. Dicendum ꝙ hæc verba, & plus, includant adiectionē parui temporis, vel paruę quantitatis ad tempus specificatum, vel summam. Alibi videtur ꝓbari aliter, scilicet, ꝙ ista adiectio, & plus, adijciat aliquid iudicis arbitrio declarandum. l. cum filius. §. pater. de legat. ij. Alibi dicitur, ꝙ ista dictio, & plus, adiecta ab ipsis testibus operetur augmentum partis continentę eius, quod est expressum, & probatur sic. Certum est ꝙ p̄riorū eadem est disciplina. l. j. s̄. de his qui sunt sui vel alieni iur. l. inter stipulantē. §. sacram. de verborum obl. Sed certum est, ꝙ verba obscura denotant diminutionem quartę partis. l. si quis in suo. de inof. testa. Insti. de hæred. quæ ab intesta. §. item vetustas, & de hoc in c. cum inter nos. extra, de ver. signifi. Quid de iure sit dicendum, hic mouet glo. & gl. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ex quib. cau. maior. Cy. & Bal. in l. si quis in suo. C. de inof. tes. Bar. in l. cum furti. de in li. iur. Vera opinio est ista, ꝙ illa dictio, & plus, seu amplius, seu & vltra, adiectum post expressum tps nihil operatur. Nā dubia ꝓbatio nō releuat probātem c. in præsentia. de prob. Sed certum est, ꝙ illa verba sunt ambigua, quia possent intelligi de duobus, vel pluribus. Facit l. nostram. & l. ad probationem. C. de prob. Secundo probatur sic. Certū est, ꝙ pars, cuius iurō statur super re sua, succedit loco testis. l. fi. C. de fideicō. Sed certum est, ꝙ pars dicens, iuro istam rem valere centū & plus, ista clausula, & plus, nil operatur vt est tex. in d. l. cū furti. de ī li. iu. ergo sequtur, ꝙ nec valet, si deponatur in facto alieno. nec obstat. l. si cum filius. vbi ista dictio, & plus, adijcitur ī actu dispositiuo, quo casu succedit arbitriū filio in tempus, vt l. cū filię. de leg. ij. nos vero in actu ꝓbatiuo loquimur. Et videndum quid si dicat, talis possedit x. annis & paulo plus. De hoc verbo habetur in l. j. §. puetitiam. j. de postul.

ftul.& in Auth. vt ecclesia Romana cētum anno.gau.præſc.in §.j. & in d.§ item vetuſtas. bonus tex.in l.ſi quę. C.de ſec.nup. Item quid ſi dixerit, poſſedit prope decem an.vel valebat centum,& poſſedit prope centum annos.De hac dictione, prope, habetis tres tex.no.vnum in l.non tantum.j.de excuſa.tuto.in l.properandum.§.& ſi quidem. C.de iudi. Alium in l.3.in fi.j. de lib.exhib.Habetis etiam duo iura, quæ loquuntur per hæc verba,prope centeſimum annum,in l.2.§.exactis.ſ.de orig.iu. & in Auth.de nō alie.§.ſi vero in perp. Quid autem ſi dixerit valebat fere decem,vel poſſedit fere decem annis.De hoc habetis in l.intra vtile.§.j.j.de minor.& in l. Iulianus.j.de manumiſ.teſtam.& in l.i.j.ex quibus cau.in poſſe.ea.Quid autem ſi dixerit,poſſedit decem annis vel circa, vel dicat, valebat circa decem. De hoc modo loquēdi habetis in Auth.vt cleri.apud prop.epiſcop.§.quarta.& l.Rutilia j. de contrahen. empt.& l. qui.j.de ſer.ruſti.præd.Quid autem ſi dicat,poſſedit talis decē annis? Dubium eſſe poteſt,an velit intelligere quorum annus vltimus ſit finitus,an vero ſit initiatus.Primo probatur in l.& hoc j.de verb.oblig. Inſtitu.eod.tit.§.in diem Quod de vltima die intellexit,alibi videtur in l.ſi ita fuerit.j.de manumiſ.teſta. intelligitur de initio fauore libertatis. Quid autem ſi dixerit poſſedit annis decem?intelligitur de fine.l.ſi in annos.infra de condi.Ioan. And.tetigit in c.licet cauſam.extra, de probat. Et do.Anto.in d.c.literæ.de dilationibus.Quid ſi verba iſta adijciantur libello. debes dicere ꝙ nihil operentur, tamen repeti poteſt,vt declaret dictum ſuum, in Auth.de teſtib.§.illud.& §. ſi vero.& l.certum.§.j.j.de confeſ. Quid de dictione, circa, inſto? ponunt Inn.in c.inter dilectos.de fide inſtru. Bal.in l.Celſus.j.de vſuca.& Bald.in l.iudicia.de rei vendi. Ex glo.j.collige

4 quatuor concluſiones.Prima,†an aliquid operentur verba teſtis adijcientis in dicto ſuo illam dictionem,& plus.De quo.§.

5 vidiſtis.Secunda†concluſio,ꝙ fideiuſſor,qui promiſit reum repræſentare ſub pœna,liberatur ſi repræſentet eū poſt ſex men

6 ſes vltra diem illum. Tertia concluſio, † quod reus ipſe qui ſe certa die in iudicio venturum ſub certa pœna promiſit,liberatur a pena in quam incidit ſi intra paucum tempus iudicis arbitrio moderandum poſt determinatum diem ſe repræſen-

7 tet. Vltima concluſio eſt, † Licet actor ipſe propter negligentiam rei die deputata ſe non repræſentans expenſas fecerit,nihilominus & ipſis non obſtantibus poteſt intra paucum tempus ſuam negligentiam emendare,ſeu moram purgare.In gl.

8 in verbo,deterius.Ad euidentiā ſcias,ꝗd†actio perſonalis perit ſpatio triginta annorum. Item perpetuatur ſi citatio facta fuit, & reus comparuit, factum eſt ius deterius, non autem dicitur fieri deterius propter ſumptus litis,quia tūc intra tempus paucum purgatur &c. Oppo. Gloſſa ſecunda dicit, quod imo videtur quod nedum fiat deterius, ſed in totum pereat. Reſpondetur quod id, quod eſt vanum,dicitur fieri deterius, & facto deterius, quoniam in totum perit. In gloſſa magna, præmitte quid ſit diem cedere. Secūdo quid ſit diem venire.

9 Tertio quid ſit ſtipulationem committi.Et dic, † quod cedere diem eſt incipere quid deberi Dies vero venire dicitur,cum illa res venit,propter cuius aduētum habeo poteſtatem agendi effectualiter ad id, in quo quis mihi eſt obligatus. Iſta duo habentur in l. cedere diem. infra de verborum ſignificationibus. Stipulationem vero committi non eſt aliud quàm obligationem natam eſſe ex ſtipulatione, & habere poteſtatem

10 agendi ad id, in quo eſt obligatio. Modo † quæritur quando ſtipulatio committatur. Reſpond.ponendo duas opiniones, quæ gloſſæ non placent, & ideo diſtinguit glo.quod autē ſtipulatio ſimplex, & tunc aut eſt pura,& dicitur committi ſtatim, aut eſt ſtipulatio in diem & committitur adueniente die. Si vero ſtipulatio eſt conditionalis, tunc dicitur commiſſa adueniente conditione. Hæc tria probantur in l. cedere diem. Hæc habent locum,quando ſtipulatio eſt ſimplex, puta quando ſors eſt promiſſa ſine pœna. Si autem ipſa ſtipulatio eſt pœnalis,tunc quando intelligatur commiſſa ad pœnam,& dici: quod aut ſtipulatio incipit a præcedenti conditione, & dicitur commiſſa, quando deſinit poſſe fieri id, quod in conditione deuenit. Caſus eſt in dicta.l. ſi ita ſtipulatus.de verborū obligationib.allegata ſupra in ſecūda opinione. Fallit in quatuor caſibus ſecundum gloſſam, in quibus dicitur obligatio committi,ſi id, quod in conditione.deuenit fieri potuit, & factum non fuit. In primo eſt fauore libertatis. In ſecundo cauſa eſt fauor vltimæ voluntatis. In tertio ratio ſpecialitatis. In quarto eſt ipſa prolixitas. Aliquando ſtipulatio ipſa pœnalis incipit a ſtipulata conuentione,& tunc committitur,quando quis facere poteſt id,quod conuenit,& non fecit,Puta promitto tibi decem, & ſi non dedero, promitto tibi centum nomine pœnæ. Aliquando incipit a nuda conuentione, & tunc dicitur committi lite conteſtata.Denuo quæritur,quomodo ſtipulatio committatur. Dic quod aut quæritur in ſtipulatione pura & ſimplici,Et tunc ſi quęritur quomodo pura ſtipulatio committatur quo ad obligationem.Reſpondendū,quod committatur ſtatim. Eſt enim regula, quod in omnibus obligationibus iuris, in quibus dies non adijcitur præſenti die pecunia debetur.l.in omni.de verborum ſignificationibus. Inſtitut.de verborum obligationib. §. omnes. & l.eum qui literis.§.quoties.eodem titulo. Fallit hoc in duobus caſibus. Primo niſi ſtipulatio ipſa ex natura ſui habeat tacitam conditionem, Vna cum temporis conditione, quia tunc ſtipulatio ipſa non committitur, neque obligatio oritur, niſi adueniente illa tacita conditione.l.interdum.in principio.ff.de verborum obligationibus. Bene facit.l.inter ſtipulantem. §. ſacram. verſiculo, vtrum.eodem titu.licet Barto.in l.ita ſtipulatus. la grande. ad hoc alleg.infra de pactis.l. item quia. verſiculo, huius rei. Exemplum,promitto tibi fructus ex iſto agro, vel promitto tibi partum huius ancillæ. Habet enim tacitam conditionem, & tacitam dilationem. Bene facit. l. ſi debitor. infra de contrahen.emptione. Item fallit hoc, niſi ipſa ſtipulatio habeat ex eius natura in ſe tacitam diem,quia tunc & ante euentum illius diei, non dicitur commiſſa ſtipulatio ipſa. Ita probatur in l.2.§.ſi quis ita.infra de eo quod certo loco. & l. ita ſtipulatus.de verborum obligationib. Exemplum, promitto tibi decem florenos, habet enim tacitam conditionem, cum floreni fuerint,quæ dies a iudice moderatur. l. ſi vnus. §. cum ita. de verborum obligationib. Aliquando vero loquimur, quando ſtipulatio ipſa pura committitur quo ad effectum exactionis, & tunc debemus dicere, quod illa non committatur ſtatim quo ad exactionem,ſed requiritur temporis quoddam temperamentum,ſeu interuallum.l.quod dicimus.Inſtitu.de inutili. ſtipulatio. §. vltimo. Sed dubium eſt, nunquid iſtud tempus paucum ſit a iure determinatum.Glo.tetigerunt hoc in dicto. §.fin.& dicta l.quod dicimus. Vltra eas videtur,quod tempus ſit determinatum pro tempore decem dierum.l.promiſſor Stichi.§.j.infra.de conſtituta pecun. vbi dicitur,quod ſi conſtituo me ſoluturum Titio decem,nec tempus adijcio,in dubio videor conſtituiſſe intra tempus decem dierum, per textum & glo.ordina.in l.2.C.de conſtituta pecu. Et tendit ad quamlibet aliam promiſſionem, ſiue ſtipulationem, ſiue promiſſionem puram,ſeu ſimplicem. Veritas eſt quod debemus dicere, quod iſtud tempus determinetur iudicis arbitrio ſecundū quantitatem promiſſarij & qualitatem promittentis, & eius, cui promiſſum eſt, perſonam.l.j.in fin.j. de iure delibera.& cap.de cauſis extra de officio delegati.Magis in ſpecie facit textus de officio iudi.§.ſi in præſenti. Hoc fallit,niſi quis facile renunciauerit huic tali tempori ad ſoluēdum ſtatuto in dubio, quia ſtatim poterit exigi. Habes textū in l.liber homo.la grande.& l.tibi decem.j.de verborum obligatio.Sed ſtat dubium, Quid ſi aliquis promittens pecuniam ſimpliciter ſi diues vel potens ſit ſaltem ad ſoluendum,an debeat ſtatim. Dic,vt per Cyn.& Bald.in l.vnica.§.actio.C.de rei vxor.actio. Vltimo de-

11 bes ſcire in iſta materia, quod † tempus alicui miſerationis cauſa indultum non impedit natiuitatem actionis,neque obligationis.l.ſi cum militi.§.cum igitur.j.de compenſa.& plene notat Barto.in d.l.ita ſtipulatus.Videndum eſt quid in legato,an non committatur,quando eſt ſimplex & purum? & dic quod ſtatim quo ad actionem & obligationem.l dies.in prin. infra,quando dies lega.cedat. Vnde ſi teſtator dicit,lego Titio decem non adijciendo tempus, ab illa die legatarius habet hæredem obligatum. Fallit,niſi legatum ipſum ex natura legatæ rei habeat tacitam conditionem cum temporis dilatione, & tunc euentu conditionis non naſcitur neque obligatio, neque actio ad illud petendum.l.j.verſic. vltimo.j. de ordi.co. De hoc etiam tenuit glo.in dicta l.item quia.verſiculo, huius rei.infra de pactis.Aliquando vero quærimus,quomodo legatum ipſum purum committatur quo ad exactionem.Et tunc dic,quod regula eſt,vt non poſſit ſtatim exigi,ſed detur ipſi hęredi temporis interuallum iudicis arbitrio moderandum. Ita

12 eſt textus in l.j.§.item ſi ita.ad legem Falcidiam.†Sed duo ſunt caſus,in quibus tempus delegationis de legato fiendo eſt a lege & ipſo iure determinatum.Primus caſus eſt ſi legatum fuerit quid alicuius rei neceſſitate, vel ratione. Hic eſt caſus notabilis in l.nec ſemel.§.ſi in habitatione.infra, quando dies legati ced.Facit etiam.l. Firmio.§.ſi pater. in glo. Fallit in vno ſingulari verbo Bart.in l.ſi legatarius.§.j.infra, de legatis 3.Exemplum,lego Titio decem rubia frumenti ex tali agro,vel centū aureos. Dicti centum aurei non poſſunt ante exig, q̃ frumentum naſcatur. Primo propter connexitatem,quam habet vnū legatum ad reliquum.& de connexis idem eſt iudicium.l.quę religioſ.de rei vendi.c.ſuper eo.de præben. li.6.& l.ſi finita.de dam.inf. Secunda ratio eſt,quia vnum determinabile adiectū plurib. debet ea pariter & vniformiter determinare. l. nā hoc

13 iure.j.de vulg.& pupil.Tertio videndum eſt, † quomodo committatur id, quod debetur ex ſentētia pura atq; ſimplici,puta condemno Titio Semproniū ad decem,debet dicere,ꝙ intelligatur quod ad ipſam actionem eſt cōmiſſum debitū ſtatim lata ſententia. Probo ſic,quia per ſententiā quaſi contrahitur

contra

contra.l.3.§.idem scribit.j.de pecul. Sed certum est cum quid debetur pure, illud statim committitur. Igitur idem debemus dicere in sententia. si autem quęrimus quo ad effectum executionis, & tunc aut loquimur in personalibus, & committitur post menses quatuor. extra de officio deleg.c. quęrenti. C. de usur. rei iudi.l.ij. si autem quis condemnatur super actione reali, & tunc dic, vt per textum Insti. de offi. iu. §.j. si autem loquimur in criminalibus etiam quod ex sententia debetur, statim exigitur absque alia retardatione. l.cum reis, C.de pœnis. Bene facit.l.fi.C.de custo.reo. Quid autem si in eo debito, qđ committitur ex confessione. † dic, vt in l.si debitori.j.de iudic. Item quæro, an committatur debitum proueniẽs ex sententia arbitri? dic, vt in l.si cum dies.§.fi.j.de arb. item id quod debẽt ex sententia arbitratorum. Bar. ponit d.l.fi. C.de executio.rei iud.& dixi in d.l.si debitori. Ad id quod dixi heri in stipulatione simplici & pura, vnum est addendum, dũ dixi quod statim committitur quo ad obligationem & actionem, debet intelligi nisi ista pura succederet in locum habentis diem, quia de ea iudicatur tanquam de stipulatione in diem.l.si quis ita stipulatur.j.de ver.obl. Inquantum etiam dixi, ꝙ legatum purũ & simplex committitur quo ad obligationem, & actionem & transmissionem, per l.si cum igitur.C.de cad.tol. Fallit in legato vsusfructus, vt in l.2.C.quando dies leg. ce. Sequitur videre de secundo membro principali, scilicet de stipulatione, quæ in diem contrahitur, an cõmittatur † stipulatio in diem certã cum communi certitudine, quæ dies ipsi stipulationi adiecta est. In hoc multæ sunt opiniones. sed pro veritate debemus sic dicere, ꝙ quo ad obligationem committitur statim.l. cedere diem.de ver.sig. Insti. de ver.oblig.§. in diem. si autem quærimus quo ad exactionem. Dic, quod non committitur nisi post aduentum diei, per tex.in d.§ in diem. & l.cum in calendis. §. quoties.in fi.de ver.ob. & l.eum qui certarum, & l.qui hoc anno. Fallit in vno casu, in quo etiam ante euentum diei potest exigi, qui habetur in l.j.C.de cond.ex lege. Aut quærimus, quã do committatur quo ad actionem. Et in hoc est maxima dubitatio. hoc est, an ante euentum diei sit nata actio. in hoc Cyn. & plures faciunt magnum tractatum in l.vnica. C.vt act. ab hære. Bar. plene in d.l.ita stipulatus la grande. de ver.obl. & il. hic, & in d.l. ita stipulatus. Pro substantia veritatis concludo sic, scilicet ꝙ aliquando dies adiicitur natiuitati obligationis, & tunc ante euentum diei non est nata actio, quia nõ est nata obligatio.l proinde.cum l.præcedenti.& l.quod si ab initio.j. si cer.pet. Aliquando vero dies adiicitur absolutioni stipulationis, & tali casu ante diem actio est nata.l.ij.j.de in diem ad di. quia si non esset nata non haberet locum resolutio. Aliqñ dies adiicitur ad differẽdã solutionẽ, seu executionẽ stipſonis, tũc an sit interim nata actio, est magna dubitatio. Exẽplũ. pro mitto tibi decẽ soluẽda intra decẽ dies. in hoc dic sic. Aut dies adiicitur stipulationi post natam obligationem & actionem, & tali casu ipsa adiectio diei non sumerei præcedentem natã obligationem & actionem, sed parat tantum exceptionem. Institu.de excep.§. temporalis.l.si vnus.§ i.j.de pac. Aut dies ipsa apponitur stipulationi seu contractui ab initio eo ipso ꝙ est facta stipulatio, & tunc dicendum, ꝙ aut in stipulatione venit id quod non est ad hæredes trãsitorium, & tali casu non est nata nec actio, nec obligatio ante diem.j.quando dies vsusfr. lega. ce.l.j.i fi. Aut in ipsa stipſone venit id quod est ad hæredes trãsitorium, & tali casu vera est opinio, ꝙ actio sit ante diẽ nata. Quod hoc sit verum, allegatur ista ratio. Certum est quod ista est promissio, vt j.de arb.l.Celsus.& c. cum dilecti. de dolo & contu. ergo sequitur, quod oritur actio saltem ex primo capite promissionis, scilicet simplicis. Pro hoc videtur esse text.in d. l.j.in fi.j.quando dies leg.ce. Præterea pro hoc est vna ratio, nõ est dubium, ꝙ isti dies non adiiciuntur solum executioni promissionis, seu retardationi solutionis, ergo sequitur ꝙ non debent impedire natiuitatem actionis.l.ex his verbis. C. quando dies leg ced. Vnde ex his conclude, quod hæc sit vera opinio, quod ante diem actio sit nata. Pro cõtraria parte, scilicet quod non sit nata, possent fieri istæ rationes. Prima, actus agentium non debent operari vltra eorum voluntatem.l. non omnis.in principio.j si certum pet. Quod illi contrahentes fuerint hui' opinionis dixi, scilicet vt ante euẽtũ diei non resultaret actio, ergo non debet intelligi esse nata. Sed respondetur negando quod intentio eorum fuerit, ꝙ non oriretur actio, quod fuit, vt differrent solutionem, vt d.l. centesimis. Secundo arguitur sic. † Dispositio temporalis videtur includere tacitam prohibitionem de non agendo interim.l. Lucius.§. testator.de leg.3. Sed cum præsupponis adiectionem intelligitur quod intentio contrahentiũ fuerit ante diem agi posse. Responde fatendo totum, scilicet quod non possit agi effectualiter, sed non ꝙ actio non sit nata, per d.l.centesimis. & l.ex his verbis. Tertio arguitur. Actio non est aliud, quam ius deducendi in iudicium, qđ sibi debetur. Institu.de actio.in princip. Tu dices non nisi post diem põt ipsa actio induci, ergo fateris, ꝙ nõ est actio. Tu dic,

1 ter allegari.Et propter hoc nota & tene menti. †No.in §.item ſi prædixerit.ꝙ proteſtatio præiudicialis nocet ei, in cuius eſt præiudicium,dum tamen eius interueniat conſenſus, an tamen neceſſe ſit propter conſenſum eius interuenire, in cuius præiudicium ſit proteſtatio.Dic, vt plene dixi poſt Barto.in l. non ſolum.§.morte.infra de operis noui nunciatio. Item no. ex eodem in verbo, prædiximus. quod proteſtatio debet actũ præcedere, vnde ſubſequens nihil releuat. Ad idem infra de reli.l.at ſi quis.§.plerique. & gl.j̃.de concub.l.in concubinatu. Item nota in hoc §. in verbo,prædixerit.glo.ſingular.ad quotidianam quęſtionem, ſcilicet an per traditionem clauium camerę factam per hoſpitatorem ipſi hoſpitato liberet ſe a periculo & cuſtodia rerum. Conſimilis eſt quęſtio quotidiana, ſcilicet an ſi hoſpitatus ad rerum ſuarum tutelam in hoſpitio miſſarum proprium & ſpecialem cuſtodem appoſuerit cẽſeatur hoſpitator exemptus a cuſtodia & periculo. De quo per Bartol.in l. ſi vt certo.§. ſi de me. j̃. commodati. Et ſimili glo.notab.in l. pe.j̃. vſufru. quemadmodum caue.quæ ponit quotidianam qõnem. Quid de eo, qui animalia locat ad vecturam,ſi vna cum ipſis ſpecialiter cuſtodem miſerit,an cẽſeatur conductor equi liberatus a cuſtodia, & eius periculo.

SVMMARIVM.

1 *Nautæ an inter ſe ipſos agant actione edicti,nau caup ſtabu.*
2 *Priuilegium conceſſum exercentibus vnum actum extenditur ad exercitium mixtum.*
3 *Iniquos ad ſui ſeruitium eligens ſuſpectus eſt de dolo,& culpa.*

§.Hæc enim actio. Actio ex hoc edicto descendens datur ad duplum, nec competit eo casu, quo nautæ inter se damnum darent, nisi qs nauta sit & etiam mercator. Item fortius tenetur exercitor de facto nautæ, si eius fuerit, q̃ si non fuerit. Et actio ex hoc edicto plonæ ɔpetit, licet non in hæredem. h.d. †No. primo domi
1 num non teneri ex damno illato per nautasmet inter seipsos. V. de est efficax argũ, licet. l. si post depositam. C. de assessori. velit officialem teneri pro damno illato pro suis familiaribus, hoc procedit, nisi qñ inter semetipsos delinquãt, qñ tunc nõ obligantur, quod notatur in ver. sed & si quis nauta. sic ꝙ quũ duo sunt, quorũ vnus denegat actionem, alius vero concedit, inspicimus qualitatẽ concessiuam, non aũt negatiuam. Vnde secundo nota. quod qñ duæ sunt qualitates, quarũ vna nocet, altera prodest, inspicimus proficientẽ, non aũt nocentem. De quo vt plene per Bar ff. de donat l. si vxor. & de ea gl. plene dixi. l. 3 §. vlt. j. ad Sillani. post eundem. Item no. exinde argumẽ
2 tum, †quod priuilegium concessum exercentibus vnum actũ intelligitur etiam concessum illis, qui mistim illam exercent cũ alia, licet ad illud ɔsequendũ duo tunc sint necessaria. Primum, ꝙ maiorem quantitatem sui patrimonii in negociatione illius artis conuertat, qñ si minorem, non gauderet priuilegio ipsis artificibus concesso. Ita simpl̃r dicit Bar. in l. semper. §. negociationes. alias negociatio. j. de in. mmu. Ad quod textus optimus de leg. 3. l. legatis §. si vnus. & quod habetur. s̃. de sta. hom. l. quæritur. & de leg. i. l. Titia textores fin, quod artem illam exerceat per se. non autem per substitutum, vt alias dixi. Pro quo vide Bar. in rubrica. C. de nauicul. lib. xi. Item secundo tex. induco per Cano. quod in odiosis (vt h. c est casus) appellatione simplicium veniunt etiam mista, quoniam appellatione mercatoris vel alterius qui vehit, venit etiã nauta vel mercator, quod perpetuo commenda memoriæ, quia habent idem indultum quod multum nota pro Canonistis contra opinionem Doctorum cõtra decidentium in l. 2. j. de ver. obli. Infero etiam tertio, quod mistum exercitium duobus artibus sub priuilegio, cuilibet ex ipsis cõcesso venit. Quid tñ si quis hunc mistum artificem voluerit cõuenire, coram quo ex artificibus, seu cosulibus harum artium conueniet: Dic in spiciendum artem, occasione cuius vult conuenire, quia si occasione alterius coram consule istius, secũdum Bal. C. de cõstitu. pecu. l. 2. pro quo tñ solitus sum allegare notabilem casum. j. de tribut. l. procuratoris. §. si plures. No. in §. hac autem. casum notabilem, quod vbi ex culpa mea obligor ob damnũ ab alio datum, ab oblõne non liberor, etiam si damnum dans
3 decesserit. No. ex eodem, † quod culpa ascribitur ei, qui nocentes atq; iniquos ad sui facultatem elegerit non aliter personarum qualitatem inquirens. Vnde semper allegamus, malam electionem culpæ ascribi. Ad idem j. de minoub. l. cum mandato. No. in fine eiusdem, pulchrum argumentum, venia dignum fore eum, qui sibi perpetuo familiares ad dignitatem curialis promouent, posito ꝙ immeritos.

De iudicijs. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis prorogatio voluntarijs inducitur, non coactis.*
2 *Iudex an possit co. ere partes ad coram se litigandum, & quid metus in iudicijs operetur, & quid error.*

LEX I. & II.

SI se subiiciant. Iudicis prorogatio ex communi consensu inducitur, volũtario quidem, nõ coacto ac erroneo. Et efficax inducitur prorogatio ex solo litigantiũ consensu. posito quod ius dicentis consensus interuenerit, & coram eodem iure valido litigatur, etiã si prorogationem in se factam ignorauerit, putans ex sua propria iurisdõne posse procedere. Item ips iurisdictioni iudicis delegati adiectum per partes efficaciter ꝓrogatur, nisi specialiter hoc princeps inhibuerit. h.d. vsq; ad § legatis. l 2. No. ex
1 l. i. ibi, inter consentientes. †quod super consentientes tm̃ consensus tribuit potestatem. Vnde sequitur, quod nõ super alios necessarios ad iudicium. s. super testes, vt compellantur testificari, & super tabelliones, vt instrumẽta edãt, & sic de singulis. Et ita recte intuenti vult gl. ord. de foro comp. in 6. No. in l. cõsensisse. nulliter omnia fieri coram iudice, qui per errorẽ aditus est. Ad idem. j. de appel l. j. §. si quis autem. j. de appel. recipiend. l. ei. §. si quis autem. s̃. de iurisdict. om. iu. l. si per errorẽ.
2 No. in ver. aut si cum restitisset. †quod metus, aut compulsio illata, vt quis coram certo iudice litiget per ipsummet iudicẽ, ipsum reddit ipso iure nullum. Quod intellige, quando compelleretur litigare per iudicẽ non suum coram eodem, secus si per eum, qui suus iudex verus est, & super eum iurisdictionẽ habet, quoniam tunc non est ipso iure nullum, sed metus exceptione rescindi oportet. Gl. est singularis & peregrina hanc literam ita declarans in l. interdum. ff. quod falso tuto. autho. & illam tene menti, licet eiusdem sententiæ fuerit Cy. in aliquibus lecturis. & Guli de Cu. ante eum in l. j. in auth. offerat. C. de lit. contest. illam tñ gl. non habentes in memoriam. No. in eadem l. conuenire. versi. deinde si priuati. tex. singularem decidentem punctualiter dubitationem Inno. & aliorum in ca. cum ex officij. extra, de præscrip. de qua ad plenum dixi in d. l. si per errorem. quod valet processus & sententia iudicis, qui procedit ex capite inualido, cum putet se ex lege illa posse procedere, & omittit caput illud executioni veritate iuris valido procedere poterat. No. in §. si & iudex. quod licet prorogari non possit tempus instantiæ præfixum coram quocunq; rl̃r litigetur, & notatur. C. de iudi. l. properandum. nihilomin' prorogari potest per delegantem præfixum delegati iudicis. Ad idem extra, de officio dele. c de causis. & vocatur hoc de tempore ad tempus. De quo dic, vt plene dixi. s̃. de iurisdictio. omnium iud. l. vltima.

SVMMARIVM.

1 *Legatus non conuenitur in loco legationis durante legationis officio.*
2 *Pietatis. vel religionis causa absens non conuenitur in loco peregrinationis.*
3 *Iudicio parens vna de causa non cogitur respondere de alia.*
4 *Constitutio generaliter cassans quecunque priuilegia qualiter sit intelligenda.*

§. Legatis Legatus pro eo, quod ante legationem contraxit, non cogitur officio legationis durante in loco legationis respondere Item existentes in iudicio pro vna causa non tenentur respondere pro alia. Et si dubitatur, an quis habeat ius declinandi iudicium mulctãdi habent potestatem, quibus publice iudicium est. h. d vsq; ad fin.
1 †No. in §. legatis. quod licet Roma sit communis patria, vt l. Roma. j. ad munici. quod tñ an hodie procedat, dic, vt per do. Anto. in c. vltimo. de foro. comp. nihilominus legati ibidem existente conueniri non possunt, & hoc ne contingat legationis exercitium impediri. No. in ver. ei quoque. textum hic notabiliter probantem, quod in cã apploñis non habet locum reconuentio, & ad istum allegat Inn. in c. j. de mut. petitio. de quo dic, vt j. plene in auth. & ɔnter. C. de sen. Item no. in ea gl. super verbo, venerit. quod pater accedens ad videndum filiũ alibi manentem studiorum causa, non potest ibidem aliquo modo pro tunc vexari, & sic nec consequenter pro represalijs capi. posito quod alias si ex hac causa venisset iusta esset vexatio seu captio, & ita etiam dicimus de legatis seu oratoribus. & pro represalijs sil̃r capi non possint, per l. sancitum. s̃. de re-
2 rum diui. & l. vltima. j. de lega. Idem etiam in † peregrinante religionis causa, vt in auth. omnes peregrini. C. cõmu. de suc. Idem etiam in eo, qui in ciuitate, per quam transit, soluit passagia. qñ & ibidem de iure pro represaliis capi non potest, vt simpl̃r voluit dominus Bal in c. j. qui sint legit. in vsibus feud.
3 licet de consuetudine non seruetur. †No. in ver. nam & diuus. & seq. regulam, ad quam semper allegamus, quod vocati ad iudicium pro vna cã, non coguntur ibidem respondere pro alia. de quo dic, vt plene dixi s̃. de in ius vocan. l. j. Nota in
4 ver. omnes autem isti. glos. super ver. compelluntur. † ordinariam & notabilem, ꝙ lex seu constitutio generaliter cassans priuilegia quæcunque, intelligitur ea solum cassare, quæ extra ius commune conclusa sunt, non autem ea, quæ in corpore iuris sunt inclusa, cum qua concordat alia in authẽ. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oport. licet quidam dicant istam non esse alibi. Nota in ver. sed si agant. ꝙ non potest quis per indirectum suo priuilegio defraudari. Ad idem extra, de priuileg. c. quanto. Item nota ex eodem, ꝙ ex delicto aduersarii non debet pars, quod sibi commodum est, amittere. Inde est argumentum, quod si ego contra te non habeo, nisi vnum testem, & tu illum verberas, ad hoc, vt occasione inimicitiæ inter te & illum exorte possis illum a testimonio repellere mihi non præiudicatur, quo minus eum testem producere possim, cum ex tuo delicto mihi non debeat iniqua afferri conditio. Et hoc est quod dixit Barto. per hunc text. j. de quæstionib. l. j. §. cum quis. & Bald. in l. sed & si quis. §. i. s̃. si quis cautio. Nota in §. plane. quod finita causa priuilegii finitum est etiam priuilegium. Ad idem de legatis ij. l. Titia. §. vsuras, cum similibus. Nota in ver. sed & si dubitetur. quod in potestate iudicis est de exceptione declinatoria, seu in competentiæ, & regulariter cognoscere, & a primordio dum opponitur, de quo dic, vt in l. ij. §. si quis in ius voca. non ierit. & quod ibi plene dicam, Nota in eadem glos. interlinearem super verbo, statuere. quod sufficit de exceptione ipsa incompetentiæ cognoscere absque eo, quod vlterius super ea pronuncietur, quoniam per processum ad vlteriora, videtur tacite pronunciatum super ea, prout. j. plene dicam in dicta l. ij. Nota ex eodem, quod habens ius reuocandi dum cauere

debet

debet de iudicio sisti in patria ꝑpria.No.in ead. gl. super ver. sola promissione.quod qñcunq; lex mandat cautionem , vel promissionẽ debere præstari,nihilominus nõ sufficit simpliciter cauere,sed debet caueri cũ pœna.s.pęna promitti eo casu, quo cautum nõ obseruaretur,qđ dic,vt plene dicã in l.ij.& iij. ꝟ.qui satisd.cog.No.in ver.in omnibus.regulam, ad quã communiter istum allegamus,ꝙ impedito agere non currit pscriptio,vel si currit,sine effectu currit,quod dic,vt plene notatur. ꝟ.de offi.præsi.l.si forte.& l.j.& ii.C.de anna.excep.

SVMMARIVM.

1 *Exceptionem habens legitimam non censetur,etiam coram iudice comparens, litigare.*
2 *Lis an inter patrem & filium sit admittenda.*
3 *Ratione contractus forum sortiri qualiter intelligatur.*
4 *Iudicij instantia annullari dicitur,quando ad eum casum deuenit,a quo incipere non possit.*
5 *Edictum de iudicijs prohibitorium est,nec cuilibet datur iudicandi facultas.*

LEX ij. vsque xii.

Non videtur. Contra eum , qui habet exceptionem declinatoriam, ſm decretum interponi non potest.Et inter patrem & filium lis esse nõ potest,nisi ex castrensi peculio.Itẽ quilibet tenetur comparere corã iudice,a quo vocatur, suum allegaturus priuilegium , aut ius sibi competens , secus si non potest esse iudex.Item citatio iurisdictionem perpetuat, & is a lite desistere dr̃,qui in totum renunciat,non autem illi, qui prosequi debet.Item illi delegatos habere possunt, quib. hoc a legis constitutione,vel Senatusconsulto concessum est.Multi tamen sunt,qui iudices esse non possunt . h. d. vsque ad l.in
1 tribus.†No.in l.non videtur.ꝙ non cẽsetur latitare is,qui potest exceptione lgitima se tueri,casu quo coram iudice com-
2 pareret.No.in l.lis nulla. regulam,† ꝙ inter patrem & filiũ lis esse non potest,& fallentiæ dantur in tex. & gl. quod intellige verum de iure ciuili,de iure vero canonico in omni casu mũdi filius de patre apud iudicem potest cõqueri.Et no. gl.2.q.2. in c.quæritur.& in c.si annum.in gl.pen.de iud.lib.vj.Sed pulchra est quæstio,an saltem ex iure cesso filius agere possit contra patrem,vel econtra in tali casu lis inter eos esse possit , in quo recurratur ad no.gl.ordi.s.ad vnam in l.actiones.ꝟ.de act. & obli.aliam in l.si pater.§.qui debitore.ꝟ.de iure dot. Aliam in l.j.C.de obs.pat.præ.No.rñ vbi ex castrensi peculio filius patrem conuenit,necessaria est venia.& idem vbi filius ꝯ patrẽ iudicis officium postularet, vt no.gl.ord.in l.cogi. §.si pater filiæ.ꝟ.ad Treb. No. in l.si quis ex aliena. ꝙ regulariter vocatus a iudice comparere debet . vt suũ alleget priuilegium,seu ius ad quod suam iurisdictionem determinet.Eo etenim ipso, ꝙ citatio iudicis apprehendit citatum vt iudicis territorio, fundata cẽsetur ipsius iudicis iurisdictio. Ita dicit simpliciter Inn. extra de app.c.Romana.lib.vj .Et adde ad l.ij. ꝟ. si quis in ius voca.Et etiam adde etiam gl.in illa materia.No.ibi, c.cum in multis.in ver.quorum.& in c.dispendia.in ver.nõ valere processum.de rescrip.lib.vj. No. ꝙ sola iudicis citatio inducit iurisdictionis pronunciationem. Ad idem extra de foro compe. c.proposuisti.No.ꝙ citatus,posito quod post illam alterius fori efficiatur , iurisdictionem propterea iudicis non euitet . De ambobus dic,vt plene dixi in l.cum quædam puella . ꝟ.de iu-
3 risd.om.iud.No.in l.si quis in legatione. quod † ratione contractus quis forum sortiatur, vt in l.hæres absens. cum simi.ꝟ. de iud.& l. ij.§.legatis.ꝟ.eo.& in l.eum qui.§.j. ꝟ.de consti. pec. & in c.licet.& in c.Romana.§.contrahentes . de foro compe. in antiquis,& in vj.nihilominus ratione confirmationis contractus non inducitur sortitio fori hic,& perpetuo tene menti hunc tex.quia nescio alibi.No.in l.destitisse.ver.plane.casum solẽnem,ꝙ si quis bona fide litem a principio instituerit,postmodum consilio de non suo iure,a lite desistat renunciando, condemnationem expensarum,& calumnię euitat. Ignoscendum est enim ei,cum in principio iusta forte causam habuerit litigandi,ignorans forte aduersarij iura . Nota in l.si a me.
4 †solui atque annullari instantiam iudicij,quando ad eum casum deuenit,a quo incipere non possit, quod tamen declara, vt no.ꝟ.eod.l.si quis postea . Intellige enim,ꝙ soluitur quo ad ipsas partes.Et hic est casus notabilis , non autem in præiudicium iudicis,vt in d.l.si quis postea.ꝟ.eo.No. in l.cum prætor.
5 edictum † de iudi.esse prohibitorium . Et consequenter vnusquisq; , qui non prohibetur iudex esse,intelligitur permissus. No.in §.non autem omnes.ꝙ quidam prohibentur esse iudices respectu naturæ,quidam vero respectu accidẽtis.Cum vero respectu naturæ quis iudex esse impeditur,etiam si pars exceptionem defectus non opponat,nullum est iudicium,secus autem in secundo casu,quia parte etiam opponẽte iudicium validum est.Inno.in c.sciscitatus.de rescrip,

SVMMARIVM.

1 *Actoris vice fungi dicitur,qui prius ad iudicium vocat,& hoc in duplici' us iudicijs.*
2 *Differentia est inter sn̄tam ferre ex imperitia,& ferre ex fraude,siue dolo .*
3 *Index male iudicando,an faciat litẽ suam,& quid de arbitro, & arbitratore, & de iniquo executore,& similibus iniquè acta iudicialia exercentibus.*
4 *Actio contra iudicem ratione sui iudicij orta,an transeat in hæredem.*
5 *Mora ex parte iudicis,an inducat facultatem mutandi iudicium.*

LEX xiij. vsque xviij.

IN tribus. Ille vtroque ad causam vocantẽ actor dicitur,qui per prius ad iudicium vocauit,sed cum ambo vocant eodem tpe sorte dirimendũ est quis actor, vel reus censeri debeat.Et filiusfamilias iudex,si litem suam fecerit,tenetur quatenus est in peculio,quod locum habet, qñ per imprudẽtiam iniuste iudicauit.Sinautem dolo ad veram litis æstimationẽ soluendam cogitur.Et cum iudex vni ex litigantibus succedit, ille vt suspectus recusatur,& alius ad cognitionem assumitur. Et vbi impedimẽtũ iudicis de causa cognoscere debentis longo tpe est duraturum , iuri dicendo iudex alius postulatur. Et filius absente patre tunc causam agitare potest, cũ pater aliũ suo nomine procuratorẽ ad agendum non immiserit , vel cũ patris longęua expectatio prçiudicium aliqđ generare posset.
1 h.d.ad l.hæres.† No.in l.in tribus . quod in duplicibus iudicijs ille actoris vice fungitur,qui prius ad iudicium vocat . Ad idẽ extra de proba.c.ex literis. No.in l.sed cũ ambo. ꝙ vbi ad vnũ & idem est concursus eorum,qui sunt qualitate & similitudine pares,ipse iudicio sortis deciditur , quod declara , vt plene no.in gl.ord.l.ii.C.vti possi.& l.si.C.cõia de leg.& Insti. de leg. §.optionis.& l.huius.in fi.de leg.j.& in cle.duobus. de rescrip. lib.vj.& hoc est quod dicimus,ꝙ cum discordia est in electione partium factarum,& diuisione rerum communium , ipsa eadem iudicio sortis est decidenda, vt est tex.in l.ij. C.quan. & qui.quar. pars deb.lib.x.licet quidam imperiti dixerũt minori,quod reprobat Bar. C.de his qui def. l.j. lib.x. Et vide ad idẽ Bal.C.de sacrosan.eccl.l.iubemus.Et Canoñ. de paro. c.i. Sed dubium est,quid si sortis iudicio enormis lęsio contingat,puta,quia ista mihi dedit partem,alteri inæqualitate magna, an ab ista sortis sententia possit appellari.Bar.in d.l.si.C.commu. de leg.dixit,ꝙ non ſm l.maioribus.C.commu. vtr. iud. p illũ tex.dixit simpliciter,ꝙ potest peti a iudice in melius reforma-
2 ri.†No.in l.filiusfamilias. in quo differant sententiam ferri ex imperitia iniustam,aut ex fraude,siue dolo, in hoc. s. quando
3 iudex tunc facit litẽ suam,† De quo dic,vt plene habetur Insti. de obli.quæ ex quasi delic.in prin.& in l.ex maleficijs.§.iudex. ꝟ.de act.& obli.& in l.si iudex.ꝟ.de var.& extraor.cog. An arbiter male iudicando faciat litẽ suam,dic,vt tex.l.si quis in conscribendo.C.de pac & vt no.glo.in d.Instit. de obliga. quæ ex quasi delic.in prin.& per do.Bal.C.de arbi.auth.decernimus. Item an arbitrator iniuste arbitrãdo faciat litem suam, & qñ. dic,vt per Bar.in d.l.si iudex.qui ad hoc allegat l.ii.ꝟ.proxen.& in l.j.si mens.fal.modu.Dicit tamẽ ꝙ hoc dubium ab alio nõ fuerit tactum , de quo multũ miror , quia hic fuit formaliter quæstio gl.ord.in l.j.C.de contrah.emp.Item executor sententiæ iniquæ,an exequendo faciat litem suam.dic, vt est tex. in l 3.§.si executor.ꝟ.de neg gest.& in l.si pignora.ꝟ.de euic. Item quid in tabellione iniquè hoc est defectuose acta iudicij, seu instrã scribente.dic,vt in l. vlti. C.de magistra. conue. qui tex. secundum Bar.ibi,non est alibi, tu adde cõlocum in l.fi.in fi.
4 ꝟ.si mens.fal.mod.†No.in l.Iulianus,in hæredem iudicis non transire quo aduersus iudicem competentem ex iniqua sñia opponitur.Vnde est notandum , ꝙ licet iudex ad sindicatum stare teneatur,non tamen eius hæres. Hoc declara per d. Ang, & ibi ego dixi in l.4.in fi.ꝟ.de dam.inse.No.in l.si aliter. quod successio nõdum in totum,sed in parte per iudicem facta vni ex litigantibus eundem reddit in totali causa suspectum , nec est mirum, cum etiam & consuetudo causæ in iudice suspicionem inducat,atque etiam in teste, vt primum patet extra
5 de iud.c.eam quæ.el ij.†No.in l.si longius . quod vbi expectatio iudicis absentis longam dilationem induceret, aut morã, ibi iuste alius petitur eius loco subrogari, secus vero si expectatio foret breuis.l.prætor.§.si post causam.ꝟ.de vac.& exc.mun. No.in §.si filius.casũm singularem secundum primam lectu. glo.in ver.competit.quod id quod dicitur, ꝙ coniuncta persona, sicut filius & alij intelliguntur habere mandatum tacitũ a lege ad agendum pro alia coniuncta , vt l. sed & hæres. de procurato.& in l.exigendi. C.eod. titu. & in c.nonnulli. extra de rescrip.lib. vj.limitatur,nisi persona coniuncta pro ea procuratorem constituerit ad agendum , quia tunc tacite intelligitur prohibuisse cuicunque suo coniuncto , ne actionem in iudicium deducat.Et licet de hoc in l maritus.C.de procurat. anno præterito allegauerim Spec.& tex.in argumẽ.in l.Pomponius.in fi.ꝟ.de procurato.& rationem communem,scilicet quòd prouisio hominis derogat prouisioni legis, in l. vltima, C.de pac.conuen.nihilominus hic colligo casum pulchrum & peregrinum.Nota in eodem.§.si filius.quod filius in patria

potestate constitutus absente patre sine eius consensu iudicium legitime constituit.ad idem j.si cert.pe.l.cum filiusfamilias viaticum.s.de procur. Nota ex eodem, in fine, & semper allegamus, quod vtilitas non diminui, sed augeri debet propter dignitatem acquisitam. & concordantiæ sunt in gl. Vltimo no.glo.ordinariam in hoc §. in versic. per dignitatem. ad duo. Primum,an pater possit dare licentiam filio in quibuscunque causis,an vero requiratur specialis in quolibet.Secundo an monachus,vel canonicus regulariter absente abbate si ne eiusdem consensu possit iudicium constituere. Ad dicta s. in l.filiusfamilias.adde quod in Doctore, vel aduocato inique consulente clientulo seu alteri,an teneatur &c.Dic,per Speculatorem in titulo,de re qui consi.§.i. versicu. consiliarij. & per glossam ordinariam in c.j.de confessis.libro vj. & Dy. in cap. nullus ex consilio.de regulis iur. eodem libro, & Barto.in l.ij. in fine.infra,mandati.Et textum habes notabilem, quod inique consulens ad interesse tenetur,si dolo cōsuluerit.l.idemq;. §.si quis ca.infra,mandati.

SVMMARIVM.

1 *Hæres sequitur forum defuncti,& an eodem gaudeat priuilegio.*
2 *Vagabundus quis dicatur,& vbi debeat conueniri,vel citari.*

LEX XIX.

Haeres absens. Hæres sequitur forū defūcti,nec ipse gaudet priuilegio. & ratione contractus vel quasi contractus tam per se, q̄ per procuratorem celebrati sortitur quis in loco eorundem forum,posito quod ibidem habeat domicilium,nisi quis vt viator,vel statim recessurus contraxerit. Item in loco determinato solennius forum quis sortitur ratione etiam delicti.hoc dicit vsque ad l.omnem. 1 † Nota in princip.legis, quod priuilegiatus succedens non priuilegiato non vtitur priuilegio proprio, sed habet vti priuato iure defuncti, quod declarāt plenissime Cy.& alij post eum. C. de sacrosan. eccl.auth.quas actiones.No.in eo.princip.gl.ordina. in ver.excusatur. quod lex generaliter cassans priuilegia proprio iure competentia intelligitur ea cassare, quæ competunt ipsi personæ,vt singulariter consideratæ, non autem illa, quæ eidem competunt consideratę vt vni de priuilegiata vniuersitate. ad hoc illam glo.tene menti. Nota in ver. si quis tutelam. ꝙ quis in loco contractus sortitur forum,& si ibi domicilium nō habeat,aut nihil.ad idem,extra, de fo.compe.lib.vj.& vt plene dixi in l. j.s.si quis in ius voc.non ierit.idem no.gl.ordi.in verbo, debebit.quæ disputat,an de re ciuili in delictis sit locus remissioni de delinquente ad locum delicti,vt ibidem puniatur. De quo dic,vt plene nota.hic,& in §.si quis.& in l.j.in auth.qua in prouincia.C.vbi de cri.agi opor.& in l.si cui.§.fi.j. de accusa. ad istam remissionis materiam vide,quod pulcre no Bar. in l. si.§.j.j.de pub.& gl.or. in cle.pastoralis.in ver.de maiore. de re iud.Item no.ꝙ ratione contractus perdit quis priuilegium fori,& adde quod etiam priuilegium exemptionis, vt est casus in l.j.j.de priuil.lib.vj.& in c.dilecti.extra, de fo.compet. Item no.in § apud Labeonem. quod non solum sortitur quis forū in loco contractus si ibi per se contraxerit, sed etiam per procuratorem, quod est multum notabile. Et ad hoc quæstionē induco, an mandans Romæ committi delictum Florentiæ, forum sortitur ratione delicti Florentiæ. Et videtur ꝙ sic, per casum hic arguendo de mandato cōtrahendi ad mandatum delinquendi,quod est validum,per l.omnem.j.eo. Dic tamen de hoc,vt plene per Bar.j.de fideiuf.l.si vt proponitur.& in l.& si amicis. j.de adult.& do. Bal. in aliquibus lecturis in l. si pupilli.§.item quæritur.s.de neg.gest.& recte adduci potest gl.ordinaria in cle.j.vt lite pend.No.in §. illud sciendum. ꝙ si quis sortitur forum vbi solutionem destinauit, posito ꝙ alibi eandem ipsius contractus formam celebrauerit,ex eo,quia ibi cōtraxisse videtur,vbi solutio destinata est.j.de act. & obli.l.contraxisse.j.de solu.l.quæro.j.de bo.auth.iud.pos.l.iij.Intellige tamen,ꝙ ficte ibi contractus celebratus intelligitur, vbi solutio destinatur, vere autem in eo loco,vbi eius forma est obseruata.l. eum qui. §.Iuli.& ista deduco ad pulchram quæstio. Pone tu enim ex forma statuti solui debere gabellam de contractu,an tunc ibi soluitur,vbi contractus est celebratus, an vero vbi solutio est destinata,an vero vtrobique. hoc vide per Bal. in l.j.C.de contrah.emp.& in l.multum interest.C.si quis alteri vel sibi.& in l.j.C.vbi conue.qui certo loco da.promi.& Bar. 2 in l.vulgari.l.cunctos populos. † Vltimo no.glo. solennem in l.ista in ver.debebit.ad duo. Primum quis dicatur vagabundus. Secundum vbi debeat conueniri. Tertium addē,vbi debeat citari.De primo dic,vt plene dixi post Bar.in l.4.§.prætor ait j. de dam.infec.De secundo dic,vt dixi s. de in ius voc.l.sed si hoc.§.sed si per pœnam.De tertio,vt plene no. Inn. extra,de eo qui mitt.in poss.c.si aduersarius.

SVMMARIVM.

1 *Debitor debitum confitens non cogitur litigare.*
2 *Dilationem ad soluendum habens a lege,nihilominus cogitur satisdare.*
3 *Ius pendente iudicio agenti superueniens cuius effectus esse dicatur.*
4 *Contractus,ratione cuius quis forum sortitur, an eo reddat contrahentem subditum iudicis.cuius forum sortitur.*

LEX xx.xxj.xxij.xxiij.xxiiij.xxv.xxvj.& xxvij.

Omnem. Quo ad sortiri forum pari passu procedunt contractus,& delicta. Et debitori, qui conuentus confitetur se debere id,ad quod agitur, sine vlteriori processu eidem ad soluendum terminus ille statuitur, qui condemnato statuitur. & certo loco agens ibidē conueniri potest priuilegio suo non obstante.& ius superueniens actori post litis contestationem eidem non prodest, vt ex eodem processu condemnatoria sequatur sententia,sed nouo iudicio opus est.& in eos, quos legatos dicimus,vel princeps euocauerit, Romæ actio intentari non potest, nisi ex contractu, & delicto ibidem celebratis. & si quis legatus in eo loco,in quo legationis officio fungitur, hæreditatem adiuerit,eius prætextu ibidem cōueniri non potest,licet contra eundem bonorum possessio ex primo decreto decerni possit, si satisdationem de soluendis legatis siue fideicommissis non præstiterit. hoc dicit vsq; ad l. sed & si restituatur.No.in l.si debitori.secundum vnum intellectum.quod 1 † debitor,qui sibi oblato libello quod petitur confitetur vlterius ad litigandum non cogitur.ad idem j.tit.iud.solui. l.ex iudicatum.j.de procu.l.si reus paratus. Quinimo & si post litē aggredi creditor vellet,iudex ei actionem licito iure denegat. No.ex ea.ꝙ si,cum pars mihi copiam libelli obtulerit,ego nō accepto proces.iudex in me facit præceptum de soluendo,secus autem si oblato & oblatione acceptata confitear me, qđ petitur, debere, quia tunc solenni ordine iudiciario procedetur,& sententia diffinitiua ferenda. Nō autem præceptum de soluendo statim potest fieri, ita primo notabiliter limito legē istam allegans authoritatem communem gl. Et primo Cano. in c.dudum ecclesia Rothomagen.extra de elec.& in c ex parte in Christo.extra,de verb.sig.& ij.q.j.c.nos in quenq̄. Secundo iuris ciuilis gl.in l.proinde.la ij.j.ad leg. Aqui. & in l.j.C.de lit.contest.& in Authen.de exhib.re. §. suscepto. ad quorum intellectum vide,quod no.Io.An.in addi.in tit.de li. contest. §. nunc dicamus. versi.quid si reus.& do.Ant.maxime cum aliis Cano.in eo.tit.c.j.No.istam l.limito non habere locum in legato,quia ipse etiam confessus ante oblationē libelli effectualiter factā non habet præceptum de soluendo facere,cū oporteat suam iurisdictionem per prius lite contestata fundari. hic est tex.singu.in d.l.si reus paratus.in ver.præses.a sensu contrario,quem ponderat Bal.in l.consentaneum.C.quomo. & quādo iud.hinc sumpto argumēto ab eo,quod dicitur de legato. Bal.not.in l.eos.C.de excep.rei iudic.dixit istam legem etiam locum non habere in arbitro,quod multum tene menti.No. tertio in verbo, paratum. iuncto verbo ibi, modicum autem tempus &c.quod posito ꝙ quis dicat se paratum soluere,nihilominus non intelligitur renūciare dilationi sibi a lege ad soluendum concessæ,quod notandum est summe. No.in verbo, 2 competenti cautela &c. duo. † Primum ꝙ habēs dilationem a lege sibi ad soluendum concessam satisdare compellitur de soluendo adueniente die.de quo dic,vt plene C. de precib.im pe.offer.l.vniuersa.& quod plene dicitur in l.inter omnes.qui satisd.cog.& in l.3.& in l.in omnibus.s.eo.Secundo no.gl.fin. in verbo,competenti cautela.quod quis præstare intelligitur, quod promisit facere,si cum fideiussore, vel pignore satisdet. & glo.ista reputat cautelam singularem,& non esse alibi. & adde ad dictam l.j s.qui satisd.cog.No. vltimo,ꝙ tempus iudicatis datum cōceditur etiam & confessis.ad cuius declarationem vide l.certum.iu fi. j. de confess. An autem sit verum de confesso coram arbitratore,in quem tanquam confessum arbitrator præceptum de soluendo facit.Do.Bal.in d.l.eos.dixit, ꝙ non in arbitramentum magis sit contractus,q̄ sententia.vnde habet tunc terminum,qui datur ad soluendū promittentibus pet ꝯctum soluere,termino nō adiecto.quis autem sit ille terminus,& quantus.dic,vt l.promissor Stichi,§.j.j.de consti.pec. l.quod dicimus.j.de sol.& l.eum qui calēdis.§.quoties. de ver. obli.Vlterius an præceptum,ꝙ est concessum de soluendo,requirat scripturam tanquam diffinitiua sententia,vel non,& videtur propter omissam scripturam tanquam sententia interlocutoria,dic vt in c.quoniam contra.in gl. extra de prob.& c. fi.de re iud.in vj.Do.de Ro.in decis. 2210. tenuerunt scripturā non requirere rationem.ibi vide. & ad huius legis declarationem vide in deci.207.231.& 273.Item an hoc præceptum possit fieri die feriata.Iac.de Are.solus conclusit regulariter ꝙ sic. l.a procedente.C.de dilatio.quia non requirit causæ cognitionem,quod tene menti.Vltimo vide Bar.in l.j.& l.non fatetur. j.de confess.& plene no.in l.vnica.C.eo.tit.& do. Bal. in l.eos. C.de exceptio.rei iudi.& C.de iuris & fa.ignoran.l.error.Item an hoc præceptum de soluendo sit sententia interlocutoria, diffinitiua,vel tertia species.dic,vt per glossam ordin.in l.sancimus.C.de administratio.tuto.Item an ex ea oriatur actio.dic, ꝙ sic,

quod sic vt no.gl. ord.C. de bonis quæ lib. l. cum non solum. §.necessitatem. Et adde, quod licet ista l.quo ad statutionem termini non habet locum in præcepto arbitratoris vt iudex, nihilominus habet locũ in præcepto arbitri, posito ꝙ male diceret Bar. vt s. retuli concludens hanc l. in prima particula in arbitro locum non habere. Textus est notabilis in l.si cum dies.§.inter quartum.iuncta gl.s.de arb.†No.in l.non pōt videri.id quod cōiter allegatur, s.quod ea, quæ de nouo emergunt,nouo indigent auxilio. Facit ad idem extra,de iuramen. calum.c.certum.j.de interrogato.actio.l.de ætate.§.ex cā.No. secundo,quod ius superueniens actori pēdente iudicio,illud idem a principio inualidum,non conualidat,imo opus est nouo processu sñia ferri, cuius dicti longa est examinatio. Et iō de illo vide,vt plene notant Cano.in c.abbate sane.de re iudi. lib.6. Legistæ hic & in l.si rem.§. vltimo.j. de pig.act.& in l.si mandauero.la piccola.j.man.Et per Bar.in l.in eadem.§.actiones.j.de excep.rei iud.Vnum tñ scias,ꝙ licet multi sunt casus, in quibus ius superueniens actori pendente iudicio coram iudice ordinario recōualidat iudicium,adeo vt ex eodem sequi possit sñia valida,non autem illo casu reconualidat corā iudice delegato. Ita scripsit Bald. in l.præscriptione.C. si ꝯ ius vel vtil.publ.allegans ad hoc c.vlti.extra,de rescrip.Et si dicas,hoc est ꝯ casum d.c.abbate sane,loquentem in delegaro.Rñdeo, ꝙ Bal. intellexit de delegato ab inferiori a principe, prout loquitur d.c.quia tunc ita est in eo, prout in ordinario, cum sit potentior eodem in cā sibi commissa, vt in c.sane.extra de officio delega.Vnum etiam dico, quod ius superueniens corā arbitro reconualidat iudiciũ coram eo a principio inualidũ, vt ex eodē sñia ferri possit.Casum habes solennem.s. de arbi. l.de his.Quid autem econtra,s. si a principio litis ius validum consistebat in actore, lite autem pendente illud in eodem desecerit,an sñia condemnatoria sequi possit?Dic,vt plene notat Cy.& Bal.C.de aliena.iudi.l.vnica.& j.de rei vendi.l.si post acceptum. vbi est textus notabilis in l.non alius. quod ratione contractus, seu delicti quis forum sortitur eo in loco, in quo non alias sortiretur. de quo dic, vt in l. hæres absens, & in l. 4 omnem.s.eodem. Duo adde ad ibi dicta. † Primo quod,qui alias non est subditus, certo loco forum sortitur ratione contractus,vel delicti,nihilominus statutum mentionem faciens de subditis iudicis, huiusmodi forum sortitos ratione ꝯctus, vel delicti non compræhenderet. Glo.est, quæ alibi non est,q̃ in clementina j.in verbo, subditorum.de fo. cōp. quam tene menti.Secūdo no.gl.ibi in verbo,debebit.quæ quærit de scolari,an forum sortiatur in loco studii?Cui adde qōnem,an ibi ꝯhat domicilium,dic vt plene no.rex.in l. 2. C. de incol.lib.x. Ad cuius declarationem vide Bart. referentem do. Spec.in l. lex Cornelia. j. de iniuriis. No.in eodem ibi,cum ex præsenti pos. &c. quod rei vendicatio, quæ competit ad diem restitui, continuo renascitur vel contumacem habet natiuitatem,qa semper ex præsenti possessione competit. Vnde inducitur ad quæstionem,an cum video viatorem transeuntē cum mobili re mea,ibidem eum conuenire possim quasi rōne rei, cuius possessionem ibidem pro præsenti habet,forũ in loco sortiatur.Dic vt plene notat gl.& Doctores.C.vbi in rem actio.l.vltima.No. in l.de eo.iuncta l. sequenti. quod & licet quis non patiatur processum ordinarium, nihilominus etiam inuitus patitur processum,per quem immissio in possessionem ex primo decreto venit concedenda.

SVMMARIVM.

1 *Hæres & fideicommissarius in quibus æquiparentur.*
2 *Beneficium personale non transit in successorem.*
3 *Iudicium ibi finem accipit,vbi cœptum est,limitatur multis casibus.*

LEX xxviij.xxix.xxx.xxxj.xxxij.xxxiij.xxxiiij.

Sed & si restituatur. Per factam restitutionem hæreditatis nō perdit legatus fori priuilegium,quod quidem cum sit personale,in habētem ab eo causam non transfertur.Et si quis nō cogitur iudicium pati, nec etiam cogi ad iurandum poterit. Et ratione desideratæ celeritatis,vel imminentis necessitatis, aut periculi quis conuentus fori priuilegio vti non potest. Et eam natus ventre existente pleno non nisi pro quarta parte hr̃ditatem petere potest.Et q prior iudicem adiuit, prior etiā esse debet in act.causę succesiuę celebrandum.Ibi autem iudicium finem accipit, vbi initium assumpsit.Et instātia per defunctum inchoata in plures transit hæredes pro hæreditarijs portionibus,quamobre vnꝰ ex his alio inuito actionē integram, seu insolidū prosequi nō pōt.Et tempora præfixa iudici & procedenti intelliguntur repetita ī alio in eius locum subrogato,nec per petitionē copiæ libelli vr̃,quis in iudicem als non suum consensisse. Et hæres ibi prosequi debet instantiā per defunctū inchoatam, vbi defunctus ple incępit h.d.vsq; ad l.non quemadmodum.† No. 1 in l.sed & si restituatur.ibi, perinde aūt habendum &c.hr̄dē & fideicommissarium æquiparari,nec mirum,quia ipse hr̄dis 2 vicem tenet.j. quod cū eo.l.si filius.No.in ver.si legatus.† personale bñficium in successorem non transire, de quo dic,vt plene in l.quia personale.j.sol.mat.& in regu.iur.beneficium. alias priuilegium.lib.6.in verbo,adierit.gl.s̃m omnes singula rem,quod de implorante iudicis officium potest fieri reconuentio,est tñ falsum,quia contra casum l.§. vltimo.s. de var. & extraordi.cog.Ad cuius tñ declarationem vide gl.in clem. sæpe.in verbo,voluerit.de ver.sig.& qđ plene notatur in auth. & consequenter.C.de sent.& in c.j.de mu.petitio.No.in §. ex quibus.quod prohibitio vnius excludit prohibitionē alterius sibi similis.No.in §.ædium.quod priuilegiū concessum excludit,vbi celeritas suadet, vel necessitas vrget,vñ ex iusta cā aufertur priuilegium.extra,de deci. c.suggestum. rr̃ tñ firmum & perpetuum remanere debet,vt in regula iuris, decet. lib.6. No.ex eodem in ver.& si dies. duo.Primum ꝙ qui iudicium nō obstante suo priuilegio occasionem imminentis periculi agere cogitur,intantum subire tenetur, inquantum periculū illud euitatur,& non plus.Secūdo ꝙ iudiciū rōne imminētis periculi inceptum apud vnum,apud quem rr̃ incipi nō dēt, finem accipere potest apud iudicem alium. No in §.si pater. quod apud rerum naturam oīa certa sunt,licet apud hominē incerta. No.secūdo,iam natum non nisi pro quarta parte hr̄ditatem adire, ventre vetāte.Ad cuius tñ declarationē plene vide l.antiqui. cum ibi plene notatis. si pars hæreditatis peta. l.si pater.j. de solu.l.cum quidam.§.quod dr̃.vsq; ad finem.& l.ventre.j. de acqui. hære. No.in l. qui prior. quod in iudiciis prior inchoatione potior est in processu.quā regulam declarat c.cum dilectus.extra, de ordin.cog. Secundo no.glo. or.in ista l.ibi,dū dicit ꝙ vna charta.&c.quod in vna eadē q; charta plures diuersæq; sñiæ scribi possunt, sicut & in eadē plures diuersisq; ꝯctus,vt in l.eo quod a multis.C.si cer.pet. No.in l.vbi 3 cęptum. regulā,†quod vbi cęptum est iudicium,ibi finem accipit. Hanc tñ limita,nisi litigator apud eum iudicem, apud quem iudicium assumptum est, contumax existat, quia tunc coram alio iudice trahi poterit, & opponit præsentis l.exceptionē. Ita dicit solennis Bar.j. de sepul.viol.l. sepulchrum.qđ tñ discute,vt plene ponit Ang.& ibi dixi post eam in l.quis.j. de dam.infe.Et ad idem vide quod notat Cy. C. de iudicijs.l. nulli.Secundo limita, nisi apud primum inceptum fuerit iudicium ratione imminentis necessitatis seu periculi, quia tūc apud alium finem accipere potest, vt est casus s. eo.l.sed & si restituatur.§.ędium Tertio limita, nisi iudex,apud quē īchoatum est, se absentem fecerit, aut infirmus sit,quia tunc apud alium collegam vel subrogatum finem accipere potest.Casus est in l.si longius s.de offi.consu.l.j.de offi dele.c.cum plures. lib.6.Quarto nisi is,qui apud quem est inchoatum.testificari debeat in ipsa causa,in qua apud eum non est assumptum iudicium,quia tunc ipse ab officio iudicandi remouetur ab alio subrogato,vt est casus in c.dilecto.extra de testi. Quinto fallit in cā hæresis, in qua quidem iudicium est apud inquisitorem hæreticę prauitatis inchoatū,vel apud epm,vel apud ambos, quia tunc accipere dēt coniunctum, apud quem terminabit, non aūt solum apud illum,apud quem est inchoatum.Casus est pro hoc de hæretic.lib.6.& in cle.j.e. ti. Vltimo limita s̃m do.Bal.in c.j.§.ad hoc.de pa.iuramen.firma.in vsib.feud.No. in l.si iudex.quod ipa ad cognitionem atq; terminationem p̄fixa vni iudici intelliguntur tacite repetita in subrogato sibi, quod declara s̃m quod plene notat litera in l. properandum. §.sin aūt.in medio.C.de iudi.No.in l.non vr̃.quod non inducitur consensus iurisdōnis prorogatiuus in iudicem ex sola petitione oblati libelli, & l.ista in hoc est alibi de iure,sed similē habet in auth.offeratur.C. de li.contesta.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium conditionaliter institui non potest. sicut nec compromissum,nec super futuris.& quid de particularibus iudicij.*
2 *Quæstione possessionis & proprietatis orta prius de possessione,quam proprietate cognoscetur.*
3 *Res legata vbi,quando,& qualiter sit soluenda.*
4 *Iurisdictio potest absenti,& ignoranti acquiri.*

LEX xxxv.xxxvj.xxxvij.xxxviij.xxxix.

Non quemadmodum. Quamuis obligatio possit esse in pendenti & fideiussor obłoni futuræ accedere, tñ nō ita pōt esse iudicium.Et dilatio ex iusta cā petita concedi dēt, & ꝯñter suspendi iudicium. Et rōne quasi ꝯctus alibi celebrati perdit quis priuilegiū fori. Item ꝯcurrēte possessorio & petitorio prius terminanda est qō possessionis,q̃ proprietatis, & quod legatur, ibi peti dēt, vbi hæc lex mādat. Item iurisdictio ignoranti acquiritur,sed eius exercitium scienti,& rōne ꝯctus perdit quis priuilegium.h.d.vsq; ad l.non quicquid. No. primo in l.non quemadmodum.iudi 1 cium †non posse cōditionaliter institui, sicut nec compromissum,vt s. de recep.arbit.l.litigatores.§.fi. No.secundo iudiciū institui nō posse super his,quæ futura sunt.Et rō est,qa tractus futuri

futuri temporis non spectat ad iudicem. ꝫ. de vsur. l. i. An autem & quando iudicium assumi possit super futuro debito,& iudex super eodem sniam ferre, magna materia est. Et iõ dic, vt plene no. Io. Andr. in c. Romana. §. caueat. de senten. excom mu. in vj. Gl. & alij extra, de sepul. c. in nostra. Plene gl. ꝫ. pro so cio. l. arbiter. & plene per Bar. in l. vbi autem non apparet. §. q sortem. ꝫ. de verbo. oblig. & per eundem in l. j. C. de sen. quæ sine certa quant. & per do. Ang. in l. j. C. de iudi. in repetitio. sua. & tex. optimus in l. j. C. de fideiuss. Hæc aũt procedunt, qñ totũ iudicium in futuro fundatur, vel condõnaliter suspenditur. Quid autem in particularibus eiusdem, puta citatione &c. an illa possit condõnaliter fieri? Dic, vt no. gl. ordi. in C. si mancip. ita fuerit alien. l. ea quidem, & in l. de pupillo. §. meminisse. ꝫ. de noui operis nunciatio, Item quid in snia, an illa possit sub condõne ferri? dic, vt in l. j. §. biduum. ꝫ. quan. app. sit. et plene notatur per gl. & alios in l. cum iudex. C. de senten. & l. a diuo Pio. §. in venditione. ꝫ. de re iudic. An autẽ possit snia ferri sub modo, habes textum no. C. de senten. l. cum eorum. No. in l. in terdum, ꝙ iuste dilationem petenti illa est concedẽda, ꝙ dic, vt. s. plene de fer. l. oratione. s. eo. l. nonnunq̃. No. ex eo. casum singularem ad declarationem. l. j. cum seq. & ibi dictis s. de in ius vocan. ꝙ sicut mors coniũctorum superueniẽs impedit iudicium inchoari, ita & pendente iudicio accidens ad petitionem litigantis illud idem ad aliquam tẽporis dilationem suspendit, ꝙ nota & tene menti. No. in l. si de vi. †& ita semper al legamus, ꝙ prius est cognoscendum de q̃stione possessionis, q̃ dñij, seu proprietatis. Et de huius plena materia dic, vt per Bar. et ibi dixi post eum in l. naturaliter. §. nihil cõe, de acqui. possessio. et per Cy. & alios in l. incerti. C. de iurisdi. & l. ordinarij. C. de rei vendi. †No. in l. ꝙ legatur. tex. magistralem, vbi res legata solui debeat atq; peti. & sic ponentem an legatarius ad hæredem ire debeat, an vero hæres ad legatariũ, vnde illã adde ad plene dicta in l. de die. ad finem. ꝫ. qui satisda. cogan. Ad illam etiam vide glo. notabilem. C. de solutionib. l. vsuras, & ꝙ notat Bar. de legatis. j. l. nemo potest. Item no. in ea. glo. ordin. quod legatarius de iure isto. ff. non solum de iure. C. per l. j. C. commu. de lega. habebat tacite obligata bona omnia hæreditaria pro satisfaciẽdo sibi legato, licet ad istam sit alia ɔ̃ria in l. is cui. §. postquã. ꝫ. vt in possessio. lega. Sed pro ista do casum notabilem, vbi est textus, quo de iure ff. legatarius habet tacite obligatam hæreditatem, in l. creditoribus. ꝫ. de separ. No. in l. cũ furiosus, ꝙ habẽs dilucida interualla iudex esse põt. No. tamen hic gl. pñi oẽs singularem, quod esse non põr arbiter, falsum tamen, per l. j. s. de arbitr. cum similib. No. in §. ibi neque enim. in adiiciendo, ꝙ †iurisdictio absenti atque ignoranti acq ri põt, supple habitu & potentia. Exercitio enim ab ea tãtum dicit quis se esse iudicem. Casus est extra, de appellationib. ca. super eo, & plene dixi post Bar. in l. absenti. ꝫ. de dona.

S V M M A R I V M.

1. *Iudex non cogitur ad id, quod lex eius commisit arbitrio.*
2. *Iudex omittens solemnia iudicialia præsumitur dolosus, similiter & notarius.*
3. *Debitor conditionalis potest cogi ad satisdandum de soluendo conditione adueniente.*
4. *Obligatio ad interesse succedens, vel subrogata in locum facti uel alterius succedentis, non sortitur naturam eiusdem quo ad forum.*
5. *Exceptio null tatis iudicij iudicium nullum reddit, & quandocunque opponi potest.*

L E X xl. vsque ad xlvij.

Non quicquid. Non cogitur iudex ea facere, quæ lex eius cõmittit arbitrio. Et ratione debiti ɔ̃ditionalis, vel in diẽ descendentis ex ɔ̃ctu bonę fidei potest quis cogi ad interponendam cautionẽ. Et obligatio ad interesse, q̃ descẽdit ab obligatione facti, potest deduci ad iudicium vbicunq;, si iudicium ɔ̃ plures est inchoatum, potest respectu vnius terminari, & respectu alterius differri. Et in quacunq; parte iudicij detegitur, quẽ esse procuratorẽ eius, qui in iudicio esse non põt, & iudicium totaliter est nullũ, & snia lata per iudicem alterius. Item furor superueniẽs nõ inducit iurisdictionis sublationem, sed bene iudicis personalẽ adiunctionem. Et de honestate est, vt is iudex non detur in delegatũ, quẽ pars altera postulauit, nisi ad verecũdiam petiti iudicis respectus habeatur. Magistratus aũt durante officio nec agere, nec conueniri pñt. h. d. vsq; ad. l. venditor. †No. in l. non quicquid. non cogi iudicẽ ad partis petitionem agere, ꝙ lex eius tribuit potestati, & licet iudex post ɔ̃clusum in cã possit partes interrogare pro rei veri tate ex officio proprio, nõ tñ cogitur ad partis postulationem, vt notat glo. in c. cum Ioannes. extra, de fi. instru. & in cle. sæpe. in ver. interrogabit. de ver. signi. Item licet post testiũ publicationem possit illos repetere, vt dictũ suum declarent, aut rõnẽ scientiæ ad dicta edant, vt est casus extra, de testib. c. cum clamor. non tñ ad hoc cogeẽ parte petente, vt no. glo. in Auth. de testib. §. illud. & Inno. extra, e. c. per tuas. Item licet decurlã die termini peremptorij ad audiendam sniam possit partem iterato citare, vel de benignitate expectare, non tñ ad hoc cogit ad partis petitionẽ, vt patet. ꝫ. eo. l. & post edictum. extra, de of. delega. c. ɔ̃suluit. Scdm patet hic, & in l. j. C. q̃do & qñ iudex. Et igitur si hmõi actus suæ potestati tributos iudex omittit, de ne gligentia puniri põt, aut ab eo appellari, vt notat Specu. in tit. de officio iudic. s. de serui. quid si iudex. †No. in §. iudex. ꝙ in iu dice omittẽte in procedendo iudicij ordinẽ, aut solennitatem ꝑsumitur dolus. Et idem est in notario omittẽte in instrõ clausulas, & solẽnitates req̃sitas, puta indictionẽ, annũ, locum &c. Et igitur tũc vt falsarius puniri poterit. C. de testa. l. iubemus, ad finem, vbi est casus notabilis †No. in l. in omnibus. peti posse cautionem ex iusta cã respectu debiti ɔ̃dõnalis, vel in diem procedentis ex ɔ̃tractu bonæ fidei. Quid aũt sit ex ɔ̃tractu stricti iuris. dic, vt plene notaẽ in l. ij. ꝫ. solu. matri. & in l. si creditores. ꝫ. de priuileg. creditor. Item an hmõi cautio requirat fideiussores, vel pignora, vel si sufficit ꝙ sit nuda. dixi post Bar. in l. si finita. §. eleganter. ꝫ. de damno infec & in l. siue apud acta. C. de transactionibus. No. in l. si vxor. (qđ speciale est in dote) qđ ibi quis forum nõ sortitur, vbi conditio ɔ̃ctus adimpletur, sed vbi ɔ̃ctus ipse fuit celebratus. †No. in l. eum q insulam. ꝙ obligatio ad interesse succedens, seu subrogata in locum facti vel alterius succedentis, nõ sortitur nãm eiusdem quo ad forum. No. in l. non idcirco. ꝙ & si ɔ̃ plures vno eodemq; cõtextu fuerit iudicium institutum superueniente impedimento, pp qđ iudex impeditur procedere in personas aliquorũ, non pp hoc impeditur procedere aliorum respectu, & sic est hic casus, pro quo ad suspẽsionem, seu impedimentum processus consors iudicij alterius ɔ̃sortis priuilegio non gaudet. Ad idem tex. ꝫ. de re iudic. l. de vnoquoq;. †No. in §. cum postea. ꝙ exceptio nullitatis iudicij proueniens ex agente vel eius, cuius nomine agitur, qñcunq; opponi põt, & iudicium nullũ reddit. Ad idẽ. C. de procura. l. licet, & extra, eo. tit. c. in nostra. No. in. §. nomine. l. argẽtarium. ꝙ snia lata per iudicem vnius prouinciæ põt peti executioni mandari per iudicẽ alterius, qđ dic, vt plene notatur in c. Romana, & c. ɔ̃hentes. de foro compe. lib. vj. in l. cũ vnus. §. hi qui. ꝫ. de bonis authori. iudicis possiden. l. a diuo Pio. §. sniam, de re iudi. & l. cum q̃dam puella. & ibi plene dixi, de iurisdi. om. iudi. No. in l. iudex. in verbo, mutari debet, ꝙ auferri põt iurisdictio a iudice delegato ẽt ignorante. Et ꝙ põt etiã hic a furioso auferri, cuius nullus est sensus, aut scientia. Et an hoc sit uerũ de iure ciuili, & quid de iure canonico? Dic, vt notant Cy. & Bal. C. manda. l. mandatũ, & dixi in l. more. s. de iuri sdict. omn. iudi. Item an iurisdictio acq̃ri possit ignoranti. Dic, vt in l. cum furiosus, & ibi dixi. s. eod. No. in l. obseruandum, ꝙ verecundia est iudici postulato, si eidem vt delegato non cõferatur iurisdictio. Ad idem ꝫ. de manumis. testamen. l. testamen ta. No. scdo, non deberi dari delegatũ ab vna ex partibus nominatũ, ad cuius declarationem vide, qđ no. Inno. extra, de ap pellat. c. significante. & quod no. C. de lit. contesta. auth. offeratur. No. in l. pars literarum. ibi dum dicit, pars &c. ad decisionem emergentis dubitationis licitum est allegare certæ constitutionis particulam. item & illã producere. An aũt & qñ ad fundãdam intẽtionem debeat quis producere partem? Dic, vt plene no. Bar. & ibi post eũ dixi in rub. de noui oper. nunc. & ꝙ no. d. An. extra, de probatio. c. j. No. ex. eo. ꝙ magistratus tpales durante officio neq; agunt, neque ɔ̃ueniuntur. Quid aũt sit in magistratibus perpetuis. dic, vt plene no. Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ꝫ. de no. oper. nunc. & ꝙ plene dixi. s. de iuri sdic. om. iudic. l. qui iurisdictioni. No. in. e. in ver. neque in causis. ꝙ iudex prohibetur cognoscere de negotiis, quæ, cũ tutor aut curator foret, administrauit, & hoc rõne præsumptæ suspicionis. No. in. e. ibi fugientes &c. ꝙ rei dicantur fugientes, q eorum propriũ est iudicium aufugere, vt in l. properandũ. §. sin aũt reus. C. eo. & iõ lex introducit, vt in eum inuitum iudicium reddatur, vt in l. inter stipulat tẽ. §. Stichum. ꝫ. de ver. obl.

S V M M A R I V M.

1. *Lis mouenda per creditorem nuncianda est debitori, & quid de emptore & venditore.*
2. *Mandatum iudicis exp'rat, cum desinentia iurisdictionis delegatæ acciderit.*
3. *Aes alienum totum patrimonium uniuersaliter respicit, non partem.*

L E X xlix. & l.

Venditor. Ex persona emptoris non fit immutatio fori in persona defendẽtis venditoris. & iurisdictio delegati re non integra non expirat pp desinentiam iurisdictionis, vt in persona iudicis ordinarij delegantis, & hæres non cogitur rñdere, vbi non est maior pars hæreditatis. Item æs alienum totũ patrimonium vbicunque consistens respicit, nisi sit alicui parti eiusdem specialiter annexum. & impediens soluere vĩ sori priuilegio renunciare. h. d. vsque ad l. quamuis. No. in l. venditor. †nunciationem litis motæ esse necessariã, vt venditor emptorem in lite mota defendat. ad idem ꝫ. de euict. l. si rem. §. quolibet. C. eo. l. controuersia. & l. emptore. cum si. quasi per totum. No. secundo, vẽditorẽ defendere eo in loco, in quo lis sibi mo ta fuerit

ta fuerit non obstante suo fori priuilegio.ad idem. C.vbi in rē act.l.j.Sed dubium est, an habeat locū lex ista in clerico.s.vt ipse tanq̃ venditor emptorē defendere teneatur coram iudice seculari, an aūt cām trahere debeat ad forum ecclesiasticum. de quo vide casum sing.x.q j.in c.clericorum nullus. No.in §. iudices. † mandatum iudicis non desinere pp desinentiam iurisdictionis delegatæ re non integra. quod dic, vt plene dixi in l.more.& l.& quia s̄.de iur.om.iud No.in l.si fideicōmissum. φ fideicōmissum petendū est, vbi maior pars hēditatis,vel patrimonii adest.pro quo recurre ad gl. magistram.s̄.eo.l.quod legatur. No.in §.tractatum.φ æs alienum non annectitur†patrimonii certo in loco existenti, sed vniuersaliter totū respicit.& huius duplex est ratio.Prima,quia personalis est,actio non sequitur principaliter fundum,sed personam obligatam, ad quam quidem accessorie vniuersum trahitur patrimoniū. j.ad Treb.l.j.§.ii.quia vniuersum patrimonium diuersis in locis distinctum ex diuersitate locorum nō redditur multiplex, sed manet vnicū,vt j.de excu.tu.l.iurisperitos. §.qui oriundus. No.ex eo.in ver. quoties. φ per solutionē partis debiti vr̄ quis renunciare exceptioni, adeo vt illam non possit opponere respectu residui adhuc non soluti,in quo dic,vt no. C.ad le.Fal. auth.sed cum testator.de non nu.pec l.cum quidam.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio fori declinatoria opponi debet in ipso litis initio, alias non opponens videtur illi renunciasse.*

2 *Res ex testamento soluenda quo in loco soluenda dicatur.*

LEX LI. & LII.

Qvamuis. Expressa conuentio de soluendo legatum, vel fideicōmissum aliquo loco derogare debet oppositioni aliarū exceptionum,& omissa oppositione exceptionis declinatoriæ vr̄ quis illi renunciasse, & ex qualitate rei,ex fideicōmisso vel legato soluendo,item & ex qualitate personæ, cui est fienda solutio, intentionem testatoris,vbi illa fienda sit,arguimus. Et res ex fideicōmisso vel legato debita eo loco peti pōt, vbi quis ɔ̄xit.Item licet extra locū maioris patrimonij non possit peti fideicōmissi solo,nihilominus recte petitur pro fideicommisso soluendo satisdatio.h.d.vsq; ad l.vix certis annis. No.in l.sed & si susceperit declinatoriam exceptionē fori opponi debere in principio litis.ad idem C.de excep. l.vlt. No.secūdo,φ obiectum aliarum exceptionum præcedens obiectū declinatoriæ eiusdem exceptionis efficaciam tollit, quod intellige verum, vbi ex interuallo post ipsam declinatoriam exceptio interponetur, secus vbi vno eodemq; contextu plures tam dilatoriæ.q̄ pereptoriæ & ēt declinatoriæ opponerentur exceptiones,quia tunc posito,φ obiectus declinatoriæ fuerit vltimus, nihilominus fingitur obiectū aliarū exceptionū præcessisse.vt eleganter dicit Bar.in l.quidā consulebat j. de re iudi. & plene per Cano.extra, de re iud.c.inter monasteriū. & ideo tunc declinatoria operabitur suū effectum per prædicta.†No.in §.si libertis.φ ratione rei,quæ solui debet ex testō, præsumimus intentionem testatoris fuisse in eo loco soluendam, vbi illa solet reperiri.No.secundo ex eo φ mandatum hæredi factum, vt alteri talem rē emat &c.intellr̄ factum,vt emat de pecuniis hæred.non aūt illius,cui res danda venit.& cum lego rem emendam,an videar rem ipsam legare,an vero precium, vt in l.Titia Seiæ.in prin.de le.ij.vbi est casus not. No.in ver.sed & si ponas. intentionē testatoris etiam cuiuslibet colligi atq; præsumi ex qualitate personę eius,cui sermonem dirigit.ad idem j de vsu & hab.l.plenum.§.equiti.j.de test.mil.l.ex militari.& de præb.c.is cui.lib.vj.No ex eo.& ita semper allegamus,φ ad considerandum,an quantitas vel patrimonium sint magna, vel parua,qualitatem dn̄i inspicimus.Similiter ad considerandum,an lis sit de pauca,vel magna quantitate ɔ̄sideratur qualitas litigantium,licet in auth.n si breuiores. C.de sent.ex breuecit.hoc cōmitiatur iudicantis arbitrio. Similiter ad considerandū,an quis sit pauper, vel diues,qualitatem personæ inspicimus,licet auth.præterea.C. vnde vir & vxor. hoc iudicis arbitrio cōmutat.No.ex eo.φ non est verisimile testatorem p̄ parua quātitate legata voluisse legatarium grauare excessiuis itineris laboribus,& in simili dicimus,si tutor, vel curator,vel procurator,nō instituat litem ɔ̄ creditorem paruæ quantitatis & rusticum, vbi ad illum conuincendum maior esset expensa, q̄ cōmodum. quod inde resultaret, nec pp hoc tenetur dn̄o ex culpa vel negligentia,qm̄ non præsumuntur dn̄s,aut lex p̄ pupillo illud voluisse.& ad hoc est tex.not. ibi ponderatus p Bar. licet istum nō alleget in l.mediterraneæ.C.de ann.& trib.li.x. No.in §.si ea res.φ ɔ̄uentus in loco vbi res, pro qua agitur, sita est,non potest opponere exceptionem declinatoriam,licet alibi sortiatur principale forum, vel habeat domiciliū.quod dic, vt plene no.C.vbi in rem act.l.vlt.extra de fo.compe c.fi. No. in ver. fideicommissum. vel melius in ver. quinimo. satisdationem de soluendo peti posse eo in loco,in quo ad quid solui agi non posset.ad idem.s̄.eo.l.de eo aūt.vnde elegās est argū̃, φ si forensis,cum quo alibi contraxi mortalem inimicitiam, in meam venit ciuitatem, a iudice mei loci petere possum cogi eum ad præstandum mihi cautionem de non offendendo, licet nullo alio respectu hic forū sortiatur, quod est valde not. & ita per hunc §.& d.l. de eo. pridie apud Neapolim de facto consului. quicquid hic Bart. dixerit, addendum est ad ea,quæ plene dicunt Doc.in l.qui bona.j.de dā.infe.ibi plene discussi, an & quando hæc cautio de non offendendo peti possit.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus ad reddendam administrationis tutelæ rationem,potest iudicem adire,quatenus det coram quo reddat.*

2 *Causę maioris intentatio minorem suspendit.*

3 *Gesta per falsum procuratorem possunt lite pendente ratificari per dominum.*

4 *Instantia iudicij transit nedum in vniuersalem, sed etiam in singularem successorem.*

5 *Mutatio personæ inducit instantię. qualitatis,seu causæ mutationem.*

6 *Iudicium solui per prohibitionem deleg. quandocunque superuenientem qualiter sit intelligendum.*

LEX liii. vsque ad lx.

Vix certis. Licet seruus in iudicio regulariter esse non possit, fallit tamen hic in casibus notatis.Et institutio maioris causæ suspendit cām minorem. & citatio facta a prædecessore computatur in numero citationum,quæ fieri debent a successore.Et gesta per falsum procuratorem dn̄s rata hr̄e pōt.Et instantia ex persona prædecessoris transitum facit ad successorē. Item cognitio iudicis delegati prohibente delegante, aut superiore finitur. Et in dubio quis eo in loco iudicare tenetur, vbi iudicare consuetum est.Et morte unius iudicis non finitur instantia causæ in persona in eius locum succedentis.h.d. vsque ad l.solemus. No in l.vix certis.in ver.arbitrum,&c.φ † obligatus ad rationem reddendam administrationis,vt aliquid lucri consequatur,adire pōt iudicē.qui arbitrum eligat,corā quo rationes reddantur.Quid aūt sit rōnum redditio,& qualiter fieri debeat,dic,vt in l.si cui.& l.cum seruus. & l. qui sub conditione.de cond.& de.quid aūt si & is,cui reddenda est,interesse nolit.dic,vt in l.fi.C.de vsu.pup.No casus speciales.in quib.seruus in iudicio adire potest exceptos a regula l.seruus.& in quibus illud notabis,φ in his casibus,quib⁹ ɔ̄ dn̄m litem instituit ab eodem sumptus atq; alimenta cōsequi deber. Casus est in C.de ord.cog.l.vlt. & sic duplici onere grauatur dn̄s, & litem sustinendo & alimoniam præstando.Idē ēt dicimus in monacho,si ɔ̄ abbatē litem instituerit,ex monasterij redditibus eundē abbas alere tenetur & cogatur, vt extra,de accu.c.ex parte. licet Legistæ allegent gl.or.in l.instituta. §.vlt.j.de inoff testa. No.in l.per minorē. † φ per intentationē maioris causæ, minoris fiat suspensio, quod qn̄ verum sit, dic, vt plene no.in l. pe.C.de or.iud.& in l.qm̄ Alexandrum.C.de adul.& l.j.& l.ne ganda.C.qui accu.non pos.& l. interdum. & l.is, qui reus.j.de pub.iu. No.in l.edictum, prout loquitur pōt hic l.in iudice delegato a principe,qui & per edictum citare pōt,vt ī auth.qui semel.& auth.vnde sumitur.C.qūo & qn̄ iu.& in cle.j.de iud.φ iudex subrogatus ī locum delegati ex iisdem actis sn̄iam fert, ex quibus ferre debuisset is,in locum cuius subrogatus est. adde.j eo.l.mortuo.licet gl.de hoc dubitauerit, vt in l.si vi ponis.la i.C.qūo & qn̄ iu.Sed vt vides, colligo hic casum nota.in c.si plane.prout ille loquitur in iudice ordinario in alterius ordinarij locum subrogato.quod & licet citationū numerū perfecto,& sic tpe quo nil superesset nisi sn̄iæ prolatio,subrogatio facta iudicis fuerit, nihilominus subrogatus ad sn̄iæ prolationem vnica etiam citatione partes monebit.Spe.no.in ti.de cita.§.vlt.ver.sed quæritur. vbi determinat hoc locum non hr̄e in delegato, quē ordinarius subrogat ad solam sn̄iæ prolationē quibuscunq; necessariis citationibus per eū factis,qm̄ & ille sine noua citatione sn̄iam ferre pōt, quod est no. dignū ad huius legis declarationē. Pro ipsius tū intellectu vide C. qūo & qn̄ iu.l.ɔ̄sentaneum.¶No.in l.licet.gesta per falsum procuratorem lite pend.ratificari posse per dn̄m.intellige verū,si fuerimus in ipsius litis præparatorijs,vt habes casum s̄.qui satisd. cog.l.Iulianus,siue post eadem lite pendente. hic est casus,cui datur similis.s̄.de procura.l.in causæ.§.j. An aūt lite finita per sn̄iæ prolationē possit dn̄s ipse ratificare gesta falsi procuratoris in iudicio summa est dubitatio,de qua dic,vt per gl.Cyn.& alios in l.si tutor.C.ex qui.cau.in inte.rest.non est necess.p Bar. in l.mater.§.huius iuris.j.de excep.rei iud per Bal.C.de procu. l.licet.s̄.de neg.gest.l.finaūt.s̄.de procu.l.Plautius. & in d.l.Iulianus.& ī l.ij.quæ alias est iij.ad fi.C.si ex fal.instr.& in l.ij.j.solu.mat.& in auth.ei qui.C.de remp.app.& ego alias dixi in authen.quas actiones.§.alieno.j.de dam.infe. & Inn.no.extra,de rescrip.c.ex parte decani.Et licet cōis practica mundi teneat.φ sic,nihilominus semper dubitaui vna rōne, eo.s.quia qui corā iudice obrepit,seu subrepit,nil validum agere pōt.sed erit nullū penitus.casus est j.de fal.l.si quis obrepserit.in ver.nihil agit. ea ergo,quę nulla sunt ea rōne,quia procurator coram iudice

subrepsit

subrepsit dicendo se procuratorem, cum non esset, rata habe ri non pñt, vt in regula iuris, & in l. obligari. §. tutor. j. de auth. tut. & l. quid ergo. in prin. s. de insa. cum si. Reseruo me tñ ad

4 alibi plenius dicenda. No. in l. tam ex ɔ̃ctibus regulam. † Instã tiam transire non solũ in vlem, sed ẽt in singularem successo rem. quod dic, vt plene no. j. de fideius. l. si cum hoĩem, cui tñ duo adde. Primum ꝙ & in fiscum iure singularis, aut vniuersa lis successionis non transit instantia quo ad forum ex eo, quod licet alicui priuato successit lite pendente, non tñ cogi poterit ad ibi finiendã instantiã, sed ad propriũ fisci iudicẽ auocabit. casum habes sing. j. sol. mat. l. si ɔ̃stante. §. vlt. s. ꝙ executio sniæ latæ in prædecessorem non fiet aduersus singularem, aut vni uersalem successorẽ, nisi noua citatione de eo facta, posito, ꝙ in persona defuncti secunda fuisset facta citatio. dicit simplr Inn. extra, de iud. c. quia vero. pro cuius declaratione vide Bal.

5 C. man. l. per diuersas No. in eo. ver duntaxat. ꝙ † ex mutatione personæ mutatur instantiæ qualitas, seu causæ. Et idem est in quocunq;, l. ꝙ per mutationem personæ inducatur mutatio qualitatis rei. ad hoc de pac. lib. vj. l. cum patronus. & l. Paulus. alias, per procuratorẽ. j. de acq. hær. & l. fi. C. de inof. test. No. in

6 l. iudicium soluitur. † per prohibitionẽ delega. quicunq; super uenientem iudiciũ solui, quod intellige verum ordinario ꝓhi bente delegatum suum. Si aũt delegatus prohibeat subdele gatum suum amplius iurisdictione vti, ita demum subdelega tũ finitur iurisdictio, si res integra fuerit. Cũ aũt subdelegatus cognoscere cœperit, nil operatur prohibitio delegati. casum habes, qui non est alibi, in c. quãuis. de off. dele. lib. vj. & tex. ille emanauit ad declarationem dictorum Inn. in c. super quõnũ. in gl. super ver. totam. eo. tit. in antiquis. Secũdo istam l. limita locum habere cum ordinarius iusta ex causa vult delegato co gnitionem auferre, secus aũt vbi nullus color iustitiæ apparet, quia & tunc cognoscere posset. hoc est elegans verbũ Gul. de Cu. in l. j. C. de peda. iud. quod plene examinaui in l. more. s. de iur. om. iud. Tertio limita, locum habere cum tractatur de au ferenda iurisdictione. Vbi aũt tractatur de auferenda simplici facultate concessa, tunc illa prohibitio ɔ̃cedentis non euacua retur. exemplum ponere potes eo casu, quo capitulum aliqui bus facultatem concessisset eligendi epm̃. quia tunc facultas il la prohibitione superueniente capituli absq; iusta causa tolli non posset. ita simplr dixit Inn declarans hãc l. in c. de causis. in ij. col. de ele. quod est notabile. No. ex eo. iurisdictionem de legati finiri, cum ipse ex delegato efficitur ordinarius. Item & finitur eo casu, quo superior summus cognoscere incipit de causa, quam scit coram delegato pẽdere, tunc etenim finitur etiam ipsius iurisdictio. & no. Inn. extra, de appel. c. intimasti. No. in l. si locus. ꝙ delegato in cognoscendo atq; iudicando cẽ setur locus ille delegatus, aut deputatus, quo consuetum est per maiores iudicari. ad idem s. de iust. & iu. l. pen. ad fi. Quid aũt sit in arbitro. dic, vt s. de arbi. l. cum dies. §. si arbiter. Quid in legato sedis apostolicæ. dic, ꝙ locus ille, quem ipse eligit vbi cunq; suæ delegationis iure fungitur, & habet authoritatẽ co gnoscendi atq; iudicandi ẽt quo ad causas prouinciæ alterius, cuius legationem obtinet. extra, de off. dele. c. nouit. Item quid in epo. dic, ꝙ ille in quacũq; parte suæ diœcesis locum ad cau sarum cognitionem sibi deputare põt, vt inc cum eps. de offi. ord. lib. vj. Et casus vnicus est ẽt extra propriam diœcesim, puta ꝙ illa sibi tuta non foret de causis subditorũ cognoscere põt. casus est de fo. comp. cle. j. Item quid si delegato sedis aposto licę determinatus sit locus proprius ad causarum cognitionẽ, an illius possit per eum fieri immutatio. dic ꝙ sic iusta ex cau sa. casum habes de offic dele. c. statuimus. lib. vj. alias non, nisi de expresso partium, inter quas cognoscit, consensu. Casus est de rescrip. c. statutum. §. insuper. lib. vj.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium ea includit, quæ in libello continentur.*
2 *Iudex maleficiorum non cognoscit de causa pecuniaria.*
3 *Satisdatio iudicatum solui præstita respectu litis coram vno iudice mouendę non obligat lite mota coram alio.*
4 *Vxorem debere domicilium, & forum viri sequi, qualiter sit intelligendum.*
5 *Verba litigantium sunt ad intentionem proferentis interpretanda.*

LEX LXI. vsque ad LXVII.

SOlemus. Id ad iudicium venit in dubio, de quo actum est, vt veniat. & in iudi cijs ex actoris persona colligimus, quod in iisdem venit, non aũt ex persona rei. & vt iudicium recte appellari possit, necessaria est actoris atq; conuenti persona, neq; videtur quis recte defensionẽ suscepisse, nisi quod iudica tum est, soluerit. & ratione doli fit examinatio vltra interesse causæ ẽt ad prædonis postulationem. & satisdatio iudicatũ sol ui præstita occasione vnius iudicij non trahit ad aliud. & quo ad dotis repetitionem vxor forũ sortitur in locũ domicilij ma riti. non aũt ibi, vbi instrm̃ dotale confectum est. & verba liti gantis dubia interpretantur, fm̃ quod ei est vtilius. & dicens se suis nũmis redemptum, agere põt, vt cogatur redimẽs manu mittere, non aũt vt pronuncietur lis, nisi eo casu, quo ipse redi

1 mens latitaret. h. d. vsq; ad l. peremptoriũ. No. in l. solemus. in iudicio ea venire, quæ in verbis libelli includi possunt. ad idẽ de cau. poss. cum ecclesia. Itẽ no. gl. hic. an petitio rei includat sub se tacite petitionem fructuum, adeo vt in illis iudex possit condemnare, & si non fuerit expresse petitum, de quo dic, vt plene no. Cy. & Bal. in l. si quis alteri vel sibi. & Inno. extra, de

2 resti. spol. c. grauis. † No. in e. in §. latrunculator. indicẽ malefi ciorum de causa pecuniaria non posse cognoscere, quod verũ est principaliter, licet incidenter sit arg. C. de iud. l. quoties. & l. j. C. de or. iud. Ad cuius declarationem vide. quod no. Bar. j. de furt. l. interdũ. §. qui furem. & l. 2. §. hoc edicto. j. vi bo. rap. No. in l. inter litigantes. iudicium principaliter substantiari ex tri bus personis, s. iudice, actore, & reo. Ad idem ex. de ver. sign. c. forus. §. in omnium. No. in l. recte defendi. ꝙ non vr̃ defendis se is, qui quod iudicatum est, non soluit, aut iudicatum solui non satisdedit. Ad idem Inst. de satisdatio. ver. quia nemo. & in l. eo. §. j. j. de reg. iur. cum si. No. in l. non a iudice. quod ratione doli per reum conuentum commissi condemnatio fieri põt non solum ad id, quod vestra interest, sed etiam in eo, quod in lite iuratur, & non solum ad petitionem dñi, sed etiam prędo nis. Secundo no. prædoni actionem otiri ex contractu per eũ celebrato super re deprędata, quod declara, vt j. commo. l. ita vt si fur. j. de cond. indeb. l. si vrbana. & text. est optimus. j. de positi. l. bona fides. An autem eidem actio competat ex delicto in eundem super re deprędata commisso, dic, vt j. de furtis. l. itaq; fullo. extra de resti. spol. c. in lite. No. in §. si quis alio. fm̃

3 vnum intellm̃, † ꝙ satisdatio iudicatũ solui pstita respectu litis corã vno iudice mouendæ non obligat lite mota corã alio. ad idem. j. iud. sol. l. iij. & l. cum apud Semproniũ. No. secũdo fm̃ alium, ꝙ eadem satisdatio præstita respectu vnius actionis, seu rei in iudiciũ deducẽdæ non obligat alijs diuersis deductis. ad idem j. iud. sol l. cum quærebatur. §. vlt. No. in l. exigere dotẽ. fm̃ j. lect. primæ gl. casum sing. ꝙ licet ratione ɔ̃ctus inter par tes celebrati sortiatur quis forũ in eo loco, vbi instrm̃ scriptũ reperitur, tñ ibi habes, ꝙ non scriptura, in quam reducitur par tium ɔ̃uentio, forũ inducit, sed ipsa sola ɔ̃uentio inter partes mutuo habita, posito ꝙ absq; scriptura. No. secundo fm̃ aliam lect. ꝙ licet ratione ɔ̃ctus quis forũ sortiatur, non tñ ratione di stractus, quod dic, vt in l. j. C. vbi & apud quẽ. & in l. qui certo

4 loco. j. de cond. ind. † No. tertio in fi. ꝙ vxor domiciliũ, atq; fo rum viri sequitur & sortitur, vnde arguunt hic Doct. ad quæst. ꝙ statutum in casu lucrandæ doris debeat attendi, an statutũ ciuitatis mariti dans marito tertiã partem dotis in lucrũ vxo re prædecedente, an statutũ loci vxoris dans magis vel minus. de quo dic, vt per Bar. C. de sum. Tri. l. cunctos populos. p Bal. & per Ang. hic, & per eundem Bal. in c. quamuis. de inuesti. in in ma. fac plenius tñ hoc discutit Archi. xij. distin. c. illud. & lo.

5 An. in c. j. de spons. in nouel. † No. in l. si quis intẽtione. ꝙ verba ambigua litigantium interpretari debent fm̃ voluntatem ꝓ ferentis, & prout ei est vtilius. ad idem. j. de ver. ob. l. inter stipu lantem. §. Stichum. Illud tñ no. ꝙ hoc ius interpretandi nõ trã sit ad hæredem ipsius litigantis, qui obscure locutus fuerat. Hæc gl. or j. de rei ven. l. Pomponius scribit. §. frumentũ. alias, si frumentum. §. fi. Item no. ꝙ hęc interpretatio non potest fie ri nisi semel. vna primo facta vno modo non põt secundo fie ri alio, nec admittitur variatio. Gl. est sing. j. de ver. obli. l. quic quid astringendæ. in prin. No. in l. qui se dicit. & ita quotidie al legamus, ꝙ licet de proximo absoluendus habeatur pro abso luto, & econtra de proximo condemnandus & c. vt l. qui pęnæ. §. diuus. j. de manu. nihilominus tñ aliud est pronunciare quẽ absolui debere, aliud quem absolutũ esse, sicut & hic aliud est pronunciare quem manumittendum, aliud quem manumis sum. super quo vide glo. C. vbi & apud quem. l. fi. & quod no. in l. j. C. si aduer. liber.

SVMMARIVM.

1 *Citatio vnica iudicis ore facta vim habet peremptorij.*
2 *Iudex potest numerum citationum, per quas ad peremptorium peruenitur, ab breuiare.*
3 *Contumaci vero denegatur appellatio.*

LEX LXVIII. vsque ad LXXIII.

AD peremptorium Ad peremptoriũ edictũ forma hic descripta peruenitur, quæ tñ per iudicẽ suadẽte ali qua causa mutari põt. Et post peremptoriæ citatio nis terminũ decursum iudex de benignitate absentẽ citare po test iterũ si vult. Et si is, ad cuius petitionẽ facta est citatio, non compatuerit citato cõparente, eadem citatio circunducitur, li cet aliqua acta firma maneant. & verus contumax in non cõ parendo non auditur appellans. h. d. vsq; ad l. de qua re. No. in hac l. ordinem, per quem ad citationem peremptoriam per uenitur. No. in eo. ver. mox. iũcta l. per interuallũ. ꝙ dictio ista, mox, non solũ significat actũ incontinenti factum, sed etiã de notat temporis interuallum. de quo dic, vt plene no. in l. j. j. si cer.

cer.pe.No.in l.in peremptorio.citationis peremptoriæ modū esse, vt cōminatio fiat in citatum si non compareat eodem absente iudicem de cā cogniturum & pronunciaturū. Quid aūt hæc cōminatio operetur.dic,vt in c.cūm.extra de rescr.& in l.si appatitor.per gl. & Bar. C.de cohar.lib.xii.& per eundē in l.si finita.§.Iulia.ī.de dam.infe.No. tūt quod vnica iudicis
1 ore facta citatio vim habet peremptorij,etiam si aliæ non præcesserunt.Tex.est singu.ſm vnam lecturam gl in l.2.C.qūo & qn iudex. & glo in c.consuluit.extra de offi. delega.Item & in causis,in quibus proceditur summarie & de plano,vnica citatio etiam vim peremptorii tenet,vt no.gl.singu.in cle sæpe.in verbo,citationem.de ver.sign.Item & vbi par citat parem,etiā vnica citatio loco peremptorij est,vt no.gl.or.de here.clem.i. Item & vnica sola citatio,quæ vim peremptorii habet,sufficit ad monendum prælatos,vt accedant ad concilium, & no.gl. singularis. 18 dist. in c.si eps, quę approbatur in c. ego enim. extra,de iureiu.licet contrarium videretur. Item & in extraiudicialibus vnica sola monitio peremptoria habetur, vt notat Bar.in l.Titia.in §. vsuras.de lega.2. & in l.si quis tempora. C. de fide instru.lib.x.Et probatur ex glo.in l.qui Romæ.§.cohæredes.de ver.ob.An autem vbi iudicialiter proceditur aduersus eum,qui iudicialiter semel citatus dixerit,nolo,vel iter statim arripuerit,requiratur peremptorium.Dic vt no.Innoc.in c.auditis.extra,de procurator.in c.ad petitionem. extra,de accusat.& glo.in l tres denunciationes.C.quomodo & quando
2 iud.†No.in l.nonnunquam in potestate iudicis fore numerū citationum,per quas peruenitur ad peremptorium,abbreuiare,& etiam facere,vt vna loco omnium habeatur,quod intellige verū,nisi vbi certę monitiones successiue, aut citationes a iure terminentur sub pœna ,quam statim non compatens Incurrat, quia tunc nō potest ipse minuere, sed necesse habet formam legis obseruare. Gl. habes in cle.j.de vita & honest. cleric.& aliam in c.j.in ver.tertiam vocationem.de mili.vasa. qui contu.est in vsib.feu.& no.d. An.in c.ex tuæ.extra de cleri. non resid.No.in l.post edictum.quod in arbitrio iudicis est,si peremptorie citatum ex sua benignitate iterū citare velit. & declaratur,vt in d.c.consuluit.No in c.φ si is ad cuius postulationem fit citatio, non comparet comparente citato,ipsa citatio circūducitur,hoc est nullius effectus redditur.No.in ver. circunducto.φ licet citatio ob absentiam citari faciētis circūducatur,nihilominus reliqua acta iudicij firma manēt.No.ex eo.in ver.instantia.φ etiam in vno iuris articulo est instantiā
3 reperire.No.in §.sciendum.φ †ɔtumax verus in nō cōparēdo nō audit appellans, secus si fictus. Ad idē ī.de app.l.ex ɔsensu. §.fi.Quis autem verus contumax dicatur,& quis fictus,dic,vt no.gl.magist.in cle.j.de dolo & contu.& c.per venerabilem.§. secus. de sen.excōi.in 6 & in gl.nostra in l.vlt.de in integ.rest.

SVMMARIVM.

1 *Iudex cogitur pronunciare super eo quod cognouit.*
2 *Prorogatio de quantitate minoris ad maiorem locum habet coram iudice delegato, item de re ad rem.*
3 *Defensor debet condemnationem pati,non autem is,qui defenditur.*
4 *Sententia in reali actione ferri potest per verba duntaxat declaratoria.*
5 *Adiudicatus pro sententiæ executione an cognoscere habeat de æquitate & iniquitate sententię.*

LEX lxxiiij.lxxv.& lxxvj.

De qua re.iudex pronunciare cogitur super eo,de quo iam cognouit, & prorogat. ideo in iudice locum habet de quantitate ad quantitatem. Et sententia lata contra defendentē mortuū est nulla,si tñ ex ea defensor soluerit, & verū debitū subsistebat ab eo nō repetit, cui solutio facta est, sed ab hærede mortui actione negotiorum gestorum. Et coram executore, qui sententiam executioni mandauit,non possunt contra sententiam exceptiones opponi, nisi opponatur, φ semel latę sunt per falsas allegationes scienter factas,vel contra infirmum,aut reipu.cā impeditum. Et vbi sententia manet eadē, licet qualitates diuersificentur, nihilominus res eadem dicitur.
1 h.d.vsq; ad l.in priuatis. † Et l.istam allegamus in id qđ iudex cogi possit pronunciare super eo, qđ cognouit.Concor.extra, de cā poss.cum super. An aūt si iudex per subterfugia pronunciare differat, possit ab hac dilatione iustitię appellari ? Dic φ nō,sed dēt princeps per modum querelę aduersus iudicis negligenti ā vel malitiosam dilationē adiri.C.de tēp.ap.l.fi.§.pe. in Auth.de mand.princ.§.& non permittere.el 2.in Authē.in medio litis.§.eam.& in Auth. vt differ.iud.& no. Guli.de Cu. in l.sed & si per pretorem.§.ait pretor.ī.ex qui.cau.ma. Aliud etiam no.quod iudex,qui processus plurimos,quos snia terminare poterat, inexpeditos successori relinquit, sindicatorū punitur arbitrio,vt est casus notab.ī.de magist.conueni.l.j.§.sciē dum.Secundo no.in c. in prin.gl.quid incidens dicatur,& qđ emergens,& an super his pronunciare debeat. Pro quo recurre ad plene no.p gl.& Doct.in l.j.C.de or.cog.& l.a pcedēte.C.
2 de donat.†No.in §.iudex.quod coram iudice delegato locum habet prorogatio de quantitate minoris ad maiorem. Et idē de prorogatione de re ad rem,vt in c.olim abbas.extra de offi. deleg.Item locum hēt de tpe ad tps, vt in l.ij.§.si iudex ī.e.& in c.de causis.extra eo.tit.Item de loco ad locum,vt in c.statutum.§.in nullo.de rescrip.lib.6.Hoc tñ no.φ si iam pronunciauerit se non esse iudicem competentem de communi patt ū consensu etiam non potest iurisdictionem reassumere, vt est casus de offic.deleg. c.significantibus. No.in §.absentem.ibi,
3 †condemnatus.sol.φ sententia cōdemnatoria ferri dēt in defensorem,non autem in eum, qui defenditur ab eo. Ad idem ī.de re iud.l.si se non obtulit.ī de proc.l.sancimus.quod intellige verum,qñ quis venit ad defendendum in tota cā,secus si solum compareat ad causas absentiæ allegādas,quia tunc nō in ipsum,sed in conuentum snia promulgatur, vt l.liberto.§. litem.vbi hic tex. notabiliter declaratur.ī.de neg. gest. No.ex e.ver.eo iam mortuo.φ snia lata aduersus defensorem eius, q iam tpe suscepti iudicij mortuus erat nulla est, vt in l.ij.ī.quæ sen.sine ap.rescin.& in l.summa.ī.de re iud.imo & quod plus est,si lata esset in fauorem mortui, siīr esset nulla,vt est casus æquiparando mortuum furioso & econtra,vt l.furiosum.eo. ti.No.in l. si prætor. ibi, ordine edictorum peracto. φ iudex sententiam ferre debet post ipsorum terminorum lapsum, non aūt in ipso fine terminorum.verbum etenim, peregisse, cōsummationem totalem denotare dr, vt in l.ij.§.fi.ver.peregisse.ī.ad leg.Iuliam de adul.de quo tamen dic,vt diximus in
4 l.j ī.si quis caut.†No.in eo.ibi, pronunciauerit absentem debere φ sicut sententia super reali actione prolata ad sui validitatem absq; verbo,condemno, vel absoluto,satis hēt de verbis declaratorijs,s.pnuncio talē esse vel nō esse dūm,vt in l.sicuti. §.sed si q̄ratur,ī.si ser.ven.& l.ex diuerso.ī.de rei vendi.Item & sicut sniam ī criminali prolatā sufficit declaratoriam fore.l. delictum vel non esse perpetratum absq; eo φ dicatur, & igīt condemno,vel absolno, vt in l.j.§.j.ver. finaūt pronunciauit.ī. ad Turpi.& l.Lucius.ī.de inia.Item & sententiam super personali actione prolatam sufficit fore declaratoriam,puta pronunciari debitorem fore vel non fore.absq; eo quod dicatur, & igitur cōdemno vel absoluo &c. Ad idē.ī.de arb l.quid tñ. §.si arbiter.l.Pomp.§.sed si is.in fi.ī. de procu.& l.si inter te & me.ī.de excep.rei iudi.No ib:,nō vtiq;,qui de iudicato cogno
5 scit.ea.l.φ iudex †datus pro executione sententiæ iam prolatę minime cognoscere dēt de eius iustitia, seu iniustitia, aut aliter cōdemnatum illam impugnantem audire. Is enim executoris,non autem cognitoris partibus fungitur.Ad idem extra de offi deleg.c.pastoralis § quia vero. Fallit in tribus casibus,q ex textu hic colliguntur. Primus nisi snia ipsa allegetur nulla ex defectu ordinis iudiciarii, puta,quia lata legitimis citationibus non præmissis, vt est casus hic in versic. ordine edictorum peracto.Secundo nisi dicatur illam latam per fallas probationes ɔ absentem scienter factas,vt est casus hic in §.Marcellus. Tertio,nisi dicatur illam prolatam ɔ morbo impeditum, vel reipublicę cā absentem . His enim tres exceptiones ex ordine literæ dēt executor admittere.Est & quarta, s.nisi dicatur lata in fauorem excommunicati , qm̄ exceptio illa coram executore deduci potest,vt in c.pia.ad fin.de except.in 6. An autem & qualiter executor cognoscere possit de iustitia,vel nullitate sententiæ,cuius executio petitur, dic, vt plene not.in l.a diuo Pio.§.sententiam.& l.4.§.condemnatum.ī.de re iud.;& in l.fi. C.si ex fal.instr.& in d.c.pastoralis.§.qa vero.& in c.decętero. & in c.qđ ad consultationem . extra de re iudi. & per Inn.in c. cū in iure.extra de offi.deleg. & in cle.j.de re iud.& per Bal.in l.j.C.ne lic.in una eademq; cā . Duodecim intellectus ad hūc §.Marcellus, datos in varijs locis per Doc.plene discutio in l.si is ad quem.ī.de acq.hær. No.ex glo.in verbo,approbatum, φ animus iudicis probari potest per testes,qñ ille in actis nō reperitur inscriptus.Ad idem ī.de prob. l. quoties.§.fi.No.ex eo. ibi, querelam rei admittere. iuncta gl. qui tex.intelligit de in inte.resti.postulata,quę executionē snię impedit,qđ dic,vt est in tex.optime.c.suscitata. de in integ. rest.& in l.defendente. & ibi per Bart.ī. de autho tur.no.in auth.quæ supplicatio.C. de precib.impe.offe. & in l.si cā cognita.C. de transact.No.ex ea in fi.ibi,vel actionem iudicati &c. φ ex snia pro eius executione petenda duplex remedium oritur.Primo officium iudicis,vt in tex.ibi,dum dicit, vel exequi prętorem. Secūdo actio iudicati,vt ibi, vel actionem iudicati &c. Quę autem sit differentia inter hæc,declara, vt per Barto.in l.inter.ī.de re iudi & per Bal.in l.si cām.C.de excep.rei iud.No. in l.proponebatur. φ cuius rei substantia est eadem mutata qualitate,res non desint esse eadem,de quo dic , vt in l. qui in eo . cum pręceden. ī.de excep.rei iud.No.in ver.& populum.φ mutatio hominū successiua non reddit diuersitatem vniuersitatis, sed potius manet identitas. Ad idem ī.quod cuiusq; vniuer.l.sicut.§. in decurio.de lega.j.l.si grege.No.ex ea.ibi, centum annis &c.φ communis cursus naturæ hoīum vita est annorum centū. Ad idem.C.de sacros.eccl. l.vlt.ī.de vsufr.l.in vsufructu.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Filius an in causa patris, vel pater in causa filij possit iudicare.*
2 *Citatio temeraria quæ dicatur, & cuius sit effectus.*
3 *Quæstio facti in quo differat a quæstione iuris.*

LEX LXXVII. vsq; ad LXXXII.

IN priuatis. Iudex in ciuilibus esse pōt filius in cā patris, & econuerso.& temerarius litigator in litis sumptib.atq; viaticis cōdemnatur, & error in noīe iudicis, dumm̄ partes de certo consentiāt,rescriptū,aut iudiciū non vitiat, & priuatorum ɔsensus neminē priuatū iudicem facit.& curiores, seu nuncij iudiciarij iurisdictione delegata vti non debent mādato ordinarij,nisi iusta causa suadente h.d.totus ti.† No.filium in causa patris,& ecōuerso in cuiuslibet causa iudicare, quod dic,vt plene dixi s.de iur.om.iu.l.qui iurisdictioni. No.in l.q ppe. munus iudicandi esse publicū, & igitur necessarium,vt in l.munerum.§ iudicandi.j.de mu.& ho. No. in l.eum quem temere.litigatorem temerarium condēnari nedum in litis sumptibus.sed ēt in viaticis,hoc est viæ expensis. Qualiter aūt illę expensæ viatici considerandæ sint.dic,vt in l.idemq;.§ idē Labeo.j.man.in gl.or. No.secundo ex gl.huius l.duo. Primū, an temerarius litigator debeat condēnari in expēsis victus ,pprij, cui adde,quod plene no.in c.statutū.§.insuper.de rescri.lib.vj. & quod hr̄ j.de pe.hær.l.sed etsi lege.§.quod aūt.et iij.No.sedo gl.sing.fm oēs,†quam quotidie allegamus,ꝙ dr̄ temeraria citatio,&penitus nullius effectus,q̄ fit de aliquo tanq̄ vocato,cū plures in loco,vbi iudicium agitatur,reperiantur eodem noīe vocati.Oportet igitur tunc exprimi aliquā qualitatē, cuius occasione is,qui in iudiciū vocari debet,ab aliis differre censeat, in noīe sibi cōformibus, alias citatio est nulla. Et ad idem etiā dicimus nullam esse snīam,vbi condemnatur quis ad restituēdum seruū tali noīe vocatū,cum plures illo eodem noīe vocētur,vt in l.idem Pomponius scribit.§.si frumentū j.de rei ven. Item etiam est nulla citatio,cum quis citatur ad tale castrum seu castrum ita vocatū,cum plura reperiantur eodem noīe vocata,vt est casus no extra de rescript.c.vlt. Similiter ēt nulla est accusatio, & inquisitio, quæ fit ɔ aliquē de delicto cōmisso in tali loco.cum plura sint loca eodem noīe vocata,vt no.Bar. in l.conditio.§.vlt.j.de cond.& dem. & ad horū declarationē videquod no.Bar.in co.ti.l.demonstratio falsa.& Bal.C.q testa. fa.pos l.hac consultissima.& l.non ignorat.in fi. C.de fru.& li. expen.& Ang.in l.j.j.de lib.& posth. & in l. inter stipulantem. §.si Stichū j.de ver.obli.No.in §.iudicibus. ꝙ non solum princeps,sed ēt præses super iuris dubitatione rn̄det,sed non super facti dubitatione Quæstio etenim facti,& iuris diuersa est.†& dr̄ illa q.iuris,quæ factum præsupponit certum,ex quo in iure dubitatio oritur,cum ex facto ius oriatur,vt in l.si ex plagis.§. in cliuo.j.ad le. Aqui.Quæstio vera facti dr̄,quę sequelā ipsius negotij non præsupponit certam. Et hæc est differentia iuris. s.de sta.ho.l.idem erit.ff.de fun.instr.l.Seiæ.in fi. No. in l. si in iudicis.ꝙ siue ī processu,siue ēt ī delegationis rescripto sit errātū in noīe iudicis ,ppiio,nihilominus illa non vitiatur in noīe eius appellatiuo, puta officij. Cum.n.esset senator,vocaui eū syndicum,vt j.de reb.dub,l.qui habebar.& vide ad declarationem huius,quod no.Bar j.de dote prælc.l.j.in fi.

De inofficioso testamento. Rubri.

SVMMARIVM.

1 *Querela inofficiosi testamenti quibus competat.& nu.4.*
2 *Differentia inter verbum rite & verbum recte.*
3 *Testamentum inofficiosum dicens debet causam allegare,& probare.*

LEX I. vsquead V.

SCiendum. Querela inofficiosi testamenti lineæ descendenti,atq; ascendenti datur, transuersali aūt,aut aīs vltra primū gradum nō,nisi germanus sit primi gradus. Et testm̄ inofficiosum rescinditur quasi quadam demētia celebratū videatur.& qui testm̄ inofficiosū dicit,cām allegare dēt,& pbare.& n̄ solū aduersus testm̄ paternū agit,sed ēt maternū.h.d.vsq; ad l.posthumus. † No.primo liberis exhæredatis querelam inofficiosi cōpetere ad testī rescissionem,quod intellige verū in liberis legitimis & naturalibus.Naturales tū filij exhæredati,vel præteriti ius rūpēdi, aut nullā testm̄ dicendi non habent.Gl.sing.alle.j.de contra. l.j.in prin.cui adde ɔsociā. C.ad Orfi.l.si qua illustris. quod intellige verū ɔ testm̄ maternum, cum.n.testm̄ naturales exhæredati inofficiosum dicunt.j.eo l.si suscepta,§.de inofficioso. Item præsentis l.regula locum habet ēt in filiis non a principio legitimis,sed solum legitimatis,quia & illi testm̄ rumpunt, & nullū dicunt.j.eo.l.suscepta.§.de inofficioso, quemadmodū nati legitimi,de quo hic Ang.alle.gl.in Auth.quib.mo.na. effi.legi. §.illud.et j.ego vero casum in Auth.de ince.nup.§.dubitatum. ad fi.No.in ver.cognati.fratres tm̄ primi gradus, & non alios trāsuersales habere ɔ testm̄ fraternū inofficiosi querelam, qđ intellige verū turpi persona hærede instituta, & non aliter, vt C.eo.l.fratres.Sed dubium est,an filius ex fratre ɔ testm̄ auunculi querelam inofficiosi instituere possit si exhæredatus sit.in quo recurre ad l.fratres.C.eo.& ad plenum gl. Insti.eo. §. non tm̄.Illud tū est notan.quod dixit hic Ang.fratrem fratri ab intestato non succedere,si aduersus eum ingratus extitent, allegans pro hoc gl.expressam, quæ nō est alibi fm eum in Auth. de nup.§.ingratitudinem . per quam ita dicit se consuluisse in opulenta hæreditate. ad quod ēt bene facit gl. extra de postu. c.si.Sed aduertendū,ꝙ ipse male ɔsuluit.& gl.peius dixit,& ,p bo ex duobus.Primo per casum de broca dicentem,ꝙ ingratitudo non obstat vni cognato alteri cognato ab intestato succedere volenti.hic est casus rotundus,ɔ quē miror tātos Doc. dixisse j.vnde cog.l.cogn. secū lo,quia si speciale est in patrono,vt illi obstet ingratitudo,qñ succedere vult liberto ab intestato,vt est casus.j.de iurepa.l.cum patronū.§.pe. cum l.seq.ergo in aliis in ɔriūm est ius cōe. & hunc passum bene no. quia de eo alibi non fit mentio,q̄ hic,per Ang.& me.No.ex eo.ver. gl.ord.in ver.qui sunt.ꝙ appl̄one fratris in dubio intelligimus de fratre primi gradus,& non secundi,& consequenter nō de consobrino,nec de aliis. Et per istā refert do.Bal.se consuluisse in q.statuti cōiter dicentis per Italiam, ꝙ frater excludat sororē a successione &c.qm̄ intelligitur de fratre gradus primi, nō aūt secundi,hoc aūt ipse nō dixit hic,sed in c.j.de feu. March. in vsi.se.in l.iubemus.in fi.C.ad Treb.licet ego in ciuitate Florentiæ aliter obtinuerim & ɔsulens & allegans pluries. Dupliciter tū versit gl.hæc limitanda . Primo. ꝙ fallit eo casu, quo loquimur in depositionibus testiū,a quibus verbū frater,prolatum tam in primo,q̄ in secūdo gradu verificari pōt, vt not.dixit Bar.in l.Lucius.§.q̄sitū.de le.iij. Secundo vbi sumus in materia fauorabili.in qua eadē sit rō & in fratre primi,& in fratre secundi,& vlterioris gradus,qm̄ tunc ratione identitatis de stricta ad latā significationē vocabuli verba extendimus,vt no.gl. or.in auth.minoris.in verbo,curationū.C.qui cu.da. pos. & in auth.vnde sumitur.& in clem.i.in ver.eligatur.de elec.No.in l. hoc colore.ꝙ mediū ɔcludendi in libello.in quo deducitur q̄ rela inofficiosi,est dicere testm̄ quasi a furioso factum,ex eo qa ɔ debitæ pietatis officiū is,q instituendus erat, exhr̄datus fuit. †No.secundo in ver. recte.iuncta gl. differētiam inter verbum recte,& rite. Recte.n.significat iustitiā,rite vero solēnitatē. Idē probatur s.de iud.l.recte defendi.j.si cer.pet.l.prima causa. in ver.recte iūcta gl.ad idem.j.de ɔtab.l.nō putauit.§.nō quęcun. No.in l.non est.n.consentiendū non esse nouercalib. maliciis. atq; blandimētis, sicut & alias obuiatur ɔcubinalibus adulationibus.C.de do.inter vi.l.ij.No.ex eo.non iustā censeri, neq; rectam patris voluntatē nouercali instigatione, nec non blādimento aduersus filios factā.& hoc procedit,vbi ,pter illos cōtingit patrem exhæredari. Quid aūt si pp blandimenta cōtingeret illud magis,quod filio relinquere intendebat,patrē vxori suæ reliquisse,an ista vltima voluntas possit impugnari? dic ꝙ non.Licet.n.blandiri,vt a testatore cōmodum sentiam.ff.si quis ali.test.prohi.l.vlt.quod tū verū non intelligas in iis,q cōne administratiōis alicui necessario officio præponitur. Quid enim si tutor videt testatorē velle relinquere, verbis blādis inducit ad relinquendū, an tunc recte faciat vel pupillo teneat? recurre ad gl,or. hic quærenti. C. arbi.tu. l.quanq̄ & quod plene no.j.ad municip.l.Titio.cū si.Quid in prælato seu sacerdote,si dum videt testatorē ecclesiæ suæ relinquere, eundē instigat & inducit,vt relinquat sibi,an tūc ecclesiæ reddere teneat. recurre ad gl. sing.xij.q.iij.in c.quicūq;.Illud tū nota excōicationis vinculo astringi ipso iure illos,qui remouent testatorib. propositū ecclesiæ relinquendi.tex.est sing.de priui.cle.j.§.gb. Sinaūt qs dolo vsus fuerit aduersus quē testantē, qualiter tunc aduersus eum succurretur. Dic,vt in l.j.& ij.ff.si quis ali.test.,p. & illud ēt no.ꝙ dolo inducens testatorē ad quid sibi relinquē dum si petat doli exceptione repellitur.tex.est solēnis in l.j. in fi.j.de doli excep.No.in l.nam & his.ꝙ non solū ɔ masculinæ lineę ascen dētes,sed ēt aduersus matrē cōpetit querela inoffi. No.in ea.l.iij.§.huius aūt verbi. † agentem querela inofficiosi ostendere debere, se ex nulla iusta causa a testatore exhæredatum fuisse,quod hodie correctum est,quia hæres institutus ,pbare compellitur cām,ob quam testator motus est ad exhęredandū,fore iustā,vt est casus C.eo.l.oimodo.Quæ aūt sint causæ pp quas quis iuste possit priuari,recurre ad auth. non licet. C.de lib.præt.& in Auth.vt cum de app.cog. in §.aliud quoq; capitulum.Cano. extra,de iureiu.c.Quintauallis. No.ex ea.gl. or.in ver.præteritū.q̄ docet quis dicatur pteritus,& quis exhæredatus,& istam tene.probatur in l.si filius.j.de min. & p l.pe. C.de fideic.l.licet sit secunda ɔria,& non bona.C.de lib.pręte.l. maximum vitium.&ad istius declaration .m vide gl.aliam in Auth.

Authentico, de hęredibus & falcid. §. exhæredatos.

LEX VI. & VII.

Posthumus. Posthumus exhęredatus age re potest querela inofficiosi testi eo casu quo, ageret iam natus. Et testamenti rescissio tanquam inofficiosi per iudicem facta ad postulationem ius non habentis ius non habenti prodest. Et querela inofficiosi testamenti ita demum transmittitur ad hęredes, si sit p̄parata.h.d.vsq; ad l.Papinianus. No.i. ꝙ olim posthumis poterat exhęredari,licet hodie ꝯ sit, per l.si quis in suo.§.legis.C.eo.No.in vers.simili modo.ꝙ natus ex vētre matris secto. si se exhęredatum reperiat,aut pręteritum , querelā inofficiosi habet . Ipse enim filius est, vt cęteri. vt j.de liber.& posthu.l.quod dr̄. j.de ver.sig.l.anniculus. §.fin. Ea tñ declara ꝑ in l.si mater.C.eo.ti.No.ij.eam,quę pręgnans moritur,scindi posse,vt inde partus abstrahatur,quinimo nec prius potest sepeliri,ꝗ ita sit factum, vt j.de mor.infe.l.ij.vbi est casus notab. No.in §.si quis.ꝙ illis demum competit ius testm̄ rumpendi. Ad idem j.de contratab.l.si post mortem.§.exhęredati. No.ex e.ꝙ rescissio testamenti facta per viam querelę eo agente, qui ius habet, prodest ius hn̄ti, secus tñ si eius testi rescissio fieret per bonorum possessionem contratab. quia tunc hoc locum non hr̄et, vt eleganter voluit Bal. C.de fideicom.liberta.l.vlt. §.sed si.Vide ad intellectum huius §.l.ij.C.de iureiu. No.in §. si quis instituta.quod ita demum hn̄s ius querelandi,illud ad hęredes transmittit,si pręparata ipsa querela decesserit,hoc tamen declara per l.si quis filium.& l.scimus.in fi.e.tit.Item no. ij.gl.hic quęrentem, an rescindens testm̄ per querelam videatur hęreditatem adire. dic,vt no.j.de bo.possess.l.cum quidā. & C.de repu.hęre.l.sicut.No.vlt.hic cum l.seq.qualiter ipsa lis super querela inofficiosi testamenti dicatur pręparari.

SVMMARIVM.

1 *Exhæredatio iniuria dicitur, similiter & præteritio.*
2 *Iudex an possit terminum procedendi statuere in ciuilibus causis.*
3 *Institutio principis non excludit filium a legitima, seu iure querelandi.*
4 *Querela non instituitur contra militem ad testamenti rescissionem.*
5 *Testamento paterno in totum rupto,an etiam rumpatur qualibet substitutio.*

LEX VIII.

35 de Dy.quærit†quid est fides? & est gl.in rub.de sum.tri.& fide cath. quod est firma credulitas. sed ille, qui habet creditorem sub conditione, non habet firmam fidem, imo habet dubiam ẽm Richar.de Sali.quia ille, qui est creditor sub conditione, titubat, & sic non dicitur creditor, quo ad etimologiam vocabuli. Sed concorda, quod aliquando quis est creditor sub conditione, quæ est de certo extitura, quandoque est creditor sub cõditione, cuius euẽtus est dubius. Et primus creditor dicitur verus creditor, siue purus, vt l.si pupillus. §. qui sub conditione.j. de noua. Secunda ratio, quia qñ quis sum creditor sub conditione, aut euentus est certus, tunc habeo spem firmam & fidem, non autem dubiam. Sed ille qui habet firmam fidem, est verus creditor, & in hoc resonat dictum Barro. Aliquando loquimur in creditore sub conditione, cuius euentus est dubius, & tunc sit verum dictum Dy. & Richar. de Sali. per sua iura. In glo.fi.dic pro introitu, quod imo nomen rei, non est generale, vt l.si rem.s.de rei vendi. vbi verbum, res, ponitur pro specie, nõ autem pro genere.glo.dat duas sol. Et scias, quod illa.l.si in rem. ponit formam libelli in rei ven. Prima solu.non est bona, ideo gl.transit ad secundam, quæ vera est, & communiter tenetur. Tamen dic, quod aliquando res accipitur multis modis, vt s.di-
36 ctum est in gl.o.Vltimo facit ad vnum, † an fideiussor sit creditor? Bar. hic quod sic, secundum Gui. de Cu.per l. blanditus.C.
37 de fideius.& l.& magis j. de solu. de hoc dic per eum. Et†facit ad vnam qstionem secundum Bar.an fideiussor dicatur reus? dic, quod aut fideiussor dicitur reus quo ad largam significationem, & tunc dicitur, vt l.Stichum.§.quod vulgo.in verbo, duntaxat.j.de sol. Sed quo ad strictam nõ dicitur reus, qui est principalis. Pro hoc facit l. potest agi.§.i.j.de fideius.in verbo, loco rei. Pro hoc facit adhuc l.illud.de fideiusso.in uerbo, fidus. Ex
38 hoc infertur, † quod verba statuti non habent locum in fideiussore, quæ loquuntur de reo in odiosis, forte secus in fauorabilibus. Sed nunquid fideiussio sit contractus? Bar. dicit quod non, per l. Labeo.§.contractuum.j.de verbo. signi.

SVMMARIVM.

1 *Mutuum ad sui substantiam quid requirat.*
2 *Contractus diuersæ species ex eodem facto non possunt resultare.*
3 *Contractus precarius quid sit.*
4 *Mutuum in quo differat a commodato.*
5 *Emptionem atque uenditionem non posse circa precium pecuniamque numeratam contrahi.*
6 *Mutuum, an irritetur si illa eadem pecunia restituatur, & an illa decem, quæ data sunt, possint reddi creditori uolenti.*
7 *Contractus nominati, & qui innominati sint.*
8 *Conuentio, qua quid datur, vt illud idem reddatur in quam speciem contractus cadat. & 9 vsque ad. 14 vbi facit quatuor membra.*
10 *Locaui rem pro tribus saccis frumenti, non autem in pecunia numerata, an superueniente sterilitate, debeat fieri remissio.*
13 *Depositum dupliciter dici, & idem negotium posse in uarios contractus incidere.*
15 *Dare, quam naturam habet. Et qui speciem debet, si dicat, promitto tibi pro decem centum, num tunc emptio censeri debeat.*
16 *Dictionem, aliquando, uarie significare.*

LEX II.

MVtuum. Mutuum contrahitur sub spe recipiendi, non id quod datum est, sed idem in genere. hoc dicit. Vel sic. ex mutuo nõ oritur obligatio ad idem in specie, neque ad diuer-
1 sum in genere, sed ad idem in genere. h.d. No.quod†ad essentiam mutui vnum requiritur negatiuũ. s.vt non agatur, idem reddi in specie. Item requiruntur duo affirmatiua. Primũ, vt agatur idem reddi in genere eo, quod datum est. Itẽ quod reddatur eiusdẽ qualitatis, vt l.cum quid.j.eo.& Insti.eo.§.j.& l.j.de act.& obli. j.No.quod idem sumitur primo in specie, secundo accipitur in ge
2 nere, in ista materia. Tertio no.in verbo, alioquin. † quod ex eodẽ facto non possunt resultare diuersæ species cõtractus, & istud est intelligendum secundum Rayn. quando istæ diuersæ species essent natura repugnantes adinuicem, vt hic, & probatur ex generalitate.l.si ancillam.infra pro suo. Secundo probatur in l.si quis ante.§.Pomponius.infra de acquiren. posses. Secus si essent duo contractus non natura adinuicem repugnantes, & moderni allegant Doc. in l. in bonæ fidei. C. de pac. vbi ex eodem facto possunt oriri duo contractus, secundo allegant, quod no. Cyn. in l. hac consultissima. C. de testamen. Sed de hoc est tex. in l. Aristo.in princip.infra de dona. vbi est partim contractus nominatus, & partim contractus innominatus. Secundo allego tex.in d.l.si quis ante. §. idem Pomponius. Tertio allego tex.in l.non solum.§.fi.infra de vsur. Facit l.tenetur. §.secundaria, infra de act.emp.& l.si vir vxori. infra de præscri.
3 ver.†Quid†sit contractus precarius? & dic quod quandoque quis concedit rem alicui ad vsum vtendum ad tempus terminatum. Item quando vnus confitetur se precario possidere, vt j.de precario.per totum. Contractus locationis est, quando
4 interuenit merces. †No.drĩam inter cõmodatum, & mutuũ, quia commodatum est, quando oritur actio ad repetendum

id,

Id,quod est datum in specie. Ex mutuo aūt oritur actio ad idē in genere. Et sciendum ꝙ interdū ponitur commodatum pro mutuo, vt l.ij.cum gl.C.de his quæ ex pub.ratio.li. x. & ibi Bar. in gl.i.ibi,quidam vt Azo. Pro opi. Azo. potest induci tex Insti. quib.mod.re ↄ̃.obliga.in §.i.ergo si non aliæ. Sed ille idem nō est mutuum,sed Accur.tenet ↄ̃rium In eadem glo. ibi. l. pre- 5 cij causa. Ista l.multum facit ad hoc. Quia † certum est, ꝙ emptio & venditio non pōt ↄ̃hi sine precio & pecunia numerata,vt l.ij.§.precio j.de contrahen.& Insti.de emptio. §. preciū. Sed si ex postfacto sum contentus,ꝙ soluas, ꝙ talis est contractus emptionis,& hanc partem glo.sequitur gl.Insti.e.in prin. Sed aliqui moderni hic vacillāt. Sed ad declarationem huius 6 glo.quærenda sunt tria. † Primo an stante validitate mutui,ille contractus mutui irritetur, si illa pecunia eadem restituitur? Et primo,quod non,vt l.pactum. j. de regu.iur. licet superueniat aliquis actus contrarius,& facit.d.l.precij cā. Secundo an stante validitate mutui possint reddi illa decem , quæ data sūt creditori uolenti?& certe ꝙ sic,per l cum a quo , & l. manifestissimi.C.de solutio. Tertio,an stante ualiditate cōtractus mu- a tui,possint [a] reddi mutuo creditori illa decem?& primo quod sic.probatur per istum tex.ibi,& idem in genere . Sed certum est ꝙ si reddantur illa decem, redditur idem in genere. Secundo probatur,& fortius,quia inuito creditore,quando eius creditoris nihil interest sua,potest solui pecunia in alia forma , q̄ data sit,vt l. Paulus respondet.j.de solu.in glo. ergo multo fortius eadem. Tertio probatur ratione , quia licet de rigore iuris , qñ quis est obligatus in genere rei , potest soluere illa.x.in genere,& illam rem,quæ tempore obligationis erat , tñ.secus de æquitate,vt in l.Stichum.j.de solu. Quarto , quia licet non possit solui inuito de rigore,sed de æquitate pōt. Et dico plus, quod si non essent rationes,ꝙ posset teneri opi. Azo. & posset responderi ad tex.allegatum per gl. Et primo ad tex. Insti.quibus mo.re ↄ̃hitur obliga.in prin. Quod quandoq;, ibi denotat tempus.non autem casum,& sic ibi , quandoque, ponitur ad verbum,reddantur,tanq̄ tempus. Et scdm istum intellectum est casus singula.pro gl.in l.si pœnam.j. de verbo.obliga.quam Dyn.sequitur. Item dicendum ꝙ opi.Azo.potest saluari alio modo,videlicet,ꝙ esset pactum,ꝙ incontinēti illud idem reddatur,& quod ita sit,est gl.in d.l.si pœnam. j. de verbo. obliga. insti.quib.mod.re contrahi.obliga.in princi. Et ad istud, & ad declarandam istam gl. & ad concordantiam , dic , ꝙ aut illa pecunia,quæ restituitur incontinenti, restituitur per pactum, & tunc non fit mutuum,vt Insti.quib.mo. re contra.obliga.in prin. Si vero restituatur,non per pactum,tunc fit uera opi.Ac- 7 cur.In glo. † super uerbo.alioquin no.pro intelligentia,ꝙ contractus nominati sunt illi , qui habent nomen elegans a iure, vt mutuum,& commodatum. Aliqui sunt ↄ̃ctus innominati, & isti sunt quatuor,& dicitur in l.naturalis.j.de præscrip.verb. & isti sunt,do vt des.facio vt facias, & facio vt des , & do vt facias,& isti non habent nomen elegans,sed in suis terminis & finibus,in quibus partes voluerunt,permanēt. Et sic sunt quædam conuentiones sine nomine. Ex hoc Barto.sumit quatuor 8 distinctiones,quæ multum indigent suppletione . † Et primo cum quid datur , vt illud idem reddatur , dñium tamen non transfertur. Quærit Bar.in qua specie contractus cadit ista cōuentio? Et expedit per tria membra,ꝙ aut quid datur causa custodiæ,& istud est depositum,vt j.deposi.per totum , & l.i §.is quoq;.j.de actio.& oblig.& Insti.qui.mo.re contra.obliga.§.is quoq;. Quod limita,nisi interueniat merces , quia est ↄ̃tractus locationis,vt l.j.§.si vestimenta.j.deposi. Secundo limito , nisi depositio fiat per uerba mandatum importantia, vt l.j.§.si rē. j.de præscrip.verb.in l.si te rogauero.j .deposi. quia tunc est ↄ̃ctus mandati.aut illud,quod datur , datur gratia certi vsus , & istud est commodatum.j.commo.per totū , nisi limitata traditio rerum mutuo adinuicem facta fuerit,vt l.j.§. si rem.j.de præscript.verb. Item limito,nisi quando præstatur vsus rei, interueniat merces in pecunia numerata,& tunc non commodatum,sed est,aut locatio,aut contractus innominatus, vt l.si tibi areæ. j.de præscrip.ver. Item limita,quando non esset certum,an res commodata debeat restitui , quia tunc est contra- 9 ctus innominatus,vt l.fi.j.de præscrip.verb. † Aut res datur ad incertum & indeterminatum vsum , & tunc non resultat cōmodatum,sed p̄carium,ꝑ no.in l.in commodato. §. possunt.j. commo & no.in l.ij.C.commo.& l.Lucius.j.depo. vñ si commodaui tibi ad vsum incertum , tunc nō resultat commodatum.Sed quid si est dubiū,an cōmodaui ad certū, vel incertū? Bar.dicit,ꝙ resultabit ↄ̃ctus innominatus, q̄a vbi dubitatur de ↄ̃ctu,tunc est ↄ̃ctus innominatus,vt l.si gratuitam. in prin.j.de præscrip.verb.& l.j.j.de æstima. act. Vñ sciendum,ꝙ qñ datur res,vt illam reddam,tunc pōt esse ↄ̃ctus locati, quoties interuenit p̄cium in pecunia numerata , vt d.l.j.§.si vestimenta, sed si interuenit merces,nō,vt pecunia,sed vt species,tunc est cōtractus innominatus,vt l.ꝙ si tibi aliena.coniuncta.l. naturalis.§. j.j.de præscrip.verb.& d.l.j.§.si uestimenta.Item si interueniat alia res,tunc est ↄ̃ctus innominatus . Vel ex postfacto , vt si deposui penes te aliquid,vt aliud mihi restituas . Ex quo resultat aliud ad illud, qñ ratione sterilitatis debet fieri remissio mer- 10 cedis,vt propter sterilitatem loci. Sed quid, † si locaui rem pro tribus saccis frumenti.non aūt in pecunia numerata , an si superueniat sterilitas debet fieri remissio?& certe non,quia proprie non est locatio,vt dicit Spe de loca.in § postq̄.ver. porro. b Sed istud reprobatur per Bald [b] in l.j j. loca. Sed certe dictum Spe.est uerius. Item potest esse cum quid datur,vt idem reddatur,cadere in contractum mutui. hoc uerum , quando pro re restituenda ueniat opera gratuita.& tunc est mandatum,vt d. l.si tibi areæ.j de præscrip.ver.& l.i.j.man. Item potest esse contractus innominatus,vt si de si tibi rem inspiciendam,vt l.si rē inspiciendam,& l.apud Labeonem. & l. si gratuitam. §.i j.de præscr.ver. Item potest esse pignus,vt l.j.§ creditor. j. de act.& obli.& Insti.qui.mo.re contra.obli.§.creditor. Secundo mem- 11 bro.quando † dominium trāsfertur,cum quid datur, in quem contractum resultat?& dicit Bar.ꝙ in contractum innominatum,vt l.naturalis.§.i.j.de præscri.ver.& l.si tibi areæ. & ita trāsit Bar.Sed dic,ꝙ potest esse contractus dotis, vt l.doce ancillā. C.de rei ven.& de rei vxo.actio.l. vnica.§.exactio. cum similib. Item potest esse ↄ̃ctus conductionis & locationis , & hoc hēt locum quando locatio fit non ad modicum tēpus, sed ad longum,quia transit dñium temporaliter,vt l.fi.C.si ager vecti.& l.fi.s.de pac.pigno.C.& l.non solet.j. loca. Vñ si loco tibi rem pro uiginti annis,tunc transferatur dñium temporaliter,& tñ illud idem debet reddi finito tpe,& sic est ↄ̃ctus locationis. Itē potest esse ↄ̃ctus emptionis & venditio. vtputa si vendidi rem, vt illam venditam mihi post biennium reuendas , vt l ij.C.de pact.inter emp.& vendi.l.tenetur.§. si area.j. de actio. emp.& 12 ex hoc sit expeditum secundum membrum . Tertio cum † qd datur,cum non reddatur illud idem,sed illud in eodem genere,& dicit Bar.ꝙ est contractus mutui , vt hic . Adde ,ꝙ potest cadere in plures species contractuum . Et primo in contractū permutationis,vtputa, quando datur una species , vt non reddatur idem,sed aliud in genere,& intelligo extra illas.q̄ non recipiunt functionem,vt l.i.C.de re.permu.& l.naturalis.§.i.j.de præscrip.verbis.vtputa,qñ datur homo &c.& sic est ↄ̃ctus permutationis,vt l.j.§.quandoq;.de re.permu. Et ista fuit conside- c ratio Rapha.[c] Item potest esse species contractus innominati. Pone,ꝙ do vnam rem,quæ consistit in pondere , numero, vel mensura, & pactum sit, ꝙ restituas mihi in alio genere,& tūc non est mutuum,vt hic,& Insti e in prin. & sic no erit mutuū, sed ↄ̃ctus innominatus,vtputa cū mutuo tibi vinū vetus, vt restituas nouū,tunc non est mutuū,vt l.cum quid. j. eo. Sed pone, ꝙ mutuo tibi rem , quæ consistit in pondere. numero,vel mensura,& debet reddi aliud eiusdem generis,& qualitatis & tunc potest esse cōtractus dotis,vt l.res in dotem j. de iure do- 13 ti. Item † potest esse depositum,& ad hoc scias,ꝙ duplex est depositum. Primo,quando datur,vt idem restituatur. & tunc est vere depositum . Si vero vt reddatur tantundem , tunc est depositum improprie,vt l.dies,& l. Lucius.j.deposi. Et ratio,quia excedit fines depositi,vt l.certi.§.fi.j.eo.cum l.seq. Item potest esse contractus locati,vt l.in naue.Infra loc. Item in casu illius legis potuit esse contractus mandati,quia ille Saupheius posset conueniri act.mandati,vt restituatur granum. Item potest esse contractus innominatus,vt l.ꝙ si aliena .j.de præscrip. ver. Vlterius aduertendum , ꝙ potest esse contractus commodati. Pone,ꝙ ad pompam faciam mihi mutuari plures pecunias a multis, & pono omnes simul , quia tunc istud est permissum, vt l.3.§.fi.infra commo. Nam certum est , ꝙ debeo restituere tantundem,quia impossibile esset cognoscere pecuniam omnium,vt d.§.fi Sed istud videtur falsum per l.ij. C. commo.& l.in commodato §.possunt.j. commo. quia licet partes baptizauerint hoc nomine commodo,nihilominus est contractus innominatus,vt l.si insulam.j.de præscrip. ver. Quia ibi inspicitur species ↄ̃ctus,non autem verbum ↄ̃hētium. Vnde si ego dedi pecuniam ad pompam,videor dedisse, vt restituas mihi. Aut commodatam,q̄uis sint vlæ partes hoc nomine, cōmodo. Et ratio,quia excedit naturam commodati. Quia cōmodatum debet esse gratuitum per l.si rē.§.i.j. de præscri. ver. & ita videtur contra dictum Rapha & respondeo ad ius allegatum, ꝑ quod facit aliud ad singularia pecuniæ , & ad l.in naue Saupheli,respon.ꝙ non est verū , ꝙ posset extendi id, qđ dicitur in locato,ad commodatum . Vlterius, secundum potest incidere in contractum pignoris , vtputa quādo mutuo tibi librum, cū hoc,vt pignus mihi des, sed istud est falsum , q̄a non habui librum , dedi pecuniam , vt tu emeres , & pignus mihi dares. Vnde

ADDITIONES.

a ¶ Possint. Dic quod communis opi. Docto.est,ꝙ sic,vt hic per eos . Hieron. Chuch.

b ¶ Bal. Adde tu,ꝙ cum Baldo transeunt hic moder.

c ¶ Raphaelis. Idem Ange. & Aret.

Vnde ſi tu non emiſti librum,ſed in alios tuos vſus cõuertiſti, an aũt iſte ſit ↄ̃ctus nominatus, vel innominatus . In hoc fuerunt variȩ opi.Sed dic,ꝙ erit ↄ̃ctus innominatus,quia ſi in conuentione adiicitur aliquid qđ facit incidere in alium ↄ̃ctum, ꝙ tunc inſpicitur ſpecies ↄ̃ctus, non autem verba contrahentium,vt l.ſi donatum ĵ.de donar. cau.mor. Vnde ſi dixerim,do tibi pro pignore iſtos denarios , vt tantundem reſtituas , quia tunc eſt ↄ̃ctus innominatus,vt probatur in d. l. ſi donatum. Vl-
14 terius eſt quartum membrum † .ſ. quando redditur aliud in genere diuerſo.Bar.plene locutus ſuit,quia aut agitur,vt detur vna ſpecies pro alia ſpecie,& iſte eſt ↄ̃ctus nominatus permutationis,vt l.naturalis.§.j.ĵ.de præſcript.ver. & l. quoniam.§.i. de re.permu. Limita tu,niſi illud ꝙ datur in ſpecie fuerit datũ loco partis,pro alia ſpecie,quia tunc participat de natura emptionis,vt l.j.C.de re.permu.quæ ſing.eſt. Aut agitur,ꝙ detr̃ genus pro genere,aut genus pro ſpecie,& tunc eſt contractus innominatus,vt l.naturalis.§.j.ff.de præſcrip.ver.& idem qđ no. gl.in l.j.C.de re.permu. Ex iis no. differentiam inter contractũ permutationis,& cõtractum innominatum.Aut agitur,ꝙ detur quantitas pro ſpecie,& tunc aut agitur,ꝙ ex vtraque parte detur,& tunc eſt ↄ̃ctus innominatus,vt l.fi.ĵ.de condi. ob cau. Aut agitur, ꝙ ex parte eius,qui debet quantitatem , detur , & tunc trãsfertur dominium.Aut tradit ille, qui debet ſpeciem, & tũc eſt ↄ̃ctus emptionis,vt l.ex empto.§.emptor.& l.j §.emptor.de actio.empti. Aliqñ agitur ex parte eius, qui debet genus,ꝙ det,& tunc eſt ↄ̃ctus emptionis,vt l.qui concubinam.§. hȩres.de legatis.3.& l.ſi domus.§.de emptione.ĵ. de lega.ij.Limita,ꝙ aliqñ agitur ex parte eius,qui vendit, ꝙ emptor det ſi-
15 bi pecuniam,& tunc emptionis ↄ̃ctus,quia † de natura dare,eſt dominium transferre,vt l.vbi autem non apparet.ĵ. de verbo. ſigni.& l.non vr̃ data. ĵ. de regu. iur.Ita no. Bar.in l. ſi de condic.ob turp.cau.Sed quid ſi ille,qui debet ſpeciem , dicit promitto tibi,pro decem centum,an erit ↄ̃ctus emptionis? & certe ſic,ſm Barto.Sed non eſt verum,per l.ſi ita diſtrahatur.§.i.ĵ. de ↄ̃h.emp.& l.ſi filius.§.fi.ĵ.de verbo.oblig.Et limita illud qđ dr̃,ꝙ qñ datur quantitas in genere , ſecus autem ſi ſpecies,per l.naturalis.§. in coeundo.ĵ.de prȩſcri.ver.& l.j.§.ſi permutatio. ĵ.de rer.permu.Sed pone,ꝙ dem aliquam ſpeciem pro quantitate,an ſit cõtractus locat.vel emptionis. In hoc dic præſumi ex precio , quoniam ſi pecunia data eſt condigna &c. vt dicit gl.in l.j.circa prin.ĵ.de ſuperfi.Item adde, ꝙ quãdo datur quãtitas pro ſpecie,ꝙ tunc poteſt eſſe contractus locationis , vt ĵ. loca.per totum.Item qñ datur ſpecies pro quantitate,qa tunc eſt contractus locationis,vt l.in operas.ĵ. loca. Item poteſt eſſe contractus emphyteuticus,vt patet in ti.C.de iure emph. Vlti-
16 mo † no.de dictione,alioquin.ꝙ dictio alioquin, eſt dictio ſeparatiua.Aliquando enim ponitur pro aliter, vt l. alioquin.ĵ.de contrah.emp.Aliquando denotat cõtradictionem, vt no.Bar. in l.j.in 4.col.ĵ de condi.& demonſt.

S V M M A R I V M.

1 *Mutuum in quibus conſiſtat,& quid requiratur ad hoc , ut conſiſtat in numero.nume.8.*
2 *Pondere,numero vel menſura,conſiſtentia ad inuicem functionem recipiunt.*
3 *Solui aliud pro alio inuito creditore non poteſt.*
4 *Genus qualiter diffiniatur.Et ſpecies quam varie ſumatur .*
5 *Mutuanti frumentum ad menſuram. an poſſim reddere pecuniam in numero, & an pro illo,qui debet mihi reſtituere frumentum , poſſit recipi fideiuſſor aſtimationis.*
Et an in obligatione dandi poſſit fideiuſſor interuenire.
6 *Argentum ad pondus ſi accepero,an potero reddere pecuniam .*
7 *Argenti appellatione non venit pecunia.*
9 *Mutuum an conſiſtat in homine,qui ponderetur.*
10 *Mutuum,an conſiſtat in operis,quæ numerantur .*
11 *Mutuum an conſiſtat in pane .*
12 *Solui aliud pro alio inuito creditore,an & quando poſſit,& nu.13.*
14 *Debitor,an poſſit ſoluere poſt tempus,ꝙ promiſit inuito creditore.*
15 *Creditor an cogatur recipere in alio loco quam promiſſum eſt.*
16 *Nummus vnus an poſſit reddi pro alio nummo in diuerſa materia.*
17 *Conditiones contra naturam principalis contractus,an vitient,vel uitientur.*

1 §.Mutui datio. † Mutuum conſiſtit in his,quæ põdere,numero, vel menſura conſiſtunt,in aliis vero non . Quia in eis aut repugnat natura rei, aut regula iuris.quia inuito creditore aliud pro alio ſolui non
2 poteſt. † No.quæ conſiſtunt in pondere,vel mẽſura, vel nume-
3 ro,recipiunt ad inuicem functionem. † Secũdo no.ꝙ aliud pro alio inuito creditore non poteſt ſolui,vt l.eum a quo. & l.manifeſti.C.de ſol.Et venio ad primam gl.quȩ ſic recitatur.Certũ eſt ꝙ regula,quæ datur a iure debet eſſe generalis . Sed iſta non eſt generalis,ergo &c.Sed dic. vt in gl. Et ex hac glo.no.ꝙ vbicunq; comparatiuum ponitur inter incompaſſibilia , ſtat
improprie.Item no.ꝙ dictio magis , aliqñ ſtat electiue , vt hic,
4 & l.& magis.ĵ.de ſolu.Iſta diffinitio † de genere, etiam ponitur per gl.Inſti.de iure natu.gen.& ciui.§.i. vnde dic ꝙ Iuriſcõ.hec nomine generis vtitur proprie, vt l.Iuriſconſul.§.j.ĵ de gradi.& Inſti.de oblig.§.j.Aliqñ ſumitur improprie, vt hic, & l.generali.ĵ.eo.Species autem aliqñ accipitur pro tempore, vt hic. Aliqñ accipitur pro pulchro, vt l.proponebatur.de iudi.Aliqñ ponitur pro qualitate, vt l.edita.C.de eden.Aliqñ pro caſu, vt Inſti.de his qui lib.cau.bo.ad.§.fi.Aliqñ accipitur pro forma apparente rei, vt Inſti.de rer.diui.§.inſulam . Aliqñ ſumitur pro velamine, vt C.de poſtul.l.ſub ſpecie.In ea. glo.ibi , ſed quid ſi accepero pecuniã,& huius eſt ratio,quia qñ ↄ̃hitur debet reddi illud,ꝙ eſt eiuſdem generis,igitur . Iſtud verum ſm Barr.ex neceſſitate,quando nõ habet pecuniam, & vult reſtituere frumentum,de quo in glo.fi.ĵ.eo. Ex quo ſumit Iacob.de Are an
5 † mutuanti frumentum ad menſuram poſſim reddere pecuniam in numero.& tenet ꝙ ſic,per l.vinum ĵ.eo.& l. ratio.§.p
a venditorem.ĵ.de ↄ̃h. emp.ſed Bar.[a] tenet ↄ̃trium , quia inuitum pro alio inuito &c vt l.eum a quo.& l.manifeſti. C.de ſol. Et reſpondet ad Iac.de Are.quia loquitur qñ pp moram. In hoc aduertendum,nunquid pro illo,qui debet mihi reſtituere frumentum,poſſit recipi fideiuſſor æſtimationis . & dicit ꝙ ſic,p l.ſi ita fideiuſſorem.ĵ.de fideiuſ. Sed quid operabitur iſta fideiuſſio? dico , ꝙ operabitur , quia poſt moram ipſius debitoris poterit condemnari in æſtimatione,ſi non reperitur frumentum eiuſdem æſtimationis,per l.ſeruum.ĵ.de verbo. obli. Sed illud eſt falſum,quia in obligatione dandi durat enim obligatio dandi,licet ſi non reperiatur illa res,quæ debetur,tamẽ officio iudicis æſtimatio debetur,per l.vbi aũt non apparet.& §. fi.ĵ.de verbo.obli.& ſic fideiuſſor obligatur alia obligatione,ĝ principalis,& ſic fideiuſſio eſt nulla per d.l. ſi ita fide & l.Grȩce §.ſi portio ĵ.de fideiuſ.Sed poteſt ſaluari hæc opinio in vno videlicet in obligatione facti, vt l.ſtipulatus.§ eſt opus.ĵ.de fideiuſ.Vnde conclude,ꝙ in obligatione dandi,nõ põt eſſe fideiuſſor.Sed in obligatione facti,poteſt eſſe fideiuſſor, per l.ſtipulationes non diuiduntur.§.i.ĵ.de verbo.oblig.& d.l. ſtipulatus.§.
6 eſt opus. † In ea.ibi,item quid ſi accepero.hanc opi. Hug. Iaco. de Are.Iac. But.& Cy.in addi.ſequuntur. Et rõ eſt,quia nõ eſt licitum facere conditionem creditoris deteriorem , vt l. Paulus reſpondit.la.j.ĵ.de ſol. & l.fi.ſ. de vſu & habi. vbi ſi aliquid fit ↄ̃ uoluntatem creditoris,etiam ſi fit in eius vtilitatem,tñ dicitur deteriorem facere conditionem ipſius, ex quo fit contra
b voluntatem ipſius creditoris. Alia fuit opin. glo. Batt.[b] enim vult conſiderare.ſ.quod aut creditori,qui mutuauit, puta argẽtum ad pondus, redderet pecuniam non ære contaminatam, & tantam vtilitatem affert,quantam ſi remaneret eiuſdem ligȩ,& tunc ſit vera opi. gl. Aut debitor vult reddere pecuniam ære cõtaminatam non eiuſdem ligæ , & tantã vtilitatem non afferentem,& tunc ſit vera opi.Hug.Bal. ſequitur hic iſtã opi. & hac rõne,quia ſi in ultimis volũtatibus,in quibus quis magis obligatur,quã in ↄ̃ctibus, vt l.fideicommiſſa.in §. fi.de leg. 3. poteſt ſoluere debenti recipere pecuniam ad pondus pecuniam numeratam,vt l.j.de auro & arg. leg Igitur iſtud eſt verum qñ tractatur de obligatione facti, ſed vbi tractatur de obligatione quid dari,in vtroq; eſt prima obligatio, vt l.vbi aũt nõ apparet.§.fi.ĵ. de ver.obli.ſed hic eſt obligatio in dãdo,igĩ &c. Item & alia ratione probatur ratio Bal.quia materia, vt eſt argentum,de quo eſt pecunia,poteſt reduci ad maſſam materiatam , & materia eſt idem, vt l.quæſitum. §. ſi illud.de leg. 1. ſed pecunia poteſt reduci,igitur &c. Sed cum cenſeatur idem non tamen diuerſum, ergo. Sed iſtud non vr̃ poſſe procedere,
7 quia † appellatione argenti,non venit pecunia, vt l. cum aurũ. §.proinde.& l.quæſitum.ĵ.de auro & arg. leg. ergo & pecunia eſt diuerſa ab argento,ergo non poteſt ſolui &c.Alia fuit opi. Richar.& Bar.de Sali. Quod aut debitor vult ſoluere pecuniã numeratam ȩre nõ contaminatã,& tũc non põt,qa non vr̃ reſtitui prout tacite cõuentũ fuit, vt l. cũ quid.ĵ.e.igitur.Secũdo probatur ſic,qa ſi debitor vult ſoluere pecuniã non ad numerũ,creditori mutuãti ad põdus,non ſoluit in eodẽ genere,non igitur põt.Itẽ qa ſi redderet ad numerũ,nõ reſtitueret in ȩqualitate,igitur &c.vt Inſti.quib.mod.re ↄ̃h. oblig. & l. cum quid. ĵ.eod. Aut creditor numerauit in vna forma, & tunc non poteſt,vt l.cum quid,cum ſimi. Et iſta fuit opinio Richar. in prima opi.Richar.ſequar Richar.ↄ̃ Bar. Et ratio,quia ita demum ille,qui promiſit donare ad pondus , promittit donare argentum in pecunia numerata, qñ promittẽs non ſpecificauit,ſed generaliter,puta.x.lib.argen.Item fundo per l.j.§. fi. ĵ. de auro & arg.leg.& l.prouidetur. vbi qñ teſtator grauauit hæredẽ de argento ad pondus non demonſtrato , tunc poteſt ſoluere pecuniam numeratam,ſecus aũt ſi ſpecificaſſet de quo argento, quia tunc nõ poteſt hæres ſoluere in pecunia numerata , vt d. l.j.§.fi.Sic & in caſu iſto,qñ mutuo,quia tacite &c. vt l. cũ qd. ĵ.eo.& l.ſi quis argentũ.de dona.& l.cũ aurum.§.proinde.ĵ.de auro & argẽ.leg.& d.l.j.§.fi.In ſecũdo,vbi Richar. dicit,quãdo debitor

A D D I T I O N E S.

a ¶Bar.Cuius opi.tã p antiquos,ĝ p moder.cõiter eſt approbata ſm doc.hic.
b ¶Bar.Et eius opi.eſt magis cõis ſm doc. hic cũ concor.de quibus p Alex.

debitor vult soluere in alia forma &c.Istud est falsum per d.l. Paulus rñ.Sed limita si vis per l.fi.§.de vsu & habi.In.c.glo.ibi, 8 item quid si librum.Bar.refert ꝙ ad †hoc ꝙ constat mutuum in numero,nõ est necesse,ꝙ res sit ad hoc inuenta, sed sufficit, ꝙ recipiat functionem ꝑ solutionem. Et ponit exemplum in pipere,ꝙ non est inuentũ ad hoc,vt numeretur, sed pro salute corporis. Vnde sufficit ꝙ in genere suo recipiat functionem,& hoc mediãte natura,quæ fundauit vnum granum,sicut aliud, & dicit Bar.ꝙ non est verum,ꝙ pecunia sit inuenta ad hoc,vt numeretur,sed ad vsum hominum.l.j.ĵ.de contrah. emp. Sed potest saluari,quia ad vtendum est inuenta, & id qđ dicit glo. de consuetudine, dic ꝙ requiritur, ꝙ consuetudo in genere suo recipiat functionem. Pone, ꝙ sit quidam, qui facit libros eiusdem qualitatis,an cõsistat mutuum?& certe non, qa ꝯsuetudo non est,ꝙ liber mutuetur.Põt intelligi gl. videlicet ꝙ oĩs consuetudo sit,ꝙ talis res mutuetur.Sed hoc limitatur. Pone ꝙ consuetudo sit,ꝙ mutuum non cõsistat in tegulis, sed cadat mutuum,& certe sic,quia non requiritur,vt dicit Barto.ꝙ consuetudo &c.sed sufficit, ꝙ recipiat functionem in genere suo. 9 In ead.gl.ibi,aptitudo.sed † an mutuum consistat in homine, qui possideretur?& certe non,quia aptitudo nõ est. Sed an mu 10 tuum †consistat in operis,quæ numerantur?& certe non,per l. qui operas.ĵ.de præscript.verb.Et rõ, quia potest esse, ꝙ duæ operæ vnius hominis valebunt plus,ꝗ centum alterius. In ca. gl.ibi,actus,& pone exemplum,ꝙ ego mutuo tibi centũ, vt illa mihi centum eadem restituas,an sit mutuũ? & certe nõ,qa voluntas contrahentium non adaptatur naturæ mutui. Vlte- 11 rius in fi.gl.videlicet,an †mutuum cõsistat in pane?Bar.dicit,ꝙ aut de cõsuetudine ciuitatis est,ꝙ panes sint eiusdem qualitatis,& tunc per solutionem põt recipere functionem, & tũc põt consistere mutuum. Aut est de ꝯsuetudine, ꝙ non fiant panes eiusdem qualitatis,& tũc non consistit mutuũ in numero,sed in pondere. Ita concludit hic Bar.& bene. In glo.super verbo, põt.ibi,speciale.ratione sanguinis.l.posses.C.cõmu. vtriusq; iu a di.Bar.hic in isto brocardo[a] distinguit. Et †primo dicit, ꝙ aut 12 debetur genus,aut species, aut quantitas. Primo casu, & hoc tripliciter,vel quia debetur genus,hoc est vna species de genere,vt homo,vel qđlibet, vt species specialissima, & in pondere &c. Aut debitor vult soluere genus pro genere, & non põt, inuito creditore,aut speciem pro specie, & tunc nõ potest,aut vult soluere quantitatem pro genere,& tunc, aut non põt reperire genus,& tunc põt.l.vinum.ĵ.eo.& l.qui pecuniã,de leg. 3.Aut illud genus põt reperiri, & tunc dico, ꝙ non põt solui inuito,vt hic.Tu allega l.si domus.§. cum alicui.ĵ. de leg. j. Et limita esse verum,nisi illud genus, ꝙ põt reperiri, non esset in cõmercio illius debitoris,quia tunc põt soluere aliud pro alio inuito,vt l.sed si res.de leg.j. & probatur in l. multum interest. de ver.obli.Pone,ꝙ testator instituit quendam seruum Iudęũ in hæredẽ,& legauit quendã seruum Christianũ, qui non põt esse in cõmercio Iudęi. Et certe dic,ꝙ tũc debetur æstimatio, vt in ꝑalleg. legibus. Hoc fallit etiã,dũ tractatur de collatione inter fratres,quia tũc inuito eo,q dẽt,potest solui æstimatio,vt l.j.§.Iulianus.& in ver.itẽ & si.ĵ.de colla.bo.Nã certum est,ꝙ si habẽs uxorem,vult venire ad collationem cũ fratre, dẽt cõferre dotẽ,quam habuit,vt auth.ex testõ C.de colla.Frater modo dicit conferas medietatem dotis, an possit solui aliud pro ista medietate?& certe sic. Vlterius dicit Bar. ꝙ illud genus potest solui ꝓ quota bonorũ,& quatenus tertia, vel quarta pars bonorum debetur,põt solui æstimatio,vt l.nõ amplius, de leg.j. 13 Aliqñ †debetur species,& in hoc dicit Barto.ꝙ aut ista species non põt reperiri,& tunc põt solui æstimatio, vt §. non solum. Insti.de leg. Aut põt reperiri,& tũc non põt solui æstimatio,vt hic,& d.l.si domus.§.cum alicui. Et limita hoc,primo fallit in seruitute promissa seu data,vt l.ij. §. locum, qui alias est l.ij.§. de rel.& sumptu fune. Pone,ꝙ erant duo fundi vicini,& sic nõ poterã ire ad fundũ,nisi trãsirem ꝑ fundum tuum, promisi tibi ꝑ vnum,ꝙ potero dare per aliũ.Itẽ fallit secdo,nisi illa species,quæ debẽt,possit reperiri,sit f[illegible]dũ,qa possum dare aliã,& istã promissam legare ecclæ,in c.j.§.si vero.ꝯiuncta gl.de pace iur.firman. in vlib.feud.Fallit tertio in pignore, qa promisi tibi rem vnã in pignus,possum dare aliã,vt dicit gl.ĵ.de pign.l.si Titio.& ita dicit Ang.Sed gl.nõ probat,& si probat nõ est vera,qa est casus in ꝯtrium in l.qui aũt.§.j.ĵ.de ꝯsti.pec.Sed illud, ꝙ dicit,posset esse verũ,si illud pignus nõ põt hrĩ. Fallit quarto rõne cõionis vitandæ,ex qua consequi nõ põt illud, qa tũc põt solui æstimatio,vt l.sancimus.§.nunc aũt.C. de dona. & l. fi.C.de dona.inter vir.& l.j. C. cõi diui. Aliqñ debetur quanti- 14 tas,& dic,vt ꝑ Bar.in 3.memb.Item † an debitor possit soluere post tp̃s,ꝙ promisit,inuito creditore?de hoc per Bar. in l.cũ q ĵ.de ann.leg.& l.qui Romę.in priu.ĵ.de ver.obli.l.statuliber.ĵ. de statulib.& per Spe.in ti.de loc.§.nunc aliqua. ver.xxx.Item 15 †an creditor possit cogi accipere in alio loco, ꝗ promissum sit,de quo per glo.in l.vsuras.C.de sol.Bald.hic tangit, an unus 16 †nũmus diuersæ formæ possit solui pro alio,de quo dic, vt ĵ.§. 17 cũ quid.Itẽ †an conuentiones adiectæ ꝯctui principali, q̃ sunt ꝯ naturam principalis ꝯctus,vitient vel vitientur?de quo in auth. ingressi.de epis.& cler.& in l.per seruũ. §. de vsu & habi. & per cano.extra.de condi.appo.c.fi.Item quid si promitto fideiussori liberare eum ab illa obligatione,quandocunque voluerit,fideiussor agit, ille debitor vult dare alium fideiussorẽ, sed creditor non vult,de quo dic,vt in l.ij. de colla. post Bal.

ADDITIO.

a ¶Brocardo.De isto brocardo. Vide tu hic.d.Ias.ponentem regulam cum duabus ampliationibus,& xx.limitationibus.Soci.in trac.fallen.reg.377. & subtilem Dec.hic fi.col.& per istam regulam volunt quidam, ꝙ qui tenetur dare fideiussorem,non liberetur dando pignora,cõtra Bar.in l.prætorię.la.3.infra de præto.stip.& in l.j.§. qui satisd.cog. vbi late per mod. & idem Bar.per tex.ibi,& in reg.plus cautio.ĵ.de reg.iur.sed tu tene cum Bar.in iudicando & consulendo, quia magis communiter approbatur. Et ad reg.nostri tex.responde secundum subtilem Dec.in d l. plus cautionis,ꝙ regula ista procedit,vbi agitur de solutione, secus tamẽ vbi agitur de cautione.quo casu,qui promisit dare unum pignus, potest dare aliud æque bonum, secundum gl.in l.si Titio.§. de pig. & pro fideiussore dato alius æque idoneus præstari potest,vt l.Labeo ait.§.fi.§.de arb.Sed cogitabitis,an vobis placeat ista responsio,quia uidetur ꝙ regula ista procedat, siue agatur de solutione,siue de cautione, quia semper agitur de liberat. ab obligat.quæ comprehenditur sub regula, cum uerbo, solutio.in tex. nostro posito,omnis liberatio veniat,vt in l.solutionis.ĵ. de sol. secũdum Dy.Alb.& Ang.ibi & Doc.in l.4.§.soluisse.ĵ.de re iudi.& Pau. in l.solutã, in prin.infra de sol.ergo &c.præterea cum iste sit obligatus dare vnã speciem cautionis,hoc est fideiuss.non potest alteram.s pign. inuito creditore dare,nisi quando non posset dare fideiuss. vt declarant hic Bar. & Doc. & Rom.in 3.fallen.qui reprobat.d.gl.in l.si Titio,per bonum tex. in l.qui altem.§.si quis,infra de consti.pec.Pro quo facit tex.secundum Ias.hic in l.si mandato meo.in prin.ff.mand.dato pro ualido, prout est ar.de personis ad res,vt in l.vel singulis.de vulg.& pup.vnde cogitabitis,si dici potest ꝙ illud quod dicitur,ꝙ solu.verbo ueniat omnis liberatio, procedit large,ut declarant supradicti Doc.ita intelligendo d.l.solutionis,secus proprie & stricte sumpto. Et ita procedat regula nostra. Vel secundo dic,ꝙ verum est illud,quod do.Philip.dicit.s.ꝙ datio fideiuss. seu pignorum nõ est solutio,vt probatur in l.4.§.ait prætor.infra de re iudi. cum pluribus dictis Doct.ibi accumulatis per mod. quę referre non curo. Hiero.Chu.

SVMMARIVM.

1 *Mutuum dicitur,quia de meo fit tuum.*
2 *Argu ab allusione vocabuli,an & quando sit validum.*
3 *Tit.de non nume.pecu.an & quando locum habeat.*
4 *Stipulatio ubicunque interuenit in mutuo,tunc mutuum vi stipulationis reconualescit,& quæ inde actio obijciatur.*
Et quam varie efficaciam mutuum inefficax resumere queat.
5 *Pecunia cui est numerata,an possit opponere numeranti exceptio.dominij.*

1 §. Appellata. †Mutuum dr̃,quia de meo tuum fit, & ideo si tuum non fiat, obligatio nõ 2 nascitur.h.d.No.ꝙ † argu.[a] ab allusione vocabuli validum est a in iure.concor.ĵ.de ver.sig.l.tribuni. Bar.dicit verum,nisi allusioni repugnat,aut diffinitio,aut ius.Ita dic hic,vt in l.j.ĵ.de tute. & in l.j.de acqu.pos.& l.j.de fur. cum si. & patet in tutore, quia tutela dr̃, quia tuetur &c. vnde quilibet tuens est tutor. sed est falsum, quia est ꝯtrium &c.idem in testõ. Itẽ circa hoc Bar.de Sali.& Raph.dũt aliter,ꝙ cum quæritur an ar. sit validum ab allusione?dic, aut loquimur affirmatiue, & tunc non valet,vt in testõ patet,quia testm̃ est testatio mentis, vnde non sequitur,omne quod est testatio mentis,est testm̃.Aut quæritur,an argm̃ sit validum ab allusione negatiue? & dic ꝙ semper valet, vt in mutuo. Fallit in hoc. ꝙ non semper procedat negatiue argm̃ &c.vt in l.j. de furt.quia furtum dr̃ a furuo.i.nigro.vnde furtum factum de die,furtum est.Item probatur,qa possessio dr̃ pedum positio,tñ non sequitur,in hoc non posuisti pedes,ergo non possides,quia non est verum,quia visu põt possideri,vt l.si meo.§.si venditorem.ĵ.de acq.poss. & sic est ꝯ Bar.de Salv.vnde tene Bart.& reconciliatio dr̃ ꝭm Doct. qñ in proprios vsus & vtilitates conuersa,& consumptio est,i.deperditio,de quo in l.indebiti.§.si numerum.ĵ.de cõd.inde. & per Doct. in l. nam & si fur.ĵ.eo. Tertio dr̃ consumptio,i.commistio,vt l.si alieni.ĵ.de solut. Et dr̃ ciuile, quia authoritate iuris 3 ciuilis inductum est. Circa †hoc quod dixi,ponit Bart.hic vnũ simile,quod refert Raph. se habuisse a Christoph.de Cast.dicens,ꝙ totus tit.de non nu.pec.licet per debitorem possit obijci exceptio non numerati precij, quod habet locum, qñ obijcitur exceptio sub spe futuræ numerationis, secus si opponatur de preterito.Nam non habet locum ille tit.de non nume. pecu.adeo,ꝙ si conueniatur intra biennium,non possit opponere illam exceptionem. & fundat se per l.generaliter. C. de non nume.pecu.ita dicit Iac.Butr.& sequitur d.Christoph.de Castel.& ita sequitur Raph. suus discipulus. Sed istud non est

ADDITIO.

a ¶Ar.Tu vide hic d.Phil.qui reiectis doctrinis per Doc.ibi relatis, cum unaquęque possit remorderi,ponit vnam no.& solidiorẽ, quam posuit Hug. in c.priuilegia.2.dist.videlicet ꝙ valet arg. quando non habet se in plus, neq; in minus ethimologia,quam vocabulum,ita ꝙ deriuatio non excedit significatum vocabuli,nec contra, ponit exemplum in donatione,ꝗ dicitur doni datio.§.aliud.Insti.de dona.&c.Hiero.Chu.

est verum, per l. si ex cautione. s'm vnam lect. C. de non nume. pec. vbi debitor restringit se ad casum de præterito, & tñ pōt opponi illa exceptio. Et probatur alio modo, quia si in contractu dotis est speciale, ꝙ maritus ꝯfitens refert se ad casum de præterito, & non potest opponere exceptionē, vt l. in ꝯtibus. §. illis autem, de non nume. pecu. ergo ius cōe est in ꝯrium, & ita cōiter tenetur, vt l. ius singulare. s. de leg. Non obst. l. generaliter, quia loquitur in aliis cōtractibus, non autem in mutuo. ita sensit Nico. de Mata. quem sequitur hic Bal. Bar. & omnes

4 In ea. glo. ibi, quandoq; &c. no. †ꝙ vbicunque interuenit stipulatio in mutuo, mutuum illa stipulatione reconualescit, & oritur actio mutui ad repeteñ. Quot autem modis reconualidetur mutuum? & dic, vt hic in gl. Per id ꝙ dicit, ꝙ reconualidatur vsucapione, & ad gl. adde s'm Bar. ꝙ etiam reconualidatur ꝓp superuenientiam dominij ex causa de præterito, vt l. proinde. j. eo. Reconualidatur alio modo propter ratihabitionem, vt l.

5 absentis. C. eo. & l. si procura. j. de condi. indebi. Bal. hic †posuit vnum. s. an ille, cui pecunia est mutuata, possit opponere mutuanti exceptio. dominij? dicam. j. eo. l. nam & si fur, & Bal. hic ponit per duas columnas.

SVMMARIVM.

1 *Populi appellatio comprehendit nobiles & ignobiles.*
2 *Pecuniæ appellatio. quid ueniat, & quid in statutis, nu. 3. & 4.*
5 *Maritus confitens se recepisse ab uxore constante matrimonio, an ista confessio probet maritum habuisse.*
6 *Stipulationem falsa causa vitiari. Et in falsa demonstratione.*
7 *Maritus si promisit non post nuptias contractas, sed solu. an valeat ista promissio.*
8 *Dictio, post, quid significat.*
9 *Testes aliqui si dicant, aliquid factum post guerram, & aliqui ante, an possint reduci ad concordiam.*
10 *Testes vbi sunt varij, an & quando possint reduci ad concordiam, & vide vsq. in finem.*
11 *Testium dicta quam varie ad concordiam reduci queant.*

§. Creditum. Creditum a mutuo differt, quemadmodū genus a specie, ꝙ quatuor probatur exemplis h. d. In glo. i. ibi, sic differt &c. Ex ista glo. no. ꝙ

1 †nomen populus, complectit nobiles, & ignobiles. Imo plus, ꝙ statutū loquens de populo cōprehendit forenses, vt in Auth. de quæsto. circa prin. Item intellige, quia appellatione populi non venit clerus, vt in c. j. extra, de præben. & in c. si sententia. de sen. excōi. hoc relinquitur Canonistis. In glo. super verbo, pecuniam. Argue, ꝙ imo mutuum cōsistit in aliis rebus, q̄ in

2 pecunia, qa in pondere & mēsura. Vñ gl. dicit & † bene. Aliqñ pecunia sumitur largo mō, & tunc veniunt oēs res, vt l. pecuniæ. j. de verbo. signi. Aliqñ sumitur minus large, & tunc dic, vt hic in gl. qualiter aūt pecunia accipiatur dic, vt per Bar. in d. l.

3 talis. de leg. j. Sed †quid si statutum dicat, ꝙ pęna adiecta pecuniario facto, possit peti, an cōprehendat mutuum? & certe sic.

4 Sed pone iuxta hoc, ꝙ †statutum dicat, ꝙ pęna adiecta facto, possit peti, sed pœna dationi adiecta nō possit peti, pone ꝙ est compromissum in vnum per duos, & si non stetur sñiæ, ꝙ sit aliqua pęna adiecta, an arbitro laudāte dari, possit peti pęna? & vr ꝙ non, quia est adiecta dationi, igitur. Sed Bal. tenet ꝯriū, quia est adiecta facto. De qua q. per Bal. in l. cum allegas. C. de vsur. & l. j. de his quæ pœnę nomi. & post Bart. per eum in l. cū proponas. de dolo. & in addi. ad Bar. & in l. v. §. fi. j. de ver. obli. quas fecit, vt patet in l. promissis. C. de transac. In gl. super ver-

5 bo. nuptias. in prin. Cadunt duo. Primo, †quid si maritus confiteatur se recepisse ab vxore constante matrimonio, an ista cōfessio probet maritum habuisse? In hoc dic, ꝙ aut cōfessus habet plures creditores, & tunc ꝓsumitur fecisse in fraudē creditorum? vt dicit Cy. in l. sed in. §. necem. de don. & ꝑ Bald. in l. si constante. in repe. sua solu. matri. Aut nō habet creditores, & tūc ista confessio non probat, quia præsumitur facta in fraudē legis, vt patet per Io. And. in addi. Specu. in rub. de dona. inter vir. & vxo. & per Bal. in l. j. C. de dona. ante nup. & per Cy. in l. ꝙ de suo. C. de dona. cau. mot. & plenius in l. si credito. §. secundo, de leg. ij. & Cy. in l. j. C. de sacrosan. eccle. Sed nunquid ista donatio ita simulata, confirmetur morte? & Bal. tāgit hic post gl. ꝙ sic in d. l. qđ de suo. In ea. gl. ibi, arg. de l. is cui. j. de actio. & oblig. & qñ vxor promittit dotem, vr premittere sub cōditione si matrimonium sequatur, vt l. stipulationē. j. de iure do. & sic est condō subintellecta, & dr creditum, vt patet in l. is cui. Ex quo nota singulariter, ꝙ glo. in l. item quia. ꝟ. de pac. q̄ singu. reputatur per oēs, habet hic consociā. In ea. glo. ibi, non. n.

6 falsa. Certum est, ꝙ †falsa cā vitiat stipulationem, vt l. j. §. ij. de doli excep. vnde gl. dicit & bene. Ex qua no. ꝙ falsa demonstratio nō vitiat stipulationem, sicut dr in legato. Circa hoc cadit,

7 quid †si maritus promisit non post nuptias ꝯtas, sed post nuptias solutas, an valeat ista promissio? & vr ꝙ sic, quia qñ fit constante matrimonio, videtur fieri donatio, qđ esse nō potest, vt l. i. j. de dona. ante nup. Fallit, nisi maritus sit ignobilis, & vxor nobilis, vt in l. si voluntatis. C. de dot. promis. Item donatio facta gratia compensationis valet, vt l. ꝙ autem. §. si vir. de don. inter vir. & vxo. & in hoc casu qñ ignobilis &c. Ex hac gl. no. si-

8 gnificationem †huius verbi, post, quia significat actum post inceptionem, & significat actum post perfectionem, qualiter ponatur in dubio, dic, vt hic per Bar. Cui adde vnum. Pone ꝙ testes deponunt, ꝙ fuit factum post guerram, an probent? vr ꝙ non, quia dubia depositio non probat, vt c. in præsentia. extra, de testi. & l. neminem, & l. neq; natales. C. de probat. Contrarium est uerius, quia illud ꝙ dicitur de ambigua depositione, intellige, nisi ipsa ambiguitas declaretur per cōem vsum hominum, vt dicit Ion. in c. cum clamor. & in c. cum cām. extra, de probatio. & Bar. in l. stipulatio. §. ea quoq;. de verbo. obli. vt cum communis vsus loquendi sit, ꝙ intelligatur post perfectionem, ergo probabitur factum post perfectam guerram, & Bal. in c. i. de pace Cōstan. In gl. super verbo, marchionum Ma

9 laspi. Ex quo infert. nam pone, ꝙ aliqui † testes dixerunt, ꝙ factum post guerram, aliqui ante, an possint reduci ad ꝯcordiā? & certe sic, quia illi qui post. s. inchoatam, & illi qui ante. s. perfectam, de quo per Bal. in l. insulam. §. i. ff. solu. matri. vbi laco. de Are. dicit idem. s. ꝙ pōt reduci ad concordiam, dicit tamē ꝙ qñ reducuntur, solum reducuntur ad hoc, vt euitēt falsum, & periurium. Ita tenent Docto. Bar. tenet hic, & in d. l. insulā. §. j. & in l. inter stipulantem. §. j. de ver. obl. & in l. j. C. de vsufru, & in l. Gallus. §. ille casus. de lib. & posth. & laco. Butr. in l. optimam. C. de contrah. & cōmit. stip. & in l. sed si §. si mandatū. j. de iureiur. & in l. de ætate. j. de prob. Bal. in l. j. C. eo. & in j. constit. C. in §. quibus, & Ang. in l. qui calendis. j. de verb. obli. Sed contra istam doctrinam arguunt Can. Doc. de illo. c. cum tu. extra, de testi. vbi papa concordauit dicta testium, qui videbantur varij. Vbi vide, ꝙ nihilominus papa vult, ꝙ illi testes probarent, & sic ꝯ Doc. qui dicunt, ꝙ non probant, sed solū reducuntur ad concordiam, vt euitent falsitatem, & periuriū. Ant. de But. saluat dicens, ꝙ aliqñ testes, qui vīr varij, producūtur ab vna parte, & aliqui ab alia parte, & tunc sit vera opi. Cano. & ita est casus in d. c. cum tu. Ista ꝯcordia non vr bona per tex. d. c. cum tu. vbi non est dria, an producantur ab eadem parte, siue a diuersis, semper debent reduci ad concordiam. Vel dic scdo, ꝙ aliqñ sunt duo testes, qui producuntur ab vtraq; parte, & tūc sit verum illud, qđ dicunt Legistę. Aut isti testes sunt plures, & tunc non solum reducuntur ad cōcordiam, vt euitēt periurium & falsum, sed ēt probent. Vel dic tertio, ꝙ aut testes varij pñt reduci ad concordiam s'm vnū intellectū, & tunc sit vera opi. Legistarū. Sin aūt possunt reduci ꝑ vnum mediū, sed per diuersa, & tunc sit vera opi. Cano. vt in d. c. cum tu. An isti modi sint veri. j. patebit. Sed certe illud ca. non vr cōtrarium. Et primo, quia ibi papa tulit sñiam, quia probationes erant dubię pro reo, vt l. qui accusare. C. de eden. vel responde alio modo, ꝙ ibi papa non tulerit respectu probationis validæ, seu tulit sñiam respectu appellationis interpositæ. Sed primus intellectus est verior, & sic non ob. leg. istis, vt responsum est. Ista

10 †tamen materia habet multa membra, an, qñ testes sunt varii, possint reduci ad ꝯcordiā, vt probent, vel euitēt falsum? & cōis conclusio Legistarū est, ꝙ vt euitent periurium. In hoc itā dicendum est, ꝙ aliqñ producitur vnus testis sibiipsi cōtrarius, aliquando producuntur duo inter se varij. Aliquando producuntur plures duobus, inter quos est unus contrarius. Aliquādo producuntur plures duobus ab utraque parte, & maior est numerus in una, quàm in alia. Aliquando vnus testis contradicit parti. Primo casu dic, ꝙ aut testis cōtradicit sibi adeo, ꝙ ad concordiam non pōt reduci, & istud non habet dubium, vt l. qui falsum. j. de testi. j. q. 3. c. qui falsum. extra, de prob. c. licet, & ff. de fal. l. eos. Istud est uerum, nisi faciat animo corrigendi se, & incontinenti, qñ probat, vt extra, de testi. c. i. Vñ si dicit vnū, & dicit incontinenti contrarium, & tunc probat, & hoc est uerum, quando est contrarius in eadem instantia. Quid autem in diuersis, tunc dictum suum non probat, vt l. eos qui. in 3. respon. C. de fal. hoc tenet gl. in c. cum in tua, & c. veniens. extra, de testib. hoc tenet Spe. in ti. de teste. §. j. ver. quid si vnus, & ēt Bar. in d. l. eos qui. hoc limitat dupliciter. Primo per c. literas. extra de præsumpt. & ratio est ibi ratione sanguinis, vbi unus frater accusatur de hæresi, & productus alius frater, qui dixit primo, ꝙ sic. Secundo iudicio, ꝙ non, vnde papa dicit standū esse primo dicto. Item secundo limitatur, nisi testis contrarium dicens in vno eius, qđ dixerit in primo, deposuerit in actu firmo & permanente, non autem momentaneo, vt est gl. extra, de testib. c. causa, quæ. vbi testis dixit primo, ꝙ nesciebat, secundo dixit, ꝑ sciebat tantum. Et ratio, quia nescio nunc ad præsens precium tuæ domus, tamen possum scire ad mensem. Aliquando testis est contrarius sibi in duobus iudiciis, quorum primū est nullum, secundum est validum, & tunc valet secundum, vt est glo. in c. causa, quæ inter archiepiscopū, de testib. & in Spe. de test. §. j. ver. quid si ꝯtum. Aliqñ testis est sibiipsi cōtrarius, quia vnum dicit in iudicio, aliud extra, & tunc illud quod dictum est primo in iudicio, valet, vt est casus in c. si qs, extra de testi.

testi.& per Bar.in l.generaliter.C.de non nume.pecu. Al quādo testis dicit primo vnum extra iudicium, & aliud in iudicio, & in hoc fuerunt variç opin.Bal.in l.nullum penitus. C.de testib.tenet contrarium,per glo in d.c.causa quæ. & c.j.§.j.quid sit inuesti.melius facit c.j.§ nondum . de no. feu. Ex his patet, an valeat dictum testis. Aduertendum tamen, ꝙ illud quod dictum est.quando contradicit in eadem instantia , aliquādo in alia in eodem negocio . Si vero in circunstantiis facti , quæ non sunt de substantia iudicij,tunc probat, vt probat Spec. in tit.de teste.§.j.versi.quid si vnus.& Bal.in l.his verbis.§.fina.de hære.insti.& Bar. videtur sentire in d.l.eos qui. Item limitatur secundo,nisi primo deposuisset.Istud sentit Bar. in l.qui bona post.§.si quis stipulatus.j.de dam.infe.vbi dixi post eum , & ꝑ Doct.in l.ij.§.obseruare.de iura.calum . Aut ipse testis non est clare varius,& tunc debet reduci ad cōcordiam, vt euitet periurium,non vt probet,vt tenet Iac.But.in l.de ætate.de proba. & d.Ant.in c.cum tu.extra de testib.Et ratio est, quia dictū est ambiguum,& sic non probat vt c.in præsentia.extra de testib. Aliquādo sunt duo testes tantum,quorum vnus dicit contrarium,& alius contrarium,in hoc fuerunt variæ opin.Bar. in l. Gallus.§.ille casus.tenet,ꝙ sunt reducendi a l concordiam, vt probent,& etiam vt euitent periurium. Io.And. tenet contrarium.d.Ant.in d.c cum tu.non facta mentione de Bar. sequitur Io.And.& illa est verior per regulas c.in præsentia. Aliquādo testes sunt plures duobus , & tunc aliquando non possunt reduci,& de hoc non est tractandum , quia statur pluribus testibus,vt l.ob carmen.§.testes.j̄.de testi.Fallit hoc, nisi pauciores sint nobiliores , vel nisi deponant verisimilia , vt est tex. in d.l.ob carmē.extra de testi. c.cum ecclesia Vulterana.Aliquādo sunt testes pares,& in hoc est ferenda sententia pro reo, vt in d.c.literis.& in d.l.qui accusare . Fallit in tribus casibus no. in c.si.extra de re iud.Primo in libertate,secundo in matrimonio,& in testamento,vbi potius statur pro istis , vt in d.c.fina. Aliquando isti testes plures non adeo sunt contrarij, quin possint reduci ad concordiam.Et in hoc ex parte vnius sunt plures,q̄ ex parte alterius.Inn.in c.cum contingat.& Barto.hic, & Bal.in d.§.quibus.tenet ꝙ statur sententiæ maioris partis. Sed d.Ant.tenet contrarium in d.c.cum tu.Sed verior est Inn. opi. & aliorum.& hoc per tex.in c.in nostra , & l.ob carmen.§.fin. Aliquando testes varii,sunt pares,& tunc aut quæritur,an possint ad concordiam reduci,vt euitēt periurium , & tunc communiter Legistæ,ꝙ possunt.Sed Cano.distinguunt, vt s̄.dictū est,secundum d.Ant.in d.c.cum tu.contra primum Bar.tenet contrarium in d.§.ille casus. Item aduertendum , quia secundum vnum intellectum siue plures, nunq̄ reducuntur ad concordiam,vt probēt,sed vt euitēt periurium.Et ratio , quia deponunt ambigue,& sic non probant,vt d.l.in præsentia. Non ob.d.c cum tu.quia responde,vt s̄.dictum est. Tertio casu, qñ sunt plures testes,inter quos vnus est contrarius, aut non pōt reduci ad concordiam,& tunc dictum illius non probat , vt l. iusiurandum.C.de testib.& c.licet.extra de testib.& per tex.in l.cum tabulę.§.secundum tabulas.quem gl.no.in l.j quemad. testa.aper.Aut iste testis potest reduci ad concordiam,& tunc

11 est,vt euitet periurium, vt in d.c.cum tu.Ex quibus no.ꝙ † dicta testium pluribus modis possunt reduci ad cōcordiam. Primo deponentes super actu multiplicabili , nam tunc possunt reduci ad cōcordiam,vt d.c.cum tu.& probatur in l.ij.§.vnde exactis.de orig.iur.Item possunt reduci , si vnus loquatur proprie,& alius improprie,vt puta si vnus dicat possidere,& alius tenere.quia verba videntur impropriari,vt l.si stipulatio. §.hoc quoq;.j.de verb.oblig.& per Bar.in l.j.j̄.de vsufru. Aliquando possunt reduci ad concordiam per tacitam repetitionem , vt habetur per Bar.in l.Labeo.de iupel.lega. Aliquando concordantur,si vnus deponat secundum opi. alius secundum veritatem,secundum Ant.in d.c.cum tu. pro qua glo. sing.4.q.1. manda.Ex his inferri potest ad multa . Et primo ad id , quod dicit Bar.in l.1.in prin.j̄.de oper.no.nun. Pone ꝙ volo probare vnum actum,qui fuit celebratus in palatio episcopi,postea interrogatur,& dicit,ꝙ in hoc palatio . ꝙ tunc potest reduci ad concordiam,sed reducatur ad hoc,vt euitet,nō autem, vt probet per supradicta.Item infertur ad aliud,quod dicit Bart.in l. si finita.§.si ante.j̄.de dam. infec. vbi quis volens probare vnū fuisse institutum in vna parte,alius dicit, ꝙ æqualiter fuerunt instituti,quia æqualiter intelligitur multis modis,vt est glo.in d.§.Iulianus.& declaratur an concordentur,vt euitent falsum an vt probent,ex quo infert ad Specu.in tit.de no.cri.§.fama. versi.si. vbi testis productus super aliquibus particulis, dicit,ꝙ nihil scit,nisi de vno,& postea interrogatur , an de his articulis sit publica vox & fama,an rēducantur ad concordiā? & Spec. tenet,ꝙ sic,quia possum scire per auditum, non autem ꝑ sensum corporeum,& per hæc sit iste articulus expeditus.

§.In mutui. Volentem mutuare oportet esse dñm , vel quasi dominum,aut quod de voluntate domini mutuet.hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 *Mutuum regulariter non contrahitur,nisi re interueniente.*
2 *Mutuum quotuplex sit.*
3 *Mutui appellatio de quo intelligatur.*
4 *Procura constituto ad accipiendum mutuo,& iste confiteatur se habuisse nomine mutui centum,an virtute huius confessio.possit agi contra dominum .*
5 *Mutuum quid sit.*
6 *Depositum esse posse,etiam si detur aliquid in specie eiusdem recipiendi in genere .*
7 *Fructus,qui percipiuntur ex monte Florentiæ,an sint liciti.*

1 §.Verbis quoque. †Licet mutuum, nisi re interueniente regulariter nō contrahatur,attamen creditū fit,in quo sufficiunt sola verba. h d. In gl.j.& opp.de tex.Insti.de lit.obli.in prin. & l.in cōtractibus. C.de non nume. pecu. vnde si confessus fuissem recepisse a te decem mutuo,ꝙ si elapsum est biennium, ꝑ tunc est mutuū.

2 Huius timore facta est gl.quæ respondet,& bene . ꝙ † mutuū naturale est,quādo dominium rei meæ transfertur in te, mutuum ciuile est,ꝙ consistit in chirographo , in quo confiteor me debere tibi,quæ mutuo recepi a te.Barto.hic dicit ꝙ illud quod dicitur de chirographo , procedit, qñ quis est confessus debere decem spe futuræ numerationis. Vbi autem ego non confiteor alia causa,tunc non expectatur biēnium, sed statim oritur obligatio . Est & aliud tertium mutuum naturale , cui cooperatur ius ciuile, s. quando interuenit pecunia eius , qui mutuauit,& tamē ius fingit alterius esse.Pone , ꝙ ego mutuo decem,quæ sunt mea , & mutuo nomine alterius , & stipulor alteri,tunc quæritur illi,cui stipulor,& hoc quia ius fingit illā pecuniam fuisse illius.Est quartum ciuile mutuū cui cooperatur naturale,vt est qū stipulatio interuenit ante numerationem.Pone stipulor a te decem,quæ tibi mutuaui. in l.quāuis.

3 C.si cer.pet.Bar.hic dicit,ꝙ † appellatio mutui intelligitur de naturali tantum,non autem de ciuili.Fallit in l.fin.C.de his q veniam æta.facit.l.Iulianus.§.mutui.j̄.ad Maced.vbi appellatione mutui intelligitur de naturali . Ex hoc infertur ad duas

4 quæstiones,pone ꝙ constituo † procuratorem ad accipiendū mutuo,& iste procurator confitetur se habuisse nomine mutui centum,iste qui mutuauit agit cōtra dominum, dominus negat.Ille quidem producit instrumentum confessionis,quæ-

a ritur,an dominus possit conueniri?& Bar.dicit hic ꝙ nō,quia illa verba sunt intelligenda de ciuili mutuo , ex quo non obligatur,nisi post biennium,sed constitutio debet intelligi de mutuo naturali.Igitur &c.Sed q.si in instrumento sunt alia verba,s.ad confitendū te mutuo recepisse,an dominus teneatur?

b & dic secundum Bar.quod non,[b] quia debet intelligi de mutuo naturali , & de his quæstionibus vide, quod dixi in l. prædia.j̄.de acqui.pos. ibi posui opi.Doct.Bar. quærit hic,quid sit

5 mutuum ? & dicit † ꝙ est contractus , qui celebratur datione vera,vel ficta rei consistentis in pondere,numero , vel mensura,sub spe recipiendi tantumdem in genere suo, vt l.cum qd.

c j̄.eo.Sed ista diffinitio non videtur bona,[c] nisi addatur,s.eiusdē qualitatis & bonitatis,vt probatur.j̄.eo.l.cum quid. & Institu. quib.mod.re contrah.obli.§.j. & in l.j. §. is quoque . de act.& oblig.j̄.Ang.dicit in d.l.ij.in prin.s̄.eo.ꝙ mutuū est cōtractus, qui re contrahitur,cum spe recipiendi idem in genere . Sed ista diffinitio non est vera,quia est nimis generalis, quia contineret depositum,quia in deposito interuenit res, & interdū non eadem,sed alia res restituitur, vt l. die spōsaliorum . & l.

6 Lucius.j̄.depo.Et sic patet,ꝙ contractus † depositi potest esse, cum datur aliquid sub spe recipiendi idem in genere, vt d.l. Lucius . & l.die sponsaliorum.Item deficit in ista diffinitione id,quod deficit in diffinitione Bar.vnde tene diffinitionē Bar.

7 cum eo quod dixi.Bal.hic quærit,an † fructus, qui percipiun-

d tur ex monte Florentiæ, & ex monte Venetiarum sint liciti,[d] necne?de quo per eum in l.hac edictali.§.j.de secun.nup.& in l.cunctos populos.C.de sum.Tri.& Pe.de Anc. disputauit istā quæstionem,& tenuit, ꝙ sint liciti,hic non sunt alia.

ADDITIONES.

a ¶Bar.dicit hic, ꝙ non.Et ista sua opi. communiter tenetur per Doct.limitatur tamen in tribus casibus,vt hic per Ias.fi.col.Hier.Chuch.

b ¶Quod non.Ista sua opi.Bar.communiter reprobatur per Doct.hic cum concor.de quibus per Alex.& Ias.Hier.Chuch.

c ¶Bona.Tu tene diffinitionem Bar.quam approbant hic Alex. Soc. & Ias. do.Philip.Dec.omissa suppletione. Raph.& Roma. hic , cui ipsi respondent.Hier.Chuch.

d ¶Liciti.Quæstio ista multum disputata est per Doc.tam Theologos,quàm Canonistas.videre tamen satis ad plenum per Rodulphū in trac. de vsur. vbi per 8.char.finales eam examinauit, & Tho. de Vio in trac. quem fecit de monte pietatis,quem reperies in 5.vol.trac.diuersorum Doc.communis tamen opinio est, ꝙ tales fructus sunt liciti . & ita concludit hic Bal.& in l.j.de summa Trin.vbi Ias.dicit hanc communem,ad quem vos remitto pro concordia.Hier.Chuch.

SVMMARIVM.

1 *Vinum vetus,an sit melius nouo,& an vnum pro alio reddi possit.nu.5.*
2 *Taciti,& expressi eadem est dispositio.*

3 Contractus hoc habet, vt inter contrahentes id deductum eſſe ſemper intelligatur, quod eſt de ipſius contractus natura, licet inter ipſos dictum non fuerit.

4 Mutui ſubſtantia eſt, vt idem in genere reddatur eiuſdem bonitatis, & qualitatis.

6 Teſtes ſeniores, an præferantur iunioribus.

7 Aetas quæ ſit præferenda.

8 Statuto ſtante, ꝙ nullus poſſit eligi ad lecturam, niſi fuerit xxx. ann. & niſi fuerit Doctor, poterit eligi valentiſſimus vir, licet contra ſtatutum.

9 Hæredes ſi ſint plures ſi vnuſquiſque petit claues, debẽt ſtare penes ſeniorem.

10 Tacitum quando habeatur pro expreſſo, & quando non & nu. 11. vbi ponit quæſtionem de abbate, qui dedit prædium cuidam Doctori &c.

12 Præſumptio qualiter ſit, ꝙ ab vtraque parte fuerit actum, non ꝙ habeatur pro expreſſo.

13 Locato tibi fundo pro vna corbe frumenti præſumitur, ꝙ tu debeas mihi dare de illo. quod colligitur in prædio.

14 Iudex quando locat ſe cum aliquo poteſtate pro xxx flore. an præſumatur, ꝙ faciat adhuc ſibi expenſas.

15 Locata tibi domo, non facta mentione de penſione, videtur, ꝙ debeas ſoluere ſecundum conſuetudinem.

16 Traditio in dubio in quam cauſam præſumatur facta.

17 Teſtes ſi dicant pecuniam numeratam, quid præſumatur.

18 Præſumptiue concludi, an ſufficiat in libello, & quando præſumptio eſt probanda, vel ſaltem allegant da

19 Pecuniæ vel alterius rei æſtima. ſi mutata ſit poſt factum mutuum, an ſit reddenda reſpectu valoris temporis quo mutuatur, an vero quo reſtituitur. vide vſque in finem, vbi de aliquibus quæſtionibus.

LEX. III.

CVm quid. Quod tacite agitur, pro expreſſo debet haberi, & tacite actũ intelligitur, vt in eodẽ genere reddatur. hoc dicit. 1 †No. vinum vetus eſſe melius nouo, & ideo pro veteri mutuato non eſſe nouum reddendum, quod limitat hic Bar. niſi ex tẽpore, ꝙ adiicitur ſolutioni, aliud inducatur, vt l. Firmio. §. ſi quãdo dies leg. ced. & l. nec ſemel. §. ſi habitationem. eo. tit. Secundo 2 † no. ꝙ taciti & expreſſi eadem eſt di- 3 ſpoſitio. Tertio † no. ꝙ inter contrahentes ſemper intelligitur id, quod eſt de natura ꝯtus, licet dictum non ſit inter partes. 4 † Quarto no. ꝙ de ſubſtantia mutui eſt, vt idem in genere reddatur eiuſdem bonitatis, & qualitatis. concor. Inſti. eo. §. j. & j. de act. & oblig. l. j. §. i. Et ratio eſt, quia ſi redderet deteriorem, videtur ꝙ vellẽ iactare meum, vt l. cum de indebito j. de prob. quod non præſumitur. Quare autem nõ poteſt reddi melius? dic, ꝙ præſumeretur vſura, quæ non præſumitur commiſſa, vt l. merito. j. pro ſocio. facit l. rogaſti. j. eod. In glo. nouum. Cy. & 5 † Pet. & alii dicunt, ꝙ aut debitor vult reddere vinum vetus, vt eſt mutuatum in qualitate, & tunc nõ poteſt: aut vult reſtituere vetus eiuſdem bonitatis, ſed diuerſum in qualitate, & tunc poteſt. arg. d. l. Paulus reſpondet. de ſol. Bar. hic dicit, ꝙ aut vult reddere vetus melius nouo, & tunc poteſt, vt l. vbi autem non apparet j. de verb. obl. Aut vult reddere deterius nouo, & tũc non poteſt. Et ratio, quia non debet fieri conditio creditoris deterior, vt d. l. Paulus reſpondet. & hic in fi. Vnde dic, ꝙ aut creditoris poteſt aliquo modo intereſſe, & tunc ſit vera opin. Bar. non obſt. d. l. Paulus reſpondet. & l. fi. ſ. de vſu & hab. Ad hoc reſpondet & bene, ꝙ illud verbum, damnum, accipitur ꝓ diminutione patrimonii, vt l. 3. ſ. de dam. infe. Bar. hic ſubdit, quid ſi vinum vetus in materia mutui? & tunc aut ſunt vina potentia durare, & tunc ſit vetus vltra annum, vt l. vinum. j. de vino lega. Aut non durat multum, & tunc dicitur vetus, qñ eſt factũ clarũ. arg. l. legatis. in fi. de leg. 3. Aut loquimur in alia materia, & tunc illud dr̃ nouum, qđ a patreſam. appellatur. Aut non appellatur a patreſam. & tunc attenditur ꝯſuetudo regionis. Sed ſi ꝯſuetudo non apparet, tũc dic, ꝙ illud qđ eſt melius dicitur nouum, vt l. vetus. j. de vino & oleo lega. de quo vide in l. iubemus. C. de eroga. mili. an. lib. xij. Et videtur hoc ꝯ Bart. q hic loquitur quoad materiam mutui. In ead. glo. ibi, & poteſt 6 hic ſumi arg. &c. Et ex hac no. ꝙ † ſi ſunt teſtes ſeniores ex vna parte, & quatuor iuuenes ex alia, & contrarii, ꝙ ſenioribus ſta- 7 tur. In ea. gl. in fi. Richar. † hic diſtinguit, quia dum quæritur, quæ ætas ſit præferenda? dic aliquãdo ſenex conturbat ſenſus corporeos, & tunc reſpuitur, vt l. cum ꝑtor. ſ. de iud. & l. cũ quidam. de re iud. Pone exemplum, iudex quidem iudicare debens, debet eſſe grauis, vñ ſi eligitur iudex, eligetur ſenior tantummodo. Aliquando non cõturbat ſenſus corporeos, & tũc conſtat de ſcientia iuuenis & ſenioris, & tunc eligitur prouectior, vt in Auth. de mona. §. fi. & in l. prouidendũ. C. de poſtu. Vnde alibi dicit glo. in l. j. de ann. ciui. lib. xi. ꝙ Doctor iuuenis magnæ ſcientiæ debet præferri ſeniori paruæ, vt patet per priuilegia conceſſa volenti ſtudere per impera. &c. vt qui æta. vel profeſſio. lib. x. Et ratio, quia quãto iuniores, tanto perſpicaciores, vt l. Gallus. de libe. & poſthu. Et hoc facit ad quæſtionem, 8 quæ fuit Paduæ, quia ibi † ſtatutum eſt, ꝙ nullus poſſit eligi ad lecturam, niſi fuerit xxx. ann. & niſi fuerit Doctor, & certe fuit determinatum pro quodam Florentino, qui fuit valẽtiſſimus, ꝙ non obſtaret tale ſtatutũ. Ali quando non conſtat, quæ ſit maioris precii, & tunc dic, vt l. præcipiunt. de ædil. edic. & l. vnus. in prin. de quæſt. Aut vtraque ætas eſt habilis ad perficiẽdum actum, & tunc ſenex præfertur, vt l. fi. de fide inſtru. & per Inn. in c. j. de maio. & obed. & in l. i. j. de aqua quoti. & æſtiua. Vnde ſtantibus paribus magis ſtatur ſeni. Ex quo infertur ad 9 deciſionem multorum. Pone primo, ꝙ † ſunt plures hæredes, vnuſquiſque petit claues, penes quem ſtabunt? & dic ꝙ penes ſeniorem, vt l. ſi quæ ſunt cautiones. ſ. fami. erci. & l. ſi j. de fide inſtru. & ſing. eſt glo. in d. l. ſi quæ ſunt cautiones. in l. cum pater. §. pater clauibus. de leg. ij. & per Bal. in l. procura. de eden. Ex quo infertur in d. c. i. quod vbi conuocatio non eſt cõmiſſa alicui canonico expreſſe, quod præſumitur facta ſeniori per ſupra dicta. In glo. ſuper ver. pro cauto. ibi, imo contra debet. Iſta ſolutio eſt falſa, ideo tranſit ad regulam, quæ adhuc eſt falſa, per l. Titius. j. de verb. ob. & l. triticum. eo. tit. Bar. hic diſtin- 10 guit, † aut loquimur in contractu, qui contrahitur verbis, aut re. Primo caſu aut omittit illud, quod eſt de forma cõtractus, & tunc habetur pro omiſſo, vt d. l. quicquid. & d. l. i eo. tit. Aut non omittitur illud, quod non eſt de ſubſtantia cõtractus, ſed eſt de ſubſtantia facti, & tunc agitur tacite ab vtraque, quod omiſſum habeatur pro expreſſo, & tũc habetur pro expreſſo, vt l. ita ſtipulatus. & d. l. triticum. Aut nõ poteſt probari, quod omiſſum habeatur pro expreſſo, & tunc habetur pro omiſſo, vt l. 3. §. qui inſulam de eo quod cer. lo. & l. inſulam. j. de verb. obli. Aut non omittitur aliquid quod ſit de forma, neque de ſubſtantia contractus, & tunc aut illud omiſſum, quod tacite attentatur, agebatur ab vna parte. & tunc non habetur pro expreſſo, vt l. ſi repetendi. de cond. ob cau. & l. ſi maior. de tranſa. l. 3. §. quanquam. de condi. ob cau. Pone exemplum, dono decem, vt habeas me alere, & non expreſſi, tunc iſta conditio habetur pro omiſſa. Aut ꝙ tacite habeatur pro expreſſo, vt hic. 11 Ex his infertur ad quæſtionem, pone, † ꝙ quidam abbas vidẽs Doc. nouellum dat ſibi prædium non expreſſo aliquo, & tacite, vt defenderet monaſterium, poſtmodum monaſterium indiguit aduocato, iſte aduocatus recuſauit, an poſſit repetere iſtud prædiũ? Guliel. de Cu. & Bar. poſt eum, ꝙ ſic, per l. qui tutelã. de teſta. tute. in l. ſi patris. de leg. 3. l. Neſennius. C. de neg. geſt. vbi pater legauit tutori centum tacite, vt eſſet tutor, iſte non vult eſſe tutor, an debeat habere illa centum. Sed in veritate contrarium eſt verum, & probatur ſic, vbi ſumus in contractibus, qui celebrantur voluntate duorum, & tunc illud qđ tacite agitur, habetur pro omiſſo, vt d. l. ſi repetendi. ſed hic ſumus in tali caſu, quia abbas dedit prædium ſub illa conditione non expreſſa, ſibi imputetur, vt d. l. ſi repetendi. ſed non ob. l. qui tutela. quia loquimur in vltimis voluntatibus, quæ depẽdet ex volũtate vnius, & ſic illud quod tacemus, habetur pro expreſſo, vt l. inter veſtes. de auro & argẽ. lega. & l. in conditionibus. de cond. & demon. vnde imputet ſibi ille abbas, ex quo ita eligitur. l. j. §. hęc verba. ſi menſ. fal. mod. dixe. Io. And. tenet hoc in rub. de præben. in Spec. & in c. fi. de ætate & quali. Bart. 12 quærit hic qualiter † præſumitur, ꝙ ab vtraq; parte fuerit actũ ꝙ habeatur pro expreſſo? vnde dic, ꝙ præſumitur qñ omittitur id, quod eſt de ſubſtantia contractus, vt hic. Item ratione conſuetudinis, vt l. quod ſi nolit. §. ſi conſuetos. j. de ædil. edic. & l. ſi finita. in prin. ſ. de dam. infe. & l. j. §. in commiſſoria. j. de lege commiſ. Item ex præſationibus, vt l. item reſpondet. §. Titia. j. de verb. oblig. Item ſi probaretur aliis legitimis coniecturis, vt l. ſemper in ſtipulatio. de reg. iur. Item præſumitur ex vi relationis ſiendæ ad contractum contrahendum, vt l. triticũ. j. de verb. obli. Et probatur ex gl. in l. quædam mulier. ſ. de rei vend. Item ex iuris diſpoſitione, vt l. continuus. § cum ita. j. de verb. obli. & l. domini prædiorum. C. de agri. & cenſi. lib. xij. vi- 13 delicet quando † loco tibi fundum pro corbe vna frumenti, quod præſumitur actum, ꝙ tu debeas mihi dare de illo frumẽto, quod colligitur in prædio, nõ autem de alio. Et ſic facit ad 14 aliud, videlicet, quando † iudex locat ſe cum aliquo poteſtate pro xxx. flore. an præſumatur, ꝙ faciat adhuc ſibi expenſas? & certe ſic, ſecundum Bar. in l. ſuper creandis. C. de iure fiſ. lib. x. 15 Et iſto modo facit ad aliud, videlicet, quãdo loco † tibi domũ, non facta mẽtione de penſione. & certe videtur, ꝙ debeas ſoluere ſecundum conſuetudinem, vt tenet Io. An. in addi. in tit. de loca. in §. & ſic dubitatur, de quo p Bar. in l. antepe. j. de cõdi. indebi. In ea. gl ibi, ſed quid. hoc eſt verum, ſi ſit perſona coniuncta, per l. mutuum. j. de dona. inter vir. & vxo. & l. Procula. j. de proba. & quod no. in l. j. & l. alimenta. C. de neg. geſt. & l. Neſennius. Item intellige, quando ille, q donat eſt diues & nobilis, & ille cui donatur eſt ignobilis & pauper, vt l. ſed ſi ſuperat. §. his de iud. & facit gl. in l. vxori. §. fi. de leg. ij. Item limitatur per l. ſi vero non remunerandi. §. Papinianus. j. manda. In ea. gl. ibi, l. cum de indebito. omnes videntur tranſire cum gl. ſed non eſt magna vis, an ſit mutuum vel depoſitum, quia ſi eſt depoſitum eſt magis priuilegiatum, ꝗ mutuũ, vt l. ſi hominem.

minem.§.quoties.licet hic in dubio dicat, ꝙ non præsumitur vsq; translatũ dominium, per no.in l.credeñ.qui petan.tuto. 16 vbi per Cy.Vnde † dic, ꝙ aut præcedit aliquis contractus, de cuius natura sit translatio dñii.& dominium censetur translatum.Et hoc probatur per l.triticum. de verb.oblig.coniuncta gl.& probatur per gl.in l.quædam mulier.de rei vend.& l.minus instructus.C.de acqui.pos.Aut nullus cõtractus præcedit, & tunc aut quantitas est parua,& tunc præsumitur donũ, aut quantitas est magna,& tunc, aut illa pecunia fuit soluta, sine data in sacculo sigillato,& tunc præsumitur depositũ propter qualitates, quas habet in se conuentio, per l. naturalis, §. at cum do.de præscrip.verb.& est glo. in l.hæc venditio. §.huius numeri.j.de act.emp.probatur in l.non codicillum.de testa.& l.illud.§.tractatur.j.de iure codicil.vbi quis præsumitur fecisse testamentum,non autem codicillum,propter qualitatem cõtractus,& ita si fuit data in sacculo sigillato,est depositum, nõ autem mutuum propter qualitatem facti. Aut ista pecunia est in numero,& tunc Doct.videntur dicere, ꝙ iste fuit cõtra- a ctus mutui,[a] sed contrarium est per l.nunquam nuda.j.de acqui.rer.do.Quia traditio nuda non est sufficiens ad translationem dominii,vt ibi.Et dico ꝙ erit contractus innominatus, per regulam in l.si gratuitam.j.de præscrip. & l.j.de æstima. vbi si dubitatur de contractu,semper præsumitur contractus inno- 17 minatus.Vnde dicit Barto.ꝙ si testes dicant,ꝙ numerata fuit pecunia,quod tale est mutuum,non autem donum.Vnde fa- 18 cit ad † aliud.Pone,quidam libellans dicit, dico ꝙ numeraui ei tantam pecuniam,quam negat mihi dare,quia peto ipsum mihi condemnari.Certum est,ꝙ probat iste libellus præsumptiue,vt l.omnes.§.Lucius.de his quę in fraud.cred.contrariũ tamen est,per l.si adulterium cum incestu. §.idem Pollioni.j.deadul.Ex his no.ꝙ præsumptio,quæ est pro me,debet allegari per me.hoc etiam tenet Bal. in l.quicunque. C.de ser. fugi. secus autem si ex facto alterius.Item illud, quod dicit de libello,intellige quando præsumptio resultat ex facto alterius,quia probat tunc præsumptiue,etiam si nõ allegetur talis præsumptio,secus si expedit facto,quia tunc non præsumitur, nisi allegetur & probetur. Et limita,quod quoties ad hoc,vt procedat libellus,est necesse aliquid allegare,sufficit ex conclusione præsumi,vt tenet Cy.in l.edita.C.de eden.& Bar.in l.Aurelius. §.Stichum.de libe.lega.& ita sufficit in casu nostro, quod resultet præsumptio ex conclusione, quia ex eo quod peto condemnari,præsumitur quod mutuaui.Præterea, licet ista præsumptio nõ resultet ex narratione,attamen sufficit, ꝙ resultet ex ipsa conclusione adeo,ꝙ si narratio non sit ideonea,& conclusio est idonea,valet libellus, vt Innoc. tenet in c.super literis.de rescrip.& Bal.in l.ij.de peti.hære.quia inspicitur conclu- b sio,non autẽ narratio.Et ex his concludo contra [b] Bar.& non obstat ille §.Pollioni. quia ibi nõ erat necesse allegare errorẽ, vt dicit tex.quia nõ præsumitur error,nisi pars alleget. Et pro intelligentia vide casum.Pone,quod quidam pupillus contraxit matrimonium cum collaterali sua, postea allegat errorẽ. Nam tunc allegando istum errorem,excusatur,vt ibi.Et ratio, quia est necesse allegare errorem iuris,quia ex facto non præsumitur præsumptio iuris.Similiter,si dico me excusari, quia sum consanguinea,quia tunc præsumitur debere scire,vt l.de tutela.de in integ.resti.Sed præsumptio iuris non præsumitur ex ista narratione,sed debet allegari error,alias non præsumeretur. Et sic sufficit libellum præsumptiue concludere. Item sufficit præsumptiue casum allegare.In gl.super ver. & bonitate.ibi,l.vinum.j.eo.vbi mutuaui tibi vinum, quod valebat tempore dationis decem,& nunc tempore restitutionis valebat sex, quod possum, nec teneor resarcire illud plus, quod valebat tempore mutui,vnde respondet gl.ꝙ quædam est bo- 19 nitas intrinseca,quædam extrinseca.†Ex ista glo. Doctores arguunt. Pone, ꝙ tempore,quo mutuaui tibi, florenus valebat quatuor libras,tempore, quo reddidi valet tres, quæritur, an reddatur respectu valoris temporis, quo mutuatur, an respectu temporis,quo restituitur?Doctores hic, & in l.Paulus.j.de solu.dicunt, aut debitor soluit florenum aureum eiusdẽ bonitatis & eiusdẽ ligæ,& tũc liberatur sine illo pluri, quo valebat,nisi debitor fuerit in mora.Bal.hic tenet istam.sed in l.acceptam.C.de vsur.dicit, ꝙ aut ista mutatio fuit repentina, & tunc non cedit ad damnum debitoris. Sin autem non fuit repentina,sed fuit facta ex magno interuallo, tunc etiam si non fuit in mora tenetur in illo, in quo valebat tempore mutui. Et facit, quia quis non debet locupletari cum aliena iactura. Ita concludit in d.l. acceptam. licet hic sequatur opinionem Bar.& aliorum.Ista mihi videtur contra casum in l.vinum. j. eo.vbi tex.facit mentionem,an ante moram fuerit facta mutatio,an post moram.non fit ibi mentio,an repentine,vel nõ, igitur &c. vnde sequor opinionem communem. & reprobo opi.Bal. Ex quo inferunt Doc.pone,ꝙ non est mutata bonitas extrinseca,sed intrinseca, vt quia pecunia non est de ita bono auro,vel argento,vel quia ponderet minus,q̃ prius, quæritur, an debeat reddi pecunia mutuata secundum bonitatem,quæ erat illo tempore,quo mutuata fuit? Bar.dicit ꝙ si potest haberi antiqua pecunia,qualis erat illa debet solui.Si autem nõ sit,tunc potest solui æstimatio, non autem illa noua pecunia deteriorata.vt hic per tex.istum, vt l fideicommissa. §.si quis seruo.cum simi.de leg.iij.Sed aliter concluditur in d.l.Paulus. de solu.in l.quod te.j.eo.quod aut illa pecunia antiqua est in totum reprobata,quia non posset expendi, & tunc non debet solui illa,etiam si reperiatur,sed æstimatio, vt l.eleganter. §.q reprobos.j.de pig.act.Allegat c.olim.de cẽsi.Aut licet sit facta pecunia noua,& non est reprobata antiqua,& potest expendi, & tunc debes reddere in eadem qualitate & bonitate,per istũ tex.in d.l.quod te.j.eo.dicit aliter, quod si debitor non fuit in mora tempore mutationis,tunc liberatur debitor,si soluat pecuniam antiquam,licet sic mutatio fiat. quia non debet fieri in detrimentum ipsius debitoris,si non fuit in mora,vt d.l.qđ te.Vel dic secundum Bal.quod aut vsus pecuniæ antiquę non est reprobatus, & tunc nõ est dubium per istum tex. Aut vsus antiquæ pecuniæ est reprobatus, & tunc aut non solum ipse vsus non est reprobatus,sed non reperitur aliqua pecunia antiqua,tunc soluitur æstimatio, vt l.fideicommissa. §.si quis.de lega.3. Aut ista pecunia antiqua licet reprobata,inuenitur, & tunc aut est reprobata ante moram debitoris,& in hoc fuerũt tres opiniones,& prima fuit Odofr.vt dicit Cy.hic,qui dicit,ꝙ solui debet æstimatio,siue reperiatur,siue non, vt l.eleganter. §.qui reprobos.j.de pig.act.Alia fuit Petri,ꝙ eo ipso, quod est reprobata antiqua moneta, & vsus eius,non tenetur debitor, neque de noua,neq; de antiqua,quia quando mutuo tibi, tu teneris ad genus subalternum,l.in ratione. §.incerte. ad legẽ Falc.Sed iste debitor,qui est obligatus ad istud genus subalternum,æquiparatur ei,qui est obligatus ad certam speciem, vnde sicut ille,qui est obligatus ad certam speciem,& species pereat,non tenetur,vt l.si certos.j.de verb. obli. ita & iste obligatus ad genus subalternum. Quod autem pecunia, cuius vsus sit reprobatus,sit perempta,probat,quia illud dicitur perijsse, cuius vsus mihi prodesse non potest,vt l.si constãte. §.si vxor. j.sol.mat.Tertia fuit opinio Bar.qui dicit, ꝙ si reprobatus est vsus antiquæ pecuniæ, & tunc tenetur ad æstimationem, vt c.olim.& c.cum cano.extra de censi. Aut de moneta antiqua reperiatur, & eius cursus non est reprobatus,& poterit, & debebit de illa moneta antiqua solui. Tu dic,ꝙ aut quando vsus pecuniæ est reprobatus,& tempore reprobationis non fui in mora,& tunc liberor soluendo antiquam,vt est tex.j.eod.l.vinum. Aut tẽpore,quo reprobatur vsus pecuniæ, eram in mora,tunc debet solui pecuniæ reprobatæ æstimatio, & sic procedat opinio Bar.per tex.in d.c.cum olim.& c.cum cano.Nec obstat opinio Petri,quia licet pereat vsus in forma,attamẽ nõ pereat in materia, ergo sequitur, quod debeo reddere ipsam pecuniam in forma.arg.l.quæsitum.§.fortasse.de lega.3.Non obstat opinio Pet. q̃a intelligo illum §.qui reprobos quia debet intelligi secũdum istum tex.scilicet ante moram,vel post. Vel intelligi aliter,quia loquitur de pecunia,quæ peccabat in materia,quia erat ærea vel plumbea,hic secus. Non obstat c. cum olim.& c.cum canonicis.extra de censib.vbi si vsus pecuniæ antiquæ est improbatus,teneris soluere æstimationẽ,non facta mentione de distinctione,vnde dic, ꝙ ibi debet fieri distinctio.Vel dic,ꝙ non reperitur antiqua. Item quia prædictã opinionẽ tenet Io.And.in c.quanto.de iureiur. & ad hoc probandum allegat no.per Cy.l.in minorum.C.in quib. causis in integ.resti. Secundo,quia sicut creditor non cogitur recipere in alia forma,q̃ dederit, vt l. Paulus respondet, ita econuerso nec debitor cogitur soluere ĩ alia forma, si verteretur damnũ 20 suum.Ex his resultat aliud.† Pone,ꝙ non debeo tibi decem ex causa mutui,sed ex alia causa: pone, quod tempore, quo fui grauatus,vtputa,quia arbiter condemnauit vnam ex partibus ad centum,post certum tempus petitur executio,contingit,ꝙ tempore quo fuit grauatus,fuit vna moneta.tempore autem executionis est alia,respectu cuius tẽporis debeat solui? Bart. hoc non tangit. Oldra.consuluit in quodam consilio nu. 31. alias 56.vel 57.& dicit, ꝙ debet dari in pecunia,quæ currebat tempore sententiæ latæ,per l.vxorem.§.testamento. de leg.3. & per l.Aurelius.§.testamẽto.de libe.leg.Item resultat aliud, Pone,ꝙ tempore,quo testator legauit,erat vna moneta, tempore quo petitur legatum est alia,& tempore mortis restantis est alia moneta, Oldra.in suo consi.31. tenet quod debet dari in pecunia, quæ currebat tempore, quo testator legauit, per prædicta iura.Item pone, ꝙ statutum dicit, ꝙ quicunq; commiserit

ADDITIONES.

a ¶Mutui.Et ista est veritas secundum oẽs hic,licet Raph.Fulg.& Roma.hic velint contrarium,quibus respondet hic do.Alex.Hier.Chuch.

b ¶Contra.Vide hic Alex.qui defendit Bar.cuius opi. communiter est approbata ab impugnatione Romani, colũ.3.in fi.circa quod non omittas videre do.Philip.Dec.col pen.Hier.Chuch.

miserit tale delictum, soluat centum. Pone quod tempore quo fuit factum statutum, esset vna moneta, tempore autem quo incidit in statutum, erat alia moneta alterius valoris minoris, vult soluere de ea moneta, quæ currit tempore, quo incidit in statutum, an erit audiendus? & cuius temporis soluetur pecunia? Spec. in titu. de oblig. & solu. §. ij. ver. fi. non tamen allegat aliquid, sed dicit, quod debet solui ea, quæ currebat tempore, quo fuit factum statutum, vel eius æstimatio, & tenet Bal. & Spec. in l. illud. C. de sacrosf. eccle & in l. fi. C. de leg. Sed contrarium postea determinat, quod de eo tempore, quo committitur delictum, & istud videtur ipse sequi, cum sit vltima determinatio, tamen falsum videtur hoc. Et primo, quia licet dubium sit, an statutum æquiparetur vltimæ voluntati, vel contractui, & Bart. posuit [a] in l. j. C. de his quibus vt indign. & in l. suus. §. sed & alio. ꝟ. de hær. inst. vnde dic, quod si æquipareretur statutum vltimę voluntati, & tunc aut inspicitur tempus testamenti, vt d. l. vxori. §. testamento. &c. & tūc sit vera opinio Spec. aut æquipareretur contractui, & tunc debet soluere de tempore commissi delicti. Vnde quæro de vna quæstione, de qua remisi huc. ꝟ. eo. in l. ii. an scilicet vna pecunia possit solui pro alia? Et primo ponit gl. in l. si quis argentum. C. de donatio. & voluit sentire in d. l. Paulus. †Vnde cōclude, quod aut volo reddere pecuniam eiusdem ligę, & eiusdem qualitatis, & tunc cogitur recipere, quia nullum damnum sentit, vt l. Paulus respōdet. Aut volo reddere in diuersa materia & liga, & tunc nō potest. Fallit hoc in duobus casibus, nisi consuetudo fuerit contraria. Secundo fallit, nisi ista pecunia debeatur propter tributa, vel collectam, vel præstantias, vt est casus in l. j. C. de argen. precio. lib. x. qui est singularis. Vltimo restat, quid quando mutuo tibi decem florenos, & sunt plures species florenorum, de qua pecunia debet solui? de hoc dic, vt in gl. in l. semper in stipulationib. ꝟ. de reg iur. & in l. nūmis. ꝟ. de leg. 3. & per Bart. in l. Paulus respondet. & Anton. in cap. ex parte. & in cap. quanto. extra, de cēsi. & in c. olim. extra, de iniurijs, & in cle. fi. extra, de censi. in alijs autem vide Bar. in d. l. Paulus.

ADDITIO.

a ¶Posuit. Dic ꝙ communis sententia Doct. est ꝙ æquipareretur magis vltimæ voluntati, quàm contractui. ita Bar. vbi supra, & in l non solū, §. morte. circa fi. pen. col. ꝟ. de no. ope. nun. quē sequuntur ibi Io. de Imo. & Mod. & Roma. & Mod in l. 4 §. Cato. de verb. oblig. ꝟ. quod intellige tamen, niā quo ad extensionē, quia in statutis, cum sint stricti iuris, vt in l. quicquid, ꝟ. de verb. obli. vbi Bar. & Doc. fit stricta interpretatio, in vltimis vero voluntatibus fit largis. vt in c. cum dilecti. & ibi Doctor. extra de donatio. Hier. Chucha.

SVMMARIVM.

1 Principale propositum est attendendum, non autem quod sequitur.
2 Contractu facto gratia vtriusque licet dicatur, ꝙ teneatur quis solum de dolo, & lata culpa, hoc tamen est verum quando celebratur gratia vtriusq; principaliter, secus si principaliter gratia vnius. & secundario gratia alterius. & nu. 3 sed quid quando, depono gratia tui, & casu fortuito amitto depositum. nume. 4.
5 Statuto si caueatur. ꝙ de bannitis non fit facta mentio in concilio sub pena. intelligitur quando principaliter de eo fit mentio, secus si principaliter respectu reipublicæ, & secundario respectu banniti.

LEX. IIII.

SI quis nec causam. Si depositum fiat gratia recipientis ad eum spectat periculum. h. d. †No. primo iuncta gl. principale propositum attendendum, nō quod sequitur. Concor. ꝟ. eod. l. rogasti. in princ. ꝟ. ad legem Rhod. de iactu. l. nauis aduerso. C. de exercitor. l. j. §. non autem ex omni. l. si possessionem. in prin. ꝟ. man. & ꝟ. depositi. l. i. §. Pomponius. & l. j. ꝟ. de autho. tut. & inducetur ad quæstionem. †Secūdo no. singulariter, ꝙ licet dicatur, ꝙ in cōtractu facto gratia vtriusq;, teneatur quis solum de dolo & lata culpa, ut ꝟ. commoda. l. si vt certo. §. nunc videndum. cum similibus, tamen hoc est verum, quando contractus celebratur gratia vtriusque principaliter, secus si principaliter gratia vnius, sed secundario gratia alterius, vt hic est casus. In glo. super verbo, periculo. †No. singularem limitationem ad dictam l. si vt certo. §. nunc videndū, quia regula, quod vbi contractus celebratur gratia vtriusque, quod tunc venit solum dolus & lata culpa. Sed illud verū est, quando fit principaliter gratia vtriusque, secus autem si principaliter gratia vnius, & secūdario gratia alterius. Sed †stat dubium, quando depono gratia tui, & casu fortuito amitto depositum. In hoc glossa ponit duas opiniones, communiter tamē tenetur opinio Azon. sed Pet. & Vltramont. tenēt opinionem Ioan. & ratio, quia depositum fit gratia mutui ab eo, qui deposuit, vt efficeretur mutuo. Si autem fit gratia mutui, debet capere naturam mutui, vt l. si eum. §. qui iniuriarū. ꝟ. si quis cautionib. Vnde clarum, quod de mutuo tenetur, quia genus perire non potest, vt l. incendium. C. si certum peta. Sed Bart. tenet contrarium multis rationibus. Sed aliter probo. Vnde certum est quod commodatum fit tantum gratia commodatarij. Sed certum est, quod cum commodatarius non tenetur [a] de casu fortuito, vt l. si vt certo. §. nunc videndum, ergo idem in deposito. Non obstat arg. vltimum, quia illud verum, vbi depositū esset factum ad speciem, secus autem, si dedisset ad pecuniam numeratam, quia tunc periculum spectaret ad depositarium, vt l. die sponsaliorum. & l. Lucius §. j. ꝟ. depositi. Vnde aduertendum, quod istæ opiniones possunt concordari, aut istud depositum est factum in numero, & sic in genere, & tunc quia participat de natura mutui, & tunc tenetur, argumento. l. inter dum. C. si certum petatur, & isto modo sit salua opinio Io. Si autem fuit pecunia in specie, vt in sacculo, & tunc spectat ad deponentem de casu fortuito, vt l. si vt certo §. nunc videndū. ꝟ. commodati. Sic in proposito, quia depositum fit gratia ipsius depositarij. Iste textus fuit inductus per Iac. But. ad talem quæstionem, † statuto cauetur, ꝙ de bannitis non fiat arengatio vel mentio in concilio, sed quidam arengauit de quodā bannito, cum volebant mittere aliquem ambasciatorē, nunquid teneatur? & certe non, quia principaliter fit ista arengatio ratione & vtilitate reipublicæ, & non principaliter ratione banniti, & ideo non [b] tenetur per istum textum, & per l. j. §. idem Pomponius. ꝟ. depositi. & idem si ratione necessitatis aliquid fieri non potest, secundum quod vult Bal. in l. diuus. ꝟ. de petitio. hæredita.

ADDITIONES.

a ¶Tenetur. Commodatarius, & depositarius ad quid teneantur. vltra Doc. hic vide late subtilem Dec. in regula, contractus, ꝟ. de reg. iur. Hier. Chuc.
b ¶Non tenetur. Adde ꝙ cum ista decisione transeunt hic cōmuniter Doc. & de pluribus similibus facientibus ad regulam istam, vide hic Ias. qui per duas colum. multas quæstiones congessit. Hier. Chuch.

SVMMARIVM.

1 Contractus finito tempore, effectus ipsius finitur.
2 Fructus seminati per colonum in fundo finito tempore conductionis, non possunt per eum recolligi.
3 Asportatum impetu fluminis, conduci potest, nam transportatio fluminis non est causa tollendæ proprietatis.
4 Res vbi condic. tur, quæ sunt consideranda.

§. Res pignori. A fure, aut a malæ fidei possessore, res condici potest. h. d. Vel sic, si res mea ad aliquem peruenit cum causa, ea finita, agere possum ad eam repetēdam, & fructus sine causa perceptos condictione furtiua, & condictione generali petere possum. h. d. No. primo, † ꝙ finito tempore contractus ipsius, effectus contractus finitur. Secundo no. † ꝙ fructus seminati per colonum in fundo, finito tempore conductionis, non possunt recolligi. cōcordat ꝟ. de fur. l. si seruus. in §. locati. & eo. tit. l. inficiando. §. fina. Tertio no. † asportatum impetu fluminis condici posse, ꝙ tū intellige per §. præterea. Insti. de rer. diuisio. No. ꝙ transportatio fluminis non est causa tollendæ proprietatis. concord. d. §. ij. ꝟ. de dam. infec. licet sit causa tollendæ possessionis, vt l. 3. §. Labeo. ꝟ. de acq. pos. In gl. j. & pro introitu oppo. de §. sic itaq;. Insti. de act. quia condictione agitur ad sibi dandum, sed hæc res erat sua, ergo sibi dari non potest. quia qđ meum est &c. vt Insti. de leg. §. si res. Huius timore est facta gl. Et pro declaratione dic, ꝙ iste §. non videtur bene situatus, qa leges debēt esse situatæ sub congruis titulis, vt l. ij. ꝟ. de statu homi. Sed iste §. tractat de condictione furtiua, de qua materia nō tractatur hic, ergo debuit poni. ꝟ. de condi. fur. Sed Doctores dicunt, ꝙ datur condictio generalis. In ead. glo. in fi. Bar. hic dicit, ꝙ quotiescunque res condicitur, consideranda sunt duo, s. vnum ex parte agentis, & hoc modo iste condicit ratione dominij, & ideo dicitur condicere rem, & tunc vera sit opinio Doct. quia non videtur condictio. Si vero loquantur ex parte rei, tunc sit vera gl. videlicet, quia videtur intentare respectu possessionis, & ita loquitur. l. ij. de condi. tritic. ita concord. Barto. de mente Iac. But. sed ista concordia non est bona, quia Bar. de Sal. dicit ꝙ † modus concludendi, est concludere ad tem furtiuam dandam, quia illa condictio, quæ datur contra furem, est contra regulam aliarum actionum. & sic competit ad restituēdum, vt l. fi. ꝟ. vsufru. quemad. caue. & §. sic itaque. Et quomodo sit contra regulam aliarum actionum? dic, quia quando condicitur, agitur ad dandum, sed in casu isto ad restituendum, ita videtur sentire Richar. de Sal. Sed fuit opinio gl. in d. §. sic itaque. Sed Rapha. dicit, ꝙ vbi dominus agit contra furem pōt dicere, quare peto rē ipsam mihi subtractam debere restitui, vel dari, & dicit, ꝙ probat per §. sic itaque. Insti. de actio. Probatur & alio modo, quia in condictione, quæ datur contra furē est aliquid speciale, vt d. l. fi. vsufr. quemad. caue. Sed vbi quis ageret, vt restitueret, non est aliqua specialitas, quia etiam cuilibet daretur contra bonæ fidei possessorem, vt l. certi condictio. ꝟ. eo. Præterea non debet esse absurdum, si contra furem concludatur in libello dando, quia morosus & fur æquiparantur, vt l. inter stipulantem. §. sacram. ꝟ. de verb. obli. Sed certum est, ꝙ quædam specialitas est in moroso, quia impossibilis petitio admittitur, vt l. inter stipulantē. §. fi. & l. si seruum. in prin. ꝟ. de verb. obli. ergo & sic in hoc casu. Et ratio specialitatis est,

quia

quia in odio furis sunt plures actiones competentes contra furem, vt restitutionis actio. & actio dationis. Vnde ita conclu dit, ꝙ possit concludi ad rem dandam cõtra furem, credo. Sed quod ista opinio, non sit vera, imo sit opinio glo. in d. §. sic itaque. & l. cum putarem. §. fi. ĵ. de cond. indeb. Et ratio, quia duo specialia non possunt &c. sed hęc sunt duo specialia, igitur &c. Et ꝙ sint duo specialia patet, quia primo est ad rem restituendam. Secundo, quia impropriè quis agit ad rem dandam, contra furē. Præterea aliquid speciale non debet induci sine causa, vt l. ij. s̄. de consti. Princ. Sed clarum est, ꝙ hic est inductum sine causa, quia domino competebat certi condictio. Item & actio ad restituendum, & sic non specialitatis causa. Non obst. §. sic itaque. quia responde vt in gl. exponitur, dare, id est restituere. Vnde conclude, ꝙ aut est medium concludendi in libello contra bonæ fidei possessorem, & tũc est agere contra rem dandam, vt d. l. ij. ĵ. de condi. tritic. Aut agitur contra furem, & tunc datur siue agitur ad rem restituendam. In glo. super ver. voluntate. in fi. dic aut colonus scit sibi non licere, & tunc verum fit, quod dicit iste tex. in l. inficiando. §. fi. ĵ. de fur. aut non scit certo, sed putat sibi licere fructuum collectionem, & tunc ex quo ipse credit sibi licere, ista credibilitas ipsum excusat a furto, vt l. j. ĵ. de arbi. licet non excuset a rapina, vt Insti. vi bon. rapto. §. si tamen. facit l. colonus. ĵ. de iureiur. Aut colono licet colligere, sed putat non licere, & tunc non cõmittit furtum, vt l. fi. ĵ. de cri. expil. hære. & l. saltus. §. qui alienum. ĵ. de fur.

SVMMARIVM.

1 *Debitor speciei post moram, sustinet periculum interitus.*
2 *Morosus vt quis efficiatur, quæ requirantur.*
3 *Paria sunt posse, vel dolo desinere posse.*
4 *Paria sunt scire, & scire debere.*
5 *Debitor quantitatis, an & quando liberetur interitu ipsius quantitatis. & nume. 6.*
7 *Oblatio sola, num sufficiat? &c.*
8 *Genere perempto, an pereat obligatio.*
9 *Specie perempta, an soluatur obligatio. & nu. 10. & 11.*
12 *Obligatio, re certa facto perempta, quando perempta dicatur.*
13 *Debens aliquam rem in specie in diem, vel sub conditione, & illam occidam ante diem, vel conditionem, an liberetur ipse debitor, vel an possit veniente die, vel conditione conueniri.*
14 *Debitor speciei, an quando species perijt ante moram, liberetur ipso iure, vel ope exceptionis.*
15 *Mora sumitur multipliciter.*
16 *Mora qualiter diffiniatur, & quæ sit iusta causa, quæ excusat creditorē nolle recipere debitum sibi oblatum, & quæ sit iusta causa respectu debitoris. nume. 17.*
17 *Interpellatio verbalis, quem effectũ producat, & quid de interpellatione per incursum diei. nu. 18.*
19 *Interitus, an & quando cedat damno creditoris, vel debitoris.*
20 *Depositarius, an & quando teneatur post moram, vel non.*
21 *Causa iusta, an excuset a pœna in compromisso apposita, vel non.*
22 *Difficultas, an & quando impediat moram committi.*
23 *Difficultas, an impediat periurium committi.*
24 *Lata culpa quæ sit.*
25 *Euentus conditionis, an constituat quem in mora absque interpellatione.*
26 *Interpellatio sola, an sufficiat ad constituendum quem in mora.*
27 *Promisit si quis dare omni anno vnum par caponum, in festo sancti Martini, an liberetur, si soluerit eos mortuos.*

LEX. V.

1 QVod te. † Ad debitorem speciei post morā pertinet periculum interitus. h. d. secundum Bar. No. quot † requirantur, ad quē con-
2 stituendum in mora. Secundo no. † ꝙ paria sunt
3 posse, vel dolo desinere posse dare, concord. ĵ. de reg. iu. l. parē.
4 & l. quod si dolo. s̄. de rei vendi. cum simi. † Tertio no. ꝙ paria
5 sunt scire debere, de quo dic, vt in gl. † In gl. j. in prin. concludit gl. ꝙ aut quis tenetur ad quãtitatem, & tunc semper tenetur, aut ad genus, & idem. aut tenetur ad speciem, & tunc aut fuit in mora, aut non &c. Vnde Bar. hic circa istud dicit, scilicet, an & quando debetur quantitas, perempta quantitate liberetur? quod aut quantitas debetur respectu speciei certæ, & tunc perimitur obligatio quantitatis pro certa specie, vt l. in naue. j. locati. & l. Titiæ textores. §. fi. ĵ. de leg. j. & facit melius. l. quidam testamento. §. si tibi seruus. de leg. j. vbi legatus erat mihi seruus, & respectu huius legati eram grauatus ad cētum, iste seruus moritur, an tenear ad centum? & certum est ꝙ non. Aut quantitas debeť simpliciter, non respectu speciei certæ, & tũc aut fuit factum pactum de periculo, & tunc clarum est, vt l. j. de nau. fęno. aut de hoc non est conuentum, & tunc aut ista quantitas fuit oblata, & creditor noluit recipere, & perit sine dolo ipsius debitoris, & tũc liberatur debitor, vt l. qui decem. ĵ. de solu. aut non fuit oblata, & tunc semper tenetur, vt l. incendium. C. eo. & Insti. eo. §. eius. Ista distinctio est multum defe-
6 ctiua, licet omnes sequantur eam. Vnde dic † sic in hoc casu, quod quantitas, quæ debetur in genere, non potest perire, vt d. l. incendium. Fallit in quantitate debita ratione speciei certæ, vt dicit Bar. Pro quo facit l. quidam testamento. §. si tibi seruus. de leg. j. Secundo limita, nisi quantitas debeatur respectu speciei, cuius solutione quis sit liberatus, vt l. si hoīem. ĵ. mād. Tertio limita, nisi respectu ipsius speciei peremptæ preciam tu habueris vere vel ficte, quoniam tunc tu manes obligatus, vt l. si pater. §. fi. s̄. de peti. hæred. Item fallit illa regula, nisi illa talis quãtitas fuerit oblata ipsi creditori nolēti acceptare &c. vt l. si decem. de solu. & probatur fortius in l. si & per emptorem. §. fi. de act. emp. Hoc verum nisi illa quantitas adhuc maneat, quia tunc tenetur, vt l. sed si post s̄. de arb. hoc limita, nisi quãtitas debeatur a republica officiali suo, puta si respublica obtulit, & noluit acceptare, quia liberatur etiam si res extat, vt l. nulli. C. de eroga. mili. anno. lib. xij. Itē limita, nisi ipse creditor cessaret esse in mora, quia tunc adhuc teneretur, vt l. semel mora. ĵ. sol. mat. Probatur in l. illud. de commo. & pericu.
7 rei vend. & l. si seruum. §. fi. de verb. obli. Circa istud † quærendum est de vno, videlicet, an sit necesse, ꝙ deponam, vel sufficit, ꝙ offerā simpliciter? Et primo videtur, ꝙ deponere debeā, per l. acceptam. C. de vsur. Sed contrarium est verius, quia ad
a hoc, vt liberer a quantitate sufficit, ꝙ offeram,[a] vt est casus in l. si debitor. de solutio. secundum vnum casum. Item fallit, nisi quantitas debeatur in specie, non autē in genere, vt ĵ. de verb.
b obli. l. si certos. Sed quid[b] si quãtitas in genere subalterno debita pereat facto publico, vt quia contingit, ꝙ per statutum ciuitatis reprobata est ista moneta, an liberetur debitor, vtputa ex pecunia, quæ non expenditur. Bar. ponit & variat ab illis, q̃ dixit s̄. eo. l. cum quid. & in l. Paulus respondit ĵ. de sol. de quo ibi vide, & adde ibi, quæ no. Bar. de auro & argen. leg. l. aurum.
7 neralis pro ista actione bonæ fidei, an veniant fructus ex mora,sicut in actione bonæ fidei? & certe non, ita tenet Barto. & communiter omnes, per l.item veniunt. §. cum prædiximus. s̄.de pet.hær.quia fructus proueniunt accidentaliter,idest post q̄ ille commiserit moram naturaliter. Sed ista non est uera

b opi.per l.j.§.bellissime[b].j.vt leg.no.caue.ubi est casus sing.Et pro hac declaratione sciēdum est, quòd actio ex stipulatu est stricti iuris,vt l.quicquid astringendæ. infra de verbot.obliga. & Institu. de actio. §. actionum. Sed actio ex testamento est bonæ fidei,vt l.in minorum.ex quib.ca.in integ. resti. non est necess.& in §.bellissime.quærit Iurisconsultus,an ex illa actione de testamento,in cuius locum est subrogata actio ex stipula.veniāt fructus post moram? & Iurisconsultus decidit quod sic,vbi est casus singu.contra Barto. Vnde potest limitari ista glo.nisi propter moram,quia tunc actio generalis subrogata sapit naturam subrogantis,etiam in accidentali, ex quo limitatur glo.in dicto §.actionum. quam Barto. non allegat. Ex

8 quo infertur ad aliud,an † quādo quis petit damnum, quæritur,an per istam inficiationem crescet? In hoc dic, quòd aut apparet,ꝙ voluerit intentare actionē legis Aquiliæ,& tunc est certum,ꝙ crescit.Aut non apparet,& tunc certum, quòd nō

9 crescit.† Sed quid in dubio? In hoc Innocē. dicit, quòd vbi quis habet plures actiones,& in dubio agit,quòd semper pręsumitur intentata illa,per quam reus minus lęditur, in c.dilectus.extra de ordi. cogni. Fortificatur argumento eius, quod dicitur de sententia, quòd quando quis potest condemnari duplici actione,& condemnatur simpliciter, certe præsumitur ꝙ sit cōdemnatus in illa,q̄ minus reo nocet,vt l.cum causæ.infra de suspec.tuto.& c.si confirmantem. de electio.lib.6. vnde in hoc casu cum non appareat,qua actione agam, tunc præsumitur agere condictione generali. Hoc tamen dictum patitur limitationem, primo vbi electio ipsius actoris est, & tunc habet locum dictum Innocen.sed vbi est electio rei, tūc non est vera sententia Innocen.per tex.in l.de ætate, §.qui tacuit.de interrogato.actio. & l.quandiu.de acquiren.hæredita. In eadem glo.ibi,item & si detur.pro cuius expeditione quæ-

10 ritur,an † certi condictio subrogata in locum infamatoriæ infamet? Ad hoc respondet per l.cessat.infra.de actio.& oblig.

11 Iuxta hoc cadit vnum, † quid si ille,qui est conuentus ista condictione, confiteatur se commisisse dolum, an committetur infamia? & primo videtur quòd sic, per l.quoniam. s̄. de his qui notan.infa.Sed hoc est falsum per glo. singu. in l.quid ergo.§.ex compromisso.de his qui notan.infa.quamuis alias cōfessio infamet,tamen in ista condictione non infamat.In ead. glo.ibi,item nunquid petit &c.Istud limitatur,& primo vtputa,quando condictio certi subrogatur in locum actionis durātis,vt l.si a domino,vel a iure. in princip. s̄. de petitio. hæredi. Secus autem si transcurrit, vt est tex.singu. in l.quod debitori. infra de donatio.cau.mort.probatur in l.illa.§.j.de consti.pec.

12 Ex quo † infert Ang.ad vnum quotidianum, videlicet quando datur actio ad supplemētum,quæ est subrogata in locum inofficiosi testamenti,an sapiat naturam eius,in cuius locum

c subrogatur, id est, an finiatur quinquennio. Ang.[c] hic tenet contra Barto.videlicet,quod non finiatur quinquennio,& ratio est secundum eum, quia actio ad supplementum est ciuilis,ergo debet durare.xxx.annis, sicut & ille, vt l.si quis filio. s̄. de inoffi.testamen.vbi Barto.tenet, quòd imo non duret vltra quinquennium per rationem, quia ista subrogatur in locum actionis de querela, quæ non durat vltra quinquennium,per regulam l.si eum.§ qui iniuriarum.s̄.si quis cautio. Sed Ang. tenet contrarium, tamen variat in l.Papinianus. §.primo, s̄. de inoffi.testamen.Bal.autem tenet contra in l.pater filium.s̄. de inoffic.testamen.& in authen. presbyteros. C.de episco.& cleri.In ead.ibi, nunquid in libello exprimenda est? Guil. autem dicebat,quòd sufficiebat exprimere causam proximam, sed contrarium est verius,quando petitur,quòd ab actore exprimatur causa,non solum cogitur exprimere proximam,sed etiam remotam.Quia ad hoc,vt reus sciat,an velit cedere,vel contendere,vt l.j.C.de eden.& l.si in rem agat. s̄ de rei vendi. Sed vbi quis ageret & exprimeret proximam, non redderetur certus, igitur &c. In hoc tamen potest cōcordari opinio gl.& Guil.quia aut reus non petit sibi edi causam remotam, & nō tenetur. Aut petit,& tenetur,vt l.si ex multis. C.de arna. except.Sed quia ista est maxima materia,ideo omitto,quia fit distinctio,an quis agat personali,vel reali. In hoc sufficiat remissio.Et primo de hoc dic,vt dicta l.j.de edendo. & per Bart. in l.an eandem.§.petitiones.j.de actio.& obliga. & per Cano. in c.fina.de libe.obla. In glo.super ver. petitur. circa princip. Item

ADDITIONES.

a ¶Bar.Cuius opi. magis communiter sequuntur Doct.secundum Soc.hic. Hier.Chucha.

b ¶Bellissime.Adde,ꝙ ille §.non facit secundū Are.hic, quem vide in j.col. ver.secundo adde & Ale.3.col.qui respon ꝙ tex.ille loquitur in accessione,quæ accessorie cumulatur alteri. Nam illa per omnia sortitur naturā principalis.Sed q.gl.& Bar.hic loquitur in actione,quæ æque principaliter accumulatur alteri &c.hæc respon. non placet Ias.nec Soc. Ideo vide per eos.teneas tamen eum Alex.& Aret.Hier.Chuch.

c ¶Ang.Cuius opi.est communis contra Bart.vt hic per Ias.qui alleg.concor.col.9.in princ.Hier.Chuch.

Item fallit in malæ fidei possessore, vt s. eod. l. si quis nec causam. §. res pignori. vbi glo. norabilis, & hoc verum maxime si malæ fidei possessor fuerit eiector, vt l. j. in fi. cum seq. de tritic. Item fallit in legatario, in §. in nostra. Inst. de leg. & in l. prima, C. commu. de leg. Item fallit, & quarto singulariter, secundum Barto. in eo, qui est dominus vtilis, quia habet actionem ad dominium sibi dandum, in l. j. C. de donatio. quæ sub modo. Sed certe ille tex. non probat, quod non competit hæc condictio generalis, sed alia condictio, scilicet ob causam non secutam, vt probatur in l. si vt proponis. C. de condi. ob cau. quæ declarat d. l. j. de dona. quia nihil facit pro Bart. Sed iuxta hoc cadit dubium, nam clarum est, quod in donatione causa mortis, transfertur sine traditione donantis, vt l. ij. s. de pub. Nunquid autē

13 † ad istud donatum causa mortis competat certi condictio. certe sic, quia condictio competit ad dandum, vt §. sic itaque. Sed cōtrarium tenet gl. in l. cum pater. §. vicino. de leg. ij. & l. ij. C. de dot. promis. Et responde ad illud quod dicitur, quod quādo sum dominus, non competit condictio, illud verum, quando sum dominus vere & irreuocabiliter, secus autem si reuocabiliter, vt in l. in bello. §. i. j. de cap. & postli. Et ita accidit in donatione cau. mortis. hoc est verum, quando ille, qui donat causa mortis, est dominus vere & irreuocabiliter, sicut dicimus in legatario, quia licitum est argumentum de legato ad donationem causa mortis, vt l. si. de dona. cau. mor. Sed clarum, quod legatarius non est verus dominus irreuocabiliter ante apprehensionem, sed est dominus reuocabiliter, ergo & ille cui est donatum. Sed dic, quod competit condictio ex lege illa ad petendum possessionem rei, non autem ad ipsam rem, vt d. l. si quis ex argento. Vel tertio dic, quod illa gl. non fuit vera, vt dixi in l. i. j. de dona. cau. mor. In ea. gl. Respondeo sic. Ista glo. reprobatur per Doct. per l. ex empto j. de actio. emp. & l. i. de rer. permuta. Et probatur sic, actio ex empto est actio ad actum, vt l. vbi autem. in gl. allega. igitur ad petendum non datur condictio, sed actio ex stipulatu. In ea. gl. ibi, sed cum in actione. Bart. dicit, quod potest saluari gl. & opinio Vltramon. & Pet. Quia opinio Vltramon. habet locum, quando venditor est dominus rei, quia nunquàm contra eum datur cōdictio certi, quia si habet rem, tenetur ad rē tradi, sed si non habet, tunc tenetur ad interesse. Sed in hoc fuerunt duæ opiniones, quia aut habet rem, & tūc cogitur dare rem, vt in §. precium. Insti. de contrahen. emp. & si non habet, tūc tenetur ad interesse, vt ibi. Præterea est casus in c. cum Ioannes eremita. extra de fide instr. Vnde dum Bart. dicit, quod vbi non est dominus, nō datur contra eum condictio certi, sed contrarium est, vt hic in gl. quia interesse venit certificandum. Sed in quātum Bar. dicit, quod vbi habet rem, tenetur rem tradere, bene dicit, sed vbi dicit, quod vbi non est dominus, non potest agi contra eum certi condictione, male dicit, vt s. dixi. Bar. autem hic, quem omnes sequuntur, dicit male, & cōtra ipsum teneo, quia vbi est in obligatione rem dari, in contractibus bonæ fidei semper succedit obligatio ad interesse, vt est gl. singularis in §. actionum. Insti. de actio. & Bal. facit magnum festum de illa glo. licet Bart. non facit mentionem in l. stipulationes non diuiduntur. j. de verb. obli. Vnde si succedit, clarum est quod actio ad interesse est incerta, ergo est variabilis, ergo non datur condictio, sed obligatio est ad interesse, & hoc facto ipsius debitoris. Sed quis posset dicere, quod illa glo. quæ est in §. actionum. non est vera, quia non allegat aliquam l. Sed dic, quod tex. est in l. si actionem. in fi. de actio. emp. quamuis glo. non alleget. Tertio fundo istam opinionem alia ratione, quia ad hoc, vt sciatur, an obligatio sit certa, vel incerta, inspicimus primordialia, vt s. eo. l. si quis nec causam. non autem incidentia. Vnde licet versetur in actione mista obligatio rem dari, tamen propter istud incidens, non potest certificari adeo, quod detur certi condictio. Sed communis opin. est Doct. & glo. vt est tex. in l. cum manu lata. §. nemo. j. de contrahen. empt. In quo patet rñsio ad omnia contraria, & limita nouiter dicta Doc. per d. l. si iactum. Et quod hoc sit verum, patet, quia vbi quis tenetur ad ipsam rem præcise, ergo multo magis ad rem tradendam, vt d. c. cum Ioannes eremita In ead. gl. ibi, nunqd in hac. Istud est expeditum per supradicta. In ea. gl. ibi, sed nunquid in locum. in fi. In hoc aduerte, quia hic aliqui moderni volunt reprehendere Bar. & non bene dicunt, quia nihil sciunt. & hoc maxime per l. si. C. de litigio. In gl. super ver. ex certo. con. prin. Istam opi. tenuit Iac. de Bel. & Vltramon. Sed declara, quia illud verum, vbi est necesse dari illud, quod fuit meum, tunc nō datur certi conditio. Secundo declara, quia vbi quis promittit dare fructum ex tali ancilla, istud est incertum, tamen potest resultare aliquod, quod erit certum, & sic competit certi condictio. ita dicit Iac. de Are. & istud exemplum seruat Bart. Sed

a certe ista opi.[a] non potest procedere, quia est casus rotundus contra in l. si stipulatus. j. de vsur. vnde ad hoc, vt ex contractu incerto, detur certi condictio, quando resultat certum, necesse est, quod sit certum spe infallibili, quia de necessitate erit, sed vbi erit in dubio, tunc non datur certi cōdictio, ita loquitur d. l. stipulatus. sed vbi est certum spe fallibili, vt interesse, tunc nō competit certi condictio, vt in glo. hoc intellige verum, quando tale interesse est certificatum non ante. In ea. gl. circa medium probatur in l. liber homo. §. i. j. de verborum oblig. licet glo. non alleget. Sed fuit allegata per Cy. in additionibus. In ea. glo. ibi, item & c. Idem determinauerunt in d. l. fin. s. si quis in ius voc. Idem Insti. eod. in princip. Sed ex ista glo. resultat vna quæstio, videlicet, an ad factum quis posset præcise cogi. dic, vt per Bar. in d. l. stipulationes non diuiduntur. per Bal. in l. j. C. de senten. quæ pro eo quod interest. In ead. gl. In fi. Istam

b glo. sequitur[b] † hic Bart. & in l. stipulationes non diuiduntur.

14 j. de verborum obliga. & per tex. in l. j. in fi. de inuti. stipulatio. Bal. dat aliam distinctionem, aut interesse petitur principaliter, aut secundario. Primo casu est necesse, quod exprimatur quātitas ipsius interesse, si ad illud agat aliquis. Aut istud interesse petitur secūdario, & tunc procedit libellus incertus in interesse, vt sic habeat locum opin. glo. Sed certe non est vera ista distinctio, quia est casus in l. 3. C. de inuti. stipu. Quia vbi libellus est incertus, interesse est probandū per actorē, & probatur p simile in c. Raynaldus. cū gl. de testa. l. non ab re. C. vnde vi. & C. loca. l. locatores. vbi libellus ad pœnā admittitur, ēt incertus. Item probatur & alio modo, quia vbi libellus venit incertus ex parte actoris, tamen est declarādus per reum, semper admittitur, vt l. vbi autem non apparet. §. qui illud, aut illud. de verb. obli. Et sic patet, quod libellus incertus admittitur. Sed per iudicem debet certificari, vt in §. curare. Insti. de actio. Probatur per glo. in l. i. §. si quis argentum. j. deposi. ex qua probatione certa facienda sententia ferri debet. Fallit in aliquibus casibus, in quibus sicut libellus est incertus, ita & sententia, vt in petitione hereditatis. Bar. autem quærit, an autem pro isto interesse debeat aliquid exprimi certum, vt quando promitto tibi pecuniam, quam habeo in arca, vel illud quod Titius debet, & sic an sit necessarium, quòd illud quod petitur appareat certum ex ipsa pronunciatione, an sufficit quod sit certum in rerum natura? & respondit, quod non est necesse, quòd ex ipsa pronunciatione appareat certum illud, quod petitur, sed contrarium est verius. nec obst. illud quod dicit Bar. quia est casus contra eum in l. si pœ-

c nam.[c] j. de verborum obligatio. Nec obstat, quòd sit certificandum per iudicem, quia patet quòd quis obligatus est in genere, vtputa in homine, videtur quòd sit certificandum ex post facto, & tamen est obligatio incerti, sic in proposito. Vnde quando quis petit interesse, non videtur petere certum, per tex. in l. vbi autem non apparet. §. pro indubita. Et ratio, quia pendet ex futuro euentu. Et pro hoc facit l. si domus. de legatis. j. Vnde dic ad intelligentiam, quòd ista glo. debet intelligi quādo interesse deducitur in libello, secus autem si non deducitur, vt d. l. si pœnam. In glo. super verbo, ex legati. no. ex ista gl. quòd illud quod dicitur, quòd dominium rei legatę transsit in legatarium a die aditæ hæreditatis, est verum quando legatur species, secus in legato quantitatis. Et ex hac glo. no. quod

15 † siue dominium transeat, siue non, semper competit certi condictio. Et respondeo ad illud, quod pro re sua non competit certi cōdictio, quod hoc est fauore vltimę volūtatis, sicut alias dicimus in fure, & hoc probatur Institu. de leg. §. in nostra. & l. j. C. co. de leg. vbi habetur per Bart. Ista quæstio est multum dubitabilis, & eam disputauit Pet. de Bel. vt refert Cy. in l. j. C. vt act. ab hære. & contra hære & ibi plene per Bal. & Bar. in l. si stipulatus ita. j. de verb. obligatio. & omnes sequuntur Bart. & dicit, quod est verum, quòd actio est orta ante diem. Fallit in certi condictione, & hoc probatur per d. l. si stipulatus ita. Et probatur per rationem, quia certi condictio non competit, nisi ad certum, sed vbi esset orta ante, daretur ad incertū, igitur & c. Quod sit incertum, patet propter interusurium medium medij temporis. Bal. hic & in rubrica. C. eod. tenet contra Barto. scilicet quòd certi condictio etiam oriatur ante aduentū diei, probat ipse, quia actio specialis & generalis proficiscuntur ex eadē radice obligationis. Vnde si diceremus, quod esset vera opinio Bar. influeret plus in specialem, minus in generalem. & Barto. de Sal. tenet cum Bal. & Raph. Et probatur, quia ex mutuo nō oritur, nisi condictio generalis, vel specialis, quæ oritur in mutuo ante diem. & ita est casus in l. qui mandatū. j. mandati. per l. si procurator absentem. §. liber homo. j. mandati. vbi dicitur, quod ante diem quis potest demandare actionem, ergo est orta. Nam si non esset orta, non posset demandari. Et responde ad illud, quod dicit de interusurio, quia negamus hoc,

ADDITIONES.

a [a]Opi. Tu dic, quod ista est magis communis opi. secundum Docto. licet hic Roma. & Cuma. in d. l. vbi autem non apparet. in §. quid illud. fine in contraria opi. per tex. in l. si stipul. hic alle. ad quem respon. vt respondit hic gl. ad l. si. si quis in ius voc. secundum Doc. Hier. Chuch.

b [b]Sequitur. Dic, quod communis & vera sententia est, quod quando quis agit in hoc casu ad interesse, non debet exprimi quantitas, per l. 3. in fi. C. de inuti. stipu. secundum Doct. hic. Hier. Chuch.

c [c]Si pœnam. Ad istam l. responde vt hic per Are.

hoc,quia eſt certum,id eſt, certificãdum per rerum naturam, quod interuſurium & lucrum,vt l.3.§.fina.j̄.de eo quod certo loco.& ſic æſtimabitur iſtud per mercatores. Nec ob.iſte tex. qui intellige,quod poteſt agere,ſed repellitur exceptione, vt l.ſi.quando dies lega.ced. Adde aliquid ad illud, quod dicit Bar.in d.l.ſi ſtipulatus.j̄.de verb.oblig.quia ibi dicit,ꝙ ſi ex natura contractus ſubintelligitur dies, quod nunquam ante talem diem ſubintellectam eſt orta actio, ſed tamen eſt orta obligatio.Quia imo eſt orta actio,vt l.ij.§.ſi quis ita ſtipuletur. ſi de eo,quod certo loco. In hoc dic, ꝙ illa dictio, perperam, tunc nõ ſignificat male,ſed ponitur pro nullitate.Ita in ſimili ponitur in l.item quia.s̄.de pact.& iſto modo ſaluatur opinio Bar.In glo.penul.Adde quartum caſum ſecundum Bar. ſcilicet quãdo hæreditas debet reſtitui ad pias cauſas,quia reſtituitur per legem,non autem per hominem, de quo per Bart.in l.ſi.C.de ſacroſan.ecc.quamuis ibi teneat contrarium.& Bar. ibi hoc diſputauit,& diſputando firmauit.

SVMMARIVM.

1 *Stipulari alteri nemo poteſt.*
2 *Stipulatio celebrata cum pupillo ſine tutoris authoritate inutilis eſt.*
3 *Pupillus,an poſſit nouare ſine tutoris authoritate.*
4 *Conditio impoſſibilis,an vitiet ſtipulationem,pactum,vltimas voluntates, ſtatuta,donationes cauſa mortis.*
5 *Prodigalitas ſuperueniens non impedit prius contrahentes cum prodigo,quin poſſint eum conuenire.*
6 *Prodigus quibus perſonis æquiparetur.*
7 *Vtile per inutile,an & quando vitietur.*
8 *Sententia in parte vtilis,& in parte inutilis,an vitietur propter inutilitatem.*
9 *Iudex qui habet iuriſdictionem vſque ad certam ſummam, ſi proferat ſententiam vltra,an valeat pro illa parte,in qua habet iuriſdictionem.*
10 *Libellans ſi apte narrauit,ſed inepte intentauit,an valeat talis libellus.*
11 *Emphyteuſis ſolita dari vſque ad certum tempus,ſi detur vltra, an vitietur contractus in eo,ꝙ vltra data eſt.*
12 *Statuto ſi cauetur, ꝙ damnum vltra tantam quantitatem non poſſit probari, niſi per inſtrumentum,an poterit probari per teſtes &c.*
13 *Debitum ſi non poſſit probari,niſi per inſtrumentum,ſi probetur per teſtes,an valeat probatio.*
14 *Stipulari in re mea traditione,num alteri poſſim.*

1 §.Quoniam. Inutilis ſtipulatio non impedit ex vtili numeratione actionẽ oriri.h.d.†Nota ꝙ alter alteri ſtipulari nemo poteſt.j̄.de verb.obli.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.& Inſti.cod.§.ſi quis alij. & l.obligationum.§. ac ſi.de act.& obli.Bal.hic examinat iſtam materiam, & Bar.
2 in d.§.alteri.No ꝙ † ſicut eſt inutilis ſtipulatio celebrata cum pupillo ſine tutoris authoritate,quando per illam eius conditio redditur deterior,vt l.j.C.de inut.ſtip.Ita eſt inutilis,quãuis non ſit deterior,tamen non eſt locupletior,& ita eſt hic caſus
3 ſingularis.Ex hoc infertur ad vnam concluſionem,†ꝙ cũ nouatio ſtipulationem requirit,vt l.j.de nouatio. ꝙ ipſe pupillus non poteſt nouare,etiam ſi nõ redditur deterior, ſi tamen nõ eſt factus locupletior.In hoc fuerunt gl.variæ, vna eſt in l.nouare.§.fi.j̄.de noua.quæ tenet, ꝙ non poteſt. Altera in l.is cui bonis.de verb.obli.quæ tenet,ꝙ ſic.& ſequitur Bart.tamen eſt verior illa,quæ eſt in l.nouare.§.fin.per ſupradicta.Tertio no.
4 ꝙ† impoſſibilis conditio vitiat ſtipulationẽ,& etiam quẽlibet contractum,vt l.impoſſibilis.j̄.de ver.obl.concor.Inſti.de inut.ſtip. §.ſed impoſſibilis.Sed quid in pacto,in quo eſt adiecta impoſſibilis conditio,an vitiet?& dic ꝙ ſic,per l.non ſolum. j̄.de act. & obli.& hoc dic verum ſiue loquamur in pacto obligatorio, ſiue liberatorio,ita eſt gl.in l.condemnationis.C.de tranſa.vbi dicit vnum ſingulare, ꝙ quamuis impoſſibilis conditio vitiet contractum,attamen modus impoſſibilis non vitiat contractum. Quia dicit glo.pone, ꝙ remitto id,quod tu mihi debes,ſi me feceris hæredem,quia talis remiſſio non valet, ſecus ſi dixero, vt me hæredem feceris,& ſic per modum.Sed certe iſtud dictum eſt multum reſtringendum. Sed quid in vltimis voluntatibus,an autem impoſſibilis vitiet inſtitu.dic,vt in l.j.de condi. inſtit.& ibi plene.Sed quid in dona.cau. mort. an autem impoſſibilis conditio adiecta contractui donationis cauſa mortis, vitiet? dic ꝙ non,vt eſt tex.ſing.in l.quæ ſub cõditione. §.hoc edictũ.
5 j̄.de condi.inſti.†Quarto no.ꝙ ſuperueniens prodigalitas non impedit prius contrahentes cum prodigo, quin poſſint eum
6 conuenire.†Vltimo no.prodigum pupillo æquiparari in contractibus,aliquando etiam æquiparatur adulto,aliquando furioſo,de quo in l.is cui bonis.j̄.de verb.oblig.& in l.Marcellus. j̄.de fideiuſ.& l.furioſo.j̄.de reg.iu.& hæc iura loquũtur in cõtractibus extra iudicium,ſed quid in iudicijs? dic,vt in l.Fulcinius.in 3.col.ex quib.cau. in poſ.eat. Sed quid in teſtamento? dic,ꝙ pupillo æquiparatur,vt l.is cui.j̄.de teſtamẽ.Sed quid in aditione hæreditatis?dic,vt in l.mutuum. j̄.de acquirẽ.hæred. Sed quid in priuilegijs?dic, vt dicit glo. in l.ij.de curato.furio. Pro qua eſt caſus in l.dubium.de priuil.cred. Sed quid in præſcriptione?Iſta fuit diſputata per Ioan. And. in addi. in rub.de præſcrip.& ipſe Io.And.ibi dicit,ꝙ fuit diſputata p Mar.de Sil. Sed vide l.j.j̄.de cura.fur.pro plena materia. In glo.ſuper ver.
7 poſſe.De hac materia, ſcilicet.† an vtile per inutile vitietur? vide hic per Bal.& per Bar.in l.Græcè.§.illud.j̄.de fideiuſſo. & per glo.in l.j.§.generaliter.j̄.de dona. & per Cy. in l.ſancimus. C.de dona.& per Cano.in regula,vtile. Bald. tangit hic multa
8 dubia,& † primo,an ſententia in parte vtilis, & in parte inutilis,vitietur per inutilitatem?de quo vide caſum in c.cum ſup. de offi ordi.per Ioan.And. in Spec.de ſent.in §.j.circa princip. in addi.quę incip.Quid ſi duobus.§.quid in ſententia lata per
9 arbitrum.De hoc vide in l.Pedius.s̄.de arbi.† Sed quid in iudice,qui habet iuriſdictionem vſque ad aliquam ſummam, an ſit valida pro illa parte, in qua habet iuriſdictionem, an tota
10 vitietur?de quo in c.qui certus.de reg.iur. lib.vj.† Item quid ſi pars libellans narrat apte, ſed intentauit inepte? Pone exemptum,ſi dico me tibi vendidiſſe, & poſtmodum dico intento actionem ex locato.Bal.hic examinauit, de quo hic per eum, & per eundem latius in l.& ſine ſcriptura. C.ad Treb. Et vide per eundem in l.j.ſi menſ.fal.mo.dixe.& p Bar.in l.j. s̄.de edẽ. & Spec.de actio.& petit.§.ſequitur. in fi. & per Cano. in c.decernimus.de re iud.per eundem Bal. in l.j.de ferijs. Item mo-
11 uet,† quid in emphyteuſi, quæ debet dari vſque ad 24.annos, & data fuit vſque ad 40. an ſit validus contractus, an autem vitietur vtile per inutile?de quo per Bar.in l.qui rem. C.de ſacroſan.eccle.ꝙ non valet.& Bal. hic tenet contra Bart. & vide ple.in l.ſi pupillorum.de reb.eor.& per Bar.allega.ſuis, & per Bal.in c.j.qui feu.da.poſ.& in auth.quas ruinas.C.de ſacroſan. eccle.In glo.ſuper ver.coniunctim.Iſta glo.inducitur per Iaco.
12 But.ad vnam quæſtionem,ſtatuto cauetur,† ꝙ damnum vltra quid id eſt vltra tantam quantitatem, non poſſit probari, niſi per inſtrumẽtum.Modo quis vult petere maius damnum vigore cuiuſdam inſtrumẽti,in quo compręhenditur,ꝙ poſſum petere emendam damni,& omne intereſſe, modo volo iſtud intereſſe,vel damnum probare,& non poſſum probare, niſi p teſtes,an autem poſſim producere teſtes ad probãdum iſtud damnum? Bart.hic ponit,& poſt eum iſtam quæſtionem Bal. ponit plenius quàm Bar.hic,in l.j.in repetitione ſua, de leg.ij. & Io.And.in addi.in ti.de fruc.& intereſ.in addi.quæ incip.q. do.Iaco.But.publice diſputauit.Circa iſtud Bal.quærit vnum,
13 ſtatutũ dicit,†ꝙ debitũ non poſſit probari niſi per inſtrumentum,ſi probetur per teſtes,& aduerſarius nõ opponat, an pro-
a bet?Bal.hic examinando tenet, ꝙ ſic [a] per allegata per tex. in c.j.extra de teſti.ſpol.& per no.per Innoc.in c.fraternitatis. de frig.& maleſi.Item per no.per Spec.in tit.de teſte. §.j.ver.quid ſi aduerſarius.vbi quærit an vxor,quę non poteſt induci in teſtem pro marito,& producitur,nõ oppoſito per aduerſariam partem,ꝙ non poſſit produci pro marito,an probet? & certe determinat,ꝙ ſic.In glo.ſuper ver.ſtipulatus. in hac glo.quæritur de ratione diuerſitatis.& Bar.dicit,ꝙ ratio eſt, quia quando ſtipulor a pupillo,præſumor ego creditor liberare debitorem.& habere pupillum obligatum. Sed vbi ſtipulor ab ipſo pupillo,tunc nõ præſumor eum liberare.Sed præſumor eum obligare.Ex hoc ego dico, ꝙ id poteſt argui contra rationem Bar.quid ſi ſtipulor id quod non debet,an præſumor velle nouare,quia ratio Bar.habet locum, quando fuit facta ex interuallo,vt l.ſtipulatus.j̄.de noua.Quid incontinenti? & certe eſt valida.Nec obſt.iſte tex.ꝙ debet intelligi in infante,qui nõ poteſt ſe obligare,vt l.j.de act.& obli.Ita dicunt Doct.aliqui. Sed certe Bar.bene dixit & gl.quia in materia nouationum eſt regula,videlicet,quando tantum deducitur in obligatione, quãtum eſt in prima,tunc fit nouatio,vt l.qui bis. j̄.de verborum obligationib.& l.ij j̄.de nouatio.ſed hic ille,qui ſtipulatus fuit a pupillo,quod deduxit in obligationem, eſt plus quam ſit in prima,ergo ſiue ſit ſtipulatus ex interuallo, ſiue incontinenti nunquam eſt nouatio. Sed vlterius quærit gl. de alia quæſtione, & reſpondet. Iac.But. autem impugnauit hic iſtam ſolutionem,per l.obligamur. de autho. tuto. & per tex. Inſtitu.de autho.tuto. in principio. Sed Barto. vult ſaluare glo.iſtam. & fuit de mente Dy.in l.ſecunda,infra de acceptila. Sed hic per contractum celebratum per pupillum liberatur, ergo potuit ſine tutoris authoritate, ex iſto etiam caſu pupillus locupletatur,vt l.neque.de contrahen.& commit.ſtipula. Item, quia paria ſunt dare,vel ſoluere,ſiue promittere,vt l.fi.ad leg.Falc. Sed

ADDITIO.

a ¶Sic.Tu dic,ꝙ Bal.diſtinguit,aut eſt admiſſum a iudice & aduerſario,& ꝙ tunc valeat probatio tacito conſenſu partium, aut a iudice tantum ſimpliciter,vel ſub proteſtatione,& tunc ſecus per no. in c.j. extra de reſtitu.ſpol. &c. De qua materia vide hic ſingulariter dominum Socy.qui plures concluſ. poſuit ad intelligentiam dicti ſtatuti. & late per Cępol. cautela.250.cum ſeq. qui allegat nota. hic per Bal. & Roma. & miror ꝙ nullus fideliter refert diſ. Bal. hic ideo videatis vos eam originaliter. Hier.Chucha.

Sed valet datio sine tutoris authoritate, vt l.naturalis.j.de condi.indeb. Ergo & promissio, cum datio & promissio æquiparantur. Contra tex. format hic Bart. vnam obiectionem per l. 14 Publia.j.deposi.& † dicit, ꝙ aliquando in traditione rei meæ stipulor alteri, & tunc si res durat mea, valet talis stipulatio, vt d.l.Publia. Ratio, quia traditio non aufert a me dominiũ. Aut aliquando stipulor in traditione rei meæ, & illa res non durat mea, & tunc non quæritur alteri actio. Fallit in contractu donationis, vt l.quoties.de dona.cau.mor.alias de dona.quę sub modo. Et vide pro huius declaratione l.donationes.§.ciuilino di.j.de dona.quæ vult secundum intellectum gl.ꝙ vtilis actio ex pacto quæratur alteri. Fallit in casu l.Caius.j.solu.mat. Sed adhuc Bar.in l.stipulatio ista.§.si stipuler.dicit, ꝙ illa regula, ꝙ non queritur &c. Fallit in duobus casibus, primo in d.l.Caius. Item in mutuo, & allegat istum §.& hic tenet contrarium, tamen dic, ꝙ hoc, quod hic dicit, est verius, vt ibi videas. Item quæritur secundum Bal.in l.cum patre. C.de iure dot. videlicet, quia Bar.vult ꝙ vbi dominium remaneat penes dantem, ꝙ tunc possit alteri stipulari, vnde secundum eum dicit Bal.ꝙ solum illa l.Publia.habet locum, quando deponitur alia res, ꝗ pecunia numerata, quia quando deponitur pecunia numerata transfertur dominium in recipientem.l.die spõsaliorum.& l.Lucius.j.depo. Et certe istud non est verum, quia casus l.Publia.non est restringendus. Quare loquitur de pecunia deposita in specie, & sic debet extendi, & non restringi. & sic non sit verum illud, quod dicit Bal.

SVMMARIVM.

1 *Actio per liberam personam ex numeratione quæritur.*
2 *Argumentum a solitis, validum esse.*
3 *Consuetudine communi aliquid permitti contra regulas iuris.*
4 *Consuetudine induci potest, vt alter alte i stipulari possit.*
5 *Stipulatio & numeratio si interuenerint, an oriatur actio ex stipulatione, vel ex numeratione, vel ex vtraque? vide quatuor membra. & nu.8. vsque ad nume.13.*
6 *Libellus ago ad centum, quæ dico me sibi numerasse, & antequã numerassem sibi promisit mihi per stipulationem restituere &c. num efficax sit.*
Libellus hic num sit validus. peto decem, quæ tibi numeraui. ver. sed quid.
7 *Obligatione inualida vitiata, an vitietur confessio valida ei adiecta.*

§. Si nummos. Numeratione pecuniæ nostræ absentis & ignorantis nomine factæ 1 absenti, actio quæritur. h.d.† No. per liberam personam ex numeratione actionem tertio quæri. concor. C. per quas perso. 2 nobis acqui.l.cum per liberam.† Secundo ibi, quotidie. Nota a esse bonum argumentum a solitis.[a] concor. de iudi. l.certi iu- 3 ris.C.de probatio.l.neque natales.in fi.† Tertio no.ꝙ per communem consuetudinem aliquid permittitur contra iuris re- 4 gulas. Nota vltimo, ꝙ † potest induci ex consuetudine, vt alter alteri actionem quærat.ʒ.de vsur l.si quis donaturum. Ad hoc allegat Bal.in l.de quibus.s̄.de legib.in repetitione sua. Et op. contra istum tex. scilicet, ꝙ istud non sit speciale. scilicet quod in mutuo alter alteri possit acquirere actionẽ, vt dicitur hic, quia idem in aliis contractibus, per l.quoties.de don. quæ sub modo.& l.Publia.j.depo. Guil.de Cun. confitetur istud argu. Bart.autẽ dicit, ꝙ ideo speciale est in hoc casu, ꝙ aut paciscor super re, quæ in traditione non desinit esse mea, & tunc sit vera opinio Guil.de Cu. Si vero transiret dominium ꝑ traditionem, & tunc est speciale vt hic, quia in mutuo domin ũ semper debet transferri in recipientem, vt §.appellata. Nam vbi quis per traditionem amittit dominium, semper talis stipulatio, quæ est facta alteri, est inutilis, vt l.stipulatio ista §.alteri.& §.si stipuletur.de verb.obli.& Insti.de inut. stipu. §.alteri. & §. si quis ali.j. Sed hoc fallit in mutuo, vt hic est casus, & est speciale. Adde primo, ꝙ hic est speciale quo ad hoc, quia quãdo dominus stipulatur alteri super traditione alterius cõtractus, ꝗ sup traditione contractus mutui, quæritur alteri vtilis actio, vt l.Publia.j.deposi.secus in contractu mutui, quia acquiritur directa illi.l.si absentis.C.eo. Item est alia specialitas. ꝙ licet quando dominus stipulatur super traditione aliud, ꝗ illud, qđ debeRetur. non valet stipulatio, vt l.cum res.C.de dona.tamen secus est in hoc contractu mutui, quia quamuis stipulor alteri aliam pecuniam, quam numeraui, tamen quæritur vt hic. Item est quarta specialitas, videlicet, quia in aliis contractibus quæritur ex stipulatione, secus autem in hoc contractu, quia ex numeratione quæritur actio tertio, non autem per stipulationem. In gl.j.dicit Barto. prima combinatio est ista, quando 5 †nomine meo &c.& tunc si quæritur, an ex numeratione, vel ex stipulatione oriatur mihi actio, ipse distinguit sic, ꝙ aut certum est, ꝙ numeratio fuit facta causa implendæ conditionis, & tũc agitur ex stipulatione, vt l.si stipulatus fuero. in fi.& l.se. 6 j.de noua.† Ex quo infert Bar.[b] ꝙ fuit annullatus libellus iste, b ego ago ad centum, quæ dico me sibi mutuasse, & antequàm numerassem sibi, ipse promiserat mihi per stipulationem restituere, & in libello meo intento certi condict. tanquàm oriã ex numeratione, cum primo promiserat sibi restituere per stipulationem, tamen dicit, ꝙ ille libellus potest seruari, quia quũ stipulor mihi centum, quæ tibi numeraui. tunc quia istud est mutuum ciuile, cui natura cooperatur, & sic potest agi ex numeratione. Et probatur, quia verba libelli debent intelligi secundum mentem proferentis, vt l.inter stipulantem.§.si stipuler.de verb.obli. Ita tenet hic Bar. Sed contrarium tenet in l.si ita stipulatus §.Chrysogonus.j.de verb.obl. Sed quæ sit verior? Spec.tenet opi.Bar.quæ est in §.Chrysogonus.in titu.de teste. §.i.ver.quid si mutuaui.quia cum libello in mutuo, videor libellare de mutuo ciuili, cui cooperatur natura, & non de naturali, cui cooperatur ius ciuile, quia forma libellandi inducta est de ciuili, vt l.i.C.de edẽ. Sed certe ista, quam ipse hic tenet, est verior quicquid dixerit Spec. vt volo probare, & primo sic, verba libellantis sunt intelligenda secundum mentem proferentis, vt l.inter stipulantem.§ si Stichus j.de verb.obl. Item verba libelli sunt largissime intelligẽda, vt l sed & si possessori. §.item si iurauero.j.de iureiur. Vnde hic constat, ꝙ iste libellans voluit intentare solum de ciuili. Patet per instrumẽtum, quod produxit, vt patet l.si ex cau.C.de non nume.pecu. & ibi plene per Doct.de ista materia, vbi vide, & maxime per Bal.& & ante eum per Cy.& alios scribentes ibi. Sed quid si dico decem peto, quæ tibi numeraui, an iste libellus sit validus? dic ꝙ sic, quia ista verba impropriantur, quia intelligũtur de numeratione ficta. Bal.hoc posuit in l.vnica.in prin.C.de rei vxo.ac. in prin. Aut est dubium, quòd numeratio non fuit facta causa multiplicandæ stipulationis, & tunc dic secũdum ꝙ distinguitur per gl.& Doct.in l.si ita stipulatus fuero.§.fi.cum l.sequen. j.de noua. Aut numeratio fuit facta ex interuallo post, aut ex interuallo ante. Si vero ex interuallo post, tunc semper agitur ex stipula.non ex numeratione. Ratio, quia præsumitur facta causa multiplicandę stipulationis. Si vero ante, tunc aut loquimur de iure Digestor. & tunc semper agitur ex stipulatione. Fateor, ꝙ animus contrahẽtium debet esse, ꝙ nolunt nouare, vt probatur in l.ij. j. de noua. Si autem loquimur de iure nouissimo, tunc habet locũ certi condictio, quia non præsumitur nouatio, nisi expresse agatur, vt l.fina.C.de noua. ita dixit Bar. Tamen teneo contra Innoc.quando dicit, aut loquimur de iure Digesto. & tunc agitur ex stipulatione. Quia de iure antiquo est regula, quòd quãdo in secunda stipulatione illud tantundem interuenit, quod in prima, nunquam præsumitur nouatio, vt l.si pupillus. §.fi.de noua. l.qui bis. & l.scire debemus j.de verb.obl. Sed hic tantundem fuit indeductũ, ergo non præsumitur nouatio, ergo non agitur ex stipulatu, sed ex numeratio.arg.l.qui bis.& eorum quæ ibi no. j.de verb.oblig. Et dicit Bar. ꝙ hæc habent locum, quando stipulatio fuit vtilis, sed quid si fuerit inutilis? dic, ꝙ agitur ex numeratione, nõ au- 7 tem ex stipulatione, vt s̄.§.proxi.† Sed quid de cõfessione adiecta obligationi inualidę, an vitiata obligatione vitietur confessio? & videtur ꝙ sic, quia vbi vitiatur principale, vitiatur & accessorium, vt l.non dubium.de leg.cum simi. Sed contrariũ est verius. Ita dicit Bart.hic, idem tenet in d.§.Chrysogonus.& Ang.in l.j.C.de præscrip.xxx.ann.& allegauit meliora iura, ꝗ Bar.& probantur per Bal.in d.l.si absentis.& Canon.in c.Pitanis.de resti.spol De hoc est casus in l.ait prætor. §. ꝑmittitur. s̄.de mino. Aut stipło est vtilis pro parte, & ꝑ parte inutilis, & tũc aut stipulor ab eodẽ, cui numeraui, & agit ex numeratione, non autem ex stipulatione, vt s̄.§.proxi. ex eo, quod hic dicit Bar.in §.qm̃.videlicet ꝙ si pupillus numeratã pecuniã stipulatur sine tutoris authoritate, obligat naturaliter, quia pupillus si potest facere suam conditionem meliorem, nunꝗ variat obligationem passiuam. Ex quo limita iura, ꝙ pupillus potest nouare, intellige de oblõne actiua, nõ aũt passiua. Aut stipulor ab alio, & tunc si ex illa stipulatione oriatur naturalis obligatio, tunc iura antiqua noluerunt, ꝙ induceretur nouatio, sed hodie non est verum, nisi expresse agatur, vt Insti.quib. modis toll.obliga.§.sed cum.versi.ideo nostra. & C.de noua. 8 l.fina. & ibi de hac materia per Docto. † Est secunda combinatio, Quando numero nomine meo, & stipulor nomine alieno, & tunc, aut stipulor personæ, cui non possum, & tunc non valet stipulatio. Aut stipulor personæ, cui possum, & tunc valet, vt l.dominus tertio.j.de verb.obliga. & Institu. de inut.sti- 9 pula. §.ei qui. Est & tertium membrum,† scilicet quando stipulor nomine alieno, & numero alieno nomine. In hoc dic, ꝙ aut stipulor illi eidem, cuius nomine numeraui, & tunc, aut loquimur secũdũ iura antiqua, & tũc agitur ex numeratione, non autem ex stipulatione, vt s̄.eod.§.quoniã. Aut loquimur secundum

ADDITIONES.

a ¶Solitis. Vide late Soc.consi.205.incip.Difficultas.in secunda parte. Hier. Chuchalon.

b ¶Bar. Tu vide hic do. Are.qui singulariter distinguit articulum istum, de materia late per Alex post alios in §.Chrysogonus.hic allega.Canon.in c. si cautio.extra de fide instrumen.vbi late per Fely.colum.21.in fi. Hiero. Chuchalon.

secundum iura hodierna, & agitur tunc ex stipulatione, vt l.ij. C.per quas perso.nobis acqui. Nec ob. §.s.proxi.quia est correctus, & etiam §.Chrysogonus. In hoc tamen aduerte. Hoc idē tenet in l.stipulatio ista.§.si stipuler.ad fi.j.de verb.obliga. Sed a Bal.reprehendit [a] in additionibus, quas fecit ad ff.nouum in d.§.si stipuler. Idem Ang. & do.Rapha. & omnes post Bal. & hoc per casum in §.quoniam. & respondent ad l. ij. per quas perso.nobis acqui. Quia loquitur in casu diuerso, quia loquitur in stipulatione, scilicet accessoria, ergo debet extendi. Et facit, quia illa hypotheca est accessoria ad principale debitum, & sic sequitur suum principale. Probatur in l.emptori nomine.s.de hære.vel actio.vend. sed hic est stipulatio principalis, non autem accessoria, vnde &c. Tamen licet omnes reprehēdant, potest saluari. Et primo, quia si numero Sempronio nomine Titij, videor dominium pecuniæ meæ in Titium transtulisse, vt j.eo.l.singularia. Modo sic, ergo sequens stipulatio interponitur super re, quæ descendit ex re mea, quæ non est mea, quia transtuli in alium. Et sic stipulatio, quæ super hac re fit, potius videtur facta nomine illius, cuius nomine numeraui, quàm meo nomine, igitur. vnde si quis stipulatur nomine meo super re mea, mihi quæritur, vt l.penult. C.ad exhib. Præterea posset dici, quod l.pen.loquitur quando eadem res debet restitui, sed loquitur in diuerso. Vnde dic, quod istud non ob. quia considerandum est, quia licet principaliter non stipuletur super re mea, vt l.quod procur. s.de procu. & l.Iulianus.§.si procura.j.de actio.emp. Ita in proposito ille, qui stipulatur aliam pecuniam, tamen stipulatur propter rem meam, & sic quæritur mihi actio. Præterea licet reddatur mihi alia pecunia, tamen fingitur eadem, vt l.ij.§.j. s.eo. Præterea facit regula.l.si gñale.j.de pign.act.quia si vendo rē debitoris, & stipulor super illa re, querit ipsi debitori vtilis, per d.l.si conuenerit. Sic in proposito, si stipulor super pecunia numerata nomine alieno &c. quod tunc quæritur alteri stipulatio vtilis, & sic patet per 10 supradicta, quod Bart. pōt defendi.† Sed quid si ex interuallo post numerationem factam nomine tertij sequetur stipulatio nomine alterius, an sit nouata prima condictio ex ista stipulatione? & dic secundam stipulationem non valere, & sic acquiritur actio ex secunda stipulatione. Sed tamen oritur actio ex numeratione ei, cuius nomine talis pecunia fuit numerata, vt l.nouare.j.de noua.& l.j.C.de noua. Quia nouatio nō potest fieri sine speciali mandato, ergo non potuit nouare illam pri11 mam obligationem. Sed † quid si numero nomine alieno, & stipulor nomine alieno? In hoc dic, quod præualet obligatio ex 12 numeratione, vt j.de stipu.seruo. l.j. §.iij.† Sed quid si stipulatus primo fui nomine vnius, postmodum numero nomine alterius? In hoc dic, quod Bat.dimittit indiscussum. Sed dic, quod ex prima obligatione oriatur actio, & sic ex stipulatione, nō autem ex numeratione, vt l.Stichum.§.penult.j.de noua. Est & aliud 13 membrum, videlicet, † quando numero nomine alieno & stipulor mihi, tunc aut numero nomine filij mei, & tunc quæritur ex vtraque. Si vero nomine personæ liberæ, & mihi stipulor, tunc oritur actio ex stipulatione, vt l.j.§.ij.j.de stipu.seruo. Hoc concludit hic Bart. Sed contrarium concludit hic Bal. & Ia.de Bel. videlicet quod quæritur mihi actio vtilis, vt l.si absenti, C.eo.gl.pen. Et no.illud, quod non possit tolli actio quæsita, quia est verum, quod tollitur sua, tamen quæritur mihi mea. Iaco.de Bu. videtur sentire opi.Bar.quia quando numero alicui nomine alterius, præsumor numerare nomine procuratoris, tunc pecunia erit eius, cuius nomine numeraui, & acquiritur ei actio, vt l.item quæritur.§.is cui.j.manda. In hoc dic, quod aut numero paruam quantitatem pecunię, & tunc præsumitur quęri, vt donaturo, & tunc nulla actio resultat ex stipulatione, & tunc saluatur Bar. Sin autem est magna quantitas pecuniæ, & tunc præsumitur numerasse nomine procuratoris, & tunc mihi quæritur actio vtilis ex stipulatione, & directa acquiritur alteri. Sed quæ pfertur: dico, quod directa præfertur, vt l. procura. C.de procu.& ibi Bar.& l.qua ratione. s.de acqui.rer.do. & ex his patet declarata opi.& etiam arg.sublatum.

ADDITIO.

a ¶Reprehendit. Adde quod contra Bar.tenet magis communis opi.Doct.licet Fulg.& Roma.conentur hic eum defendere, & etiam Pau.in l.si.§.fina.de dona.de quo vide late concor.per Alex.& Ias. & per eosdem in §.Chrysogonus hic allegato.

SVMMARIVM.

1 *Verba, promitto tibi vti pecunia mea, denotant contractum mutui.*

2 *Certi condictio vt nascatur in mutuo puro, an sit necessaria pecuniæ consumptio.*

3 *Periculum mutuatæ pecuniæ ad mutuo accipientem pertinet.*

4 *Acquirendæ possessionis, an sufficiat solus animus.*

5 *Depositum an & quando per permissionem transeat in mutuum. & nume. 1. cum l.seq.*

LEX X.

§.Deposui. Debitum ex vna causa potest conuerti in causam mutui, sola contrahentium voluntate, & sine vsu pecuniæ, nisi de vtendo fuerit actum.

1 hoc dicit cum l.seq. No.† primo hæc verba, permitto tibi vti pecunia mea, contractum mutui denotare, ad hoc j.eo.l.roga2 sti.† Nota secundo, quod ad natiuitatem certi condictionis in mu3 tuo puro, non est necessaria pecuniæ consumptio.† Tertio no. periculum mutuatæ pecuniæ ad mutuo accipientem pertinere.concor.C.eo.l.incendium.Insti.eo.§.item is. quod est verū etiam si contractus mutui subrogetur in contractum depositi. Ita est tex.hic. In gl.j.ibi, sed contra &c.quia ad acquirēdam possessionem sunt duo necessaria, s. animus & apprehensio corporalis, vt l.licet.de acqui.posses. Sed Iurisconsultus hic videtur dicere, quod solus animus sufficiat. Huius timore est facta ista glo.quæ soluit primo, sed quia ista prima solutio non videtur bona, ideo glo.format vnam obiectionem, hæc autem secunda solutio non est visa bona gl. ideo transit ad aliam solutionem, omnes istæ solutiones hic reprobantur a Doc. Quare Barto. ex mente Dy. in c.sine possessione. extra de regulis 4 iuris. libro sexto.† sic distinguit, aut volo acquirere possessionem illius rei, quæ penes me est, & tunc aut voluntas domini concurrit vna mecum, & tunc aut scit ille dominus rem illam esse penes me, qui teneo, & tunc sufficit solus animus, vt dicta l.qua ratione. §. interdum. & Insti. de rerum diuisio. §.interdum. Aut dominus ignorat, quòd illa detentio sit penes me, & tunc non est necessaria apprehensio nouiter, vt glo. singu. quæ est pe. in l. quidam mulier. ff de rei vendica. Aliquando volo possessionem vnius rei, cuius detentio non est penes me, & tunc, aut non est in bonis alicuius, & tūc non sufficit aspectus ocularis, sed requiritur corporalis apprehensio, vt l.3.§.Neratius.j.de acqui. posses. Aut illa res licet nō sit penes aliquem, est tamen in bonis alicuius, & tunc aut habeo voluntatem domini ad illam aquirendam, & tunc sufficit visus corporalis absque corporali apprehensione, vt l. si quis meo.§.si venditore.j.de acqui posses. & l.j. §.quod si iusserim. eod.tit. aut dominus est ignorans, & tunc non sufficit ocularis apprehēsio, sed requiritur corporalis possessio. vt pede intres, vt l.j.in prin.j.de acqui.posses. In glo.ij. Ista gl.est notanda, quia tenet, quod duplex est certi condictio. In glo. l. quod si ab initio. Ista prima solutio reprehenditur per Doct. ideo glo.transit ad secundam solutionem. Guil.de Cun. secūdum quod hic Bar. refert, aliter dixit. sed male vt hic dicit Bar. alia fuit opin. Iaco. But. qui dixit, quod in §.deposui, fuit ratio, quia iste vsus pecuniæ fuit permissus ex interuallo, & sic resultat nouus contractus mutui ex ista permissione, & sic derogat primo contractui depositi, vt patet in l.pacta nouissima j.de contrahen.emptio.& l.si quis ante. Sed in l.quod ab initio. dicit, quòd fuit secus, quia fuit permissus ab ipso initio, & sic non derogat primo contractui, sed corroborat & declarat primum contractum, non autem annullat & ista ratio conformat se cum glo. Sed Barto.dat aliam rationem, videlicet quòd istud verbum, velles, recipit determinationem ab ipso actu, & tunc contractus depositi transit in contractum mutui. Si vero illud verbum, volo, recipit adiunctam actui, qui requirat factum, tunc requiritur ad hoc, vt sit mutuum, quòd interueniat vsus pecuniæ. Sed certe ista ratio non conformat se nostro textui, quia videtur velle, quod istud verbum, velles, fuerit appositum in d.§. deposui. quod diuinare est, & istud idem esset in l. quod si ab 5 initio. Vnde Bal.sequitur glo. Vnde dic.† quando quæritur, an depositum transeat in mutuum ante vsum, vel post vsum per permissionem, quod aut permittit vsum pure, aut conditionaliter. Primo casu, aut permittit rogatu debitoris, & tunc transit in contractum mutui, & sine vsu pecuniæ, vt in §.deposui. aut vero rogauit debitor, & tunc siue ante vsum, siue post, nunquàm pecunia transfertur in mutuum. l. Lucius.& l.quæsitum.& l.die sponsaliorum.§.primo, j.depositi. Vnde intellige istum §. quando est concessus vsus rogatu debitoris, & præsumitur vsus concessus ex qualitate deponentis, vt est glo. singu. in l.die sponsaliorum. in dicto §. primo. Vnde quando quis deponit pecuniam in specie. & deponens vtitur, tunc committit furtum, vt l.3.§.primo, j.depositi. Et ista procedunt quando permittit vsum pure. Quid si sub conditione, puta si nauis ex Asia venerit permitto te vti hac pecunia penes te deposita, & tunc non transeat in mutuum ante vsum, vel post vsum. Hic est tex. in l.quod si ab initio. concord. tex. in l.prima, §.qui pecunia.j.depositi Et contra istum tex.arguitur, quòd imo contractus depositi nunquam transit in contractum mutui, quia vbi contractus pendet ex mera voluntate debitoris, tunc contractus est nullus, vt l.a Titio, §.fina.& l.stipulatio ista, non valet. j. de verborum obligatio. Sed certum est, quòd si dico, si velles, iste contractus pendet ex voluntate debitoris, ergo iste contractus est nullus. Dic quòd ista regula est vera, quando dependet ex mera voluntate expressa, secus autem si ex voluntate velata & ad factum redacta, vt hic, & in l.nunquam.j.de condi.& demonstr. Secundo opp. quia hic dicit, quod ex nuda voluntate vnus con-

tractus, scilicet depositi, transeat in contractum mutui de l. si precio, C. eo. quia imo requiritur stipulatio. dic, ꝙ contrarium procedit quando pecunia non extabat vt in contrario, secus si extat, vt hic. & j. eodem. l. singularia.

SVMMARIVM.

1 *Verba, pecunia vtaris, causant contractum mutui ante pecuniæ vsum.*
3 *Damnum, quod ego sentio ratione seruitij p me tibi impensi, vel impendendi, debet per te mihi resarciri.*
4 *Principale propositum est spectandum, vt intelligamus, cuius gratia sit celebratus contractus.*
5 *Priculum casus fortuiti, ad quem pertineat.*
6 *Bidellus, qui debet custodire libros, an teneatur si perdat libros de casu fortuito.*
7 *Statutum si dicit. ꝙ in fauorem bannitorum, nō possit aliquid statui, & aliud statutum postea dicat ꝙ quicunque ceperit bannitum lucretur centum, si iste bannitus ceperit alium bannitum an debeat habere centum.*
8 *Ambasiatores si fuerint derobati, an respublica teneatur eis resarcire damnum.*
9 *Armiger volens adiuuare dominum, si perdidit arma, an dominus teneatur resarcire damna.*
10 *Mutuo si quis amico rem aliquam roganti, dederit, vt ea vendita nummis vtetur, an iste debitor teneatur restituere quantitatem pecuniæ, an vero, si velit restituere eandem rem, possit inuito creditore.*

LEX XI.

1 Rogasti me. †Pecunia redacta ex venditione rei meæ, nuda contrahentium voluntate in mutui causam conuertitur, & periculum rei traditæ ad vendendum, vt quis eius precio vtatur, pertinet ad tradentem, si tradens eam venalem habebat, alias ad recipientem. hoc dicit. Nota primo, ꝙ † ista verba, pecunia vtaris, causant contractum mutui ante pecuniæ vsum, facit s. cod. l. certi condictio. in princip. † Secundo no. ꝙ damnum illud, quod ego sentio ratione seruitij per me tibi impensi, vel impendendi, debet p te mihi resarciri, quod j. ad quæstiones deducetur specialiter. Vltimo no. † ꝙ attendēdum est principale propositum, vt intelligamus, cuius gratia sit contractus celebratus, non autem secundum. concor. s. eo. l. si quis nec causam. In glo. super ver. vendideris, in prin. dic, ꝙ aut pecunia redacta ex re alterius est accepta, & tunc aut voluit quòd sit mutuum, & tunc est mutuum, vt hic. Aut noluit ꝙ esset mutuum, & tunc nō est mutuum. Aut pecunia adhuc non est redacta, & exacta, & tunc habet locum. l. rogasti. j. de præscrip. verb. In glo. super ver. culpa &c. arguitur de l. incendium. C. eo. & l. quæ fortuitis. C. de pigno. actio. vbi dicitur, ꝙ periculum casus fortuiti non pertineret ad recipientem, sed ad dantem, sed hic dicitur contrarium. In hac glo. ponuntur plures solutiones, vna fuit Ioā. alia fuit Azo. & dic, ꝙ opi. Azo. est verior, & probatur, quia iste contractus est factus gratia recipientis, † vnde dic, ꝙ aut loquimur in contractibus, qui fiūt gratia vtriusque, & tunc tenetur de lata culpa & leui. Aut fit gratia dantis, & tunc tenetur de dolo, lata, & leui. Aut gratia recipientis, & tunc tenetur de leuissima, vt l. si vt certo. §. nunc videndum. j. commo. & sic est contra solutionem Ioan. vt dixi s. eo. l. si quis nec causam. In glo. super ver. perierit. Ista glo. facit, † nunquid bidellus, qui debet custodire libros, teneatur, si perdat libros? quia iste cōtractus est celebratus gratia vtriusque, & ideo tenetur de dolo, & lata, & leui culpa, an autem teneatur de casu fortuito? Istud dependet ex notatis hic & in l. si gratuitam. §. j. j. de præscrip. verb. Vlterius facit ad quæstionē, secundum Bal. Primo, † statuto cauetur, ꝙ in fauorem bannitorum non possit aliquid statui: aliud statutum dicit, ꝙ quicūque ceperit bannitum lucretur centum, nunquid si iste banni tus ceperit alium bannitum debeat habere centum? & primo videtur ꝙ non, quia nihil valet, cum in ipsius fauorem nihil poterat prouideri, quia statutum est factum in odium bannitorum, vnde debet conuerti in eorum fauorem, quia odiosis & exbannitis non videtur propositum esse præmium, vt in l. Lucius. §. Lucius Titius Damam. j. de leg. ij. Sed in cōtrarium ipse determinat, quia istud statutum non dicitur factum principaliter in fauorem bannitorum, licet secundario ex accidenti afferat commodum, sicut dicimus de exceptione fauorabili & odiosa, vt j. de condi. indeb. l. qui excep. Secundo, quia istud statutum debet referri ad quoscunque propter publicam vtilitatem, cum tale statutum factum sit fauore rei publicæ, vt in l. si quis in graui. §. vtrum. ad Syll. & §. Lucius Titius. non ob. secundum eum, quia loquitur in causa lucratiua, hic vero in onerosa, vt C. de fideiuss. l. si Barsatoram. Idem decidit Bal. in l. j. C. de preci. impe. offe. & in l. i. §. Othilius. s. ne quis eū, qui in ius voca. & in l. libertas. de statu homi. & in l. cum mulier. in 8. col. in repe. j. solu. mat. Et idem determinat Alb. de Rosa. in tractatu statutorū in vltima parte. Secundo inducitur ad quæstionem, † ambasiatores fuerunt derobati, an respublica teneatur eis resarcire. Ista quæstio fuit in persona Io. And. & obtentum. contrarium vide per Bar. in l. si seruus. §. i. j. de fur. & per Bal. in l. inter causas. §. non omnia. j. manda. Item facit ad aliam quæstionē, videlicet, quidam † armiger volens adiuuare dominum, perdidit arma sua, nunquid dominus teneatur resarcire damna? Innocen. hanc quæstionem tangit in c. sicut, extra de iureiur. per Cy. & gl. in l. si quis ad se fundum. & l. quoniam multa facinora. C. ad leg. Iul. de vi. Stante † casu huius l. debitor, cui tradita est res vendenda, vt precio vteretur, illam rem vendidit, vt pecuniam mutuo haberet, postea vult dare illam rem, creditor vult pecuniam, quid iuris? Ego consului,ᵃ quod possit debitor dare rem, per no. per Bar. in l. ij. §. mutui. s. eo. & per no. in l. si fundum per fideicommissum. de leg. ij. & ita obtinui contra do. Nellum de sancto Gemi. imo plus, ꝙ & si lata esset sententia, debitor posset soluere ipsam rem. Et ratio, quia istud priuilegium etiam durat post sententiam, vt l. fideiussor euictionis. de doli excep. vbi quis in executione sententiæ obtinet. Item limita hic. l. si rogasti. quia aut res data est æstimata, aut non, primo casu immediate incipit esse mutuū. vt l. si prouincia. C. eo. aut datur res inæstimata, & tūnc habet locum istud, quod in ista lege dicitur.

ADDITIO.

a ¶Consului. Vide omnino hic Iaſ. qui aliqua posuit circa declarationem huius doctrinæ, qui tamen tenet contra Ludo. Hier. Chuch.

SVMMARIVM.

1 *Obligationem rei in plus q̄ sit, trahi non posse. Et quid in obligatione mutui naturalis. nu. seq.*
3 *Pactum super vsuras nudum, an pariat actionem.*
4 *Donatio amplioris valoris in contractu venditionis fœneratitio, nunquid valeat.*
5 *Pactum id non valere, in quo factum obligationis augmentatiuum adijcitur. Et quid in pacto, quo mutuum reddi debet, vbicunque dans eguerit. numero 6*
7 *Promittens Romam ire sub pœna, num si non eatur promitti efficax sit, vt peti queat? Et quid si pœna contractui adiecta iurata sit. numero 8. & 9.*

§. Si tibi dedero. Obligatio, quæ re contrahitur, potest contrahi ad minus, non autem ad plus. hoc dicit. † Nota, impossibile fore obligationē rei, in plus trahi, quam sit. Concor. C. de non nume. pecunia. l. multa. facit l. si tibi decem. s. de pact. † Nota ꝙ obligatio ad mutuum naturale non in plus contrahitur, quàm datum, secus in obligatione ad ciuile tantum, vt s. eo. l. ij. §. fi. In glo. super ver. posse. ista glo. vult ꝙ † pactum nudum super vsuras nō pariat actionē. Sed contra de l. frumenti. C. de vsur. vide Doct. in d. l. frumenti, quia ibi est casus specialis. In ead. ibi, nec vt donatio. Ista gl. non dicit verum, quia vbi possumus præsumere alium contractum, nunquam præsumimus donationem, vt l. cum de indebito. j. de proba. quia potius fuit necessitas, quàm libertas, sed in necessitatibus nemo liberalis est. Et † istud facit ad contractus vsurariorum, quando apponunt in instrumento, ꝙ donat &c. Nunquid valeat? & certe non, vt in c. consuluit extra eo. & C. de vsur. l. eos. In ea. gl. circa fi. ibi, quicquid sorti accedit vsura est. Adde 14. q. 2. in c. i. & c. plerique. Et ratio est, quia est vsura. contrariam glo. allegat Bart. in l. sed si quis, §. fi. s. si quis cau. † In hoc Bar. distinguit, ꝙ aut dationi quantitatis adijcitur factum obligationis augmentatiuum, & tunc tale pactum non valet, vt hic, & l. hactenus. in fi. cum l. seq. j. de consti. pecu. Et pone exemplum, mutuo tibi x. & facio pactū, ꝙ debeas reddere alia x. & est ratio glo. hic, quia quicquid sorti &c. Aut ipsi dationi quantitatis non adijcitur factum obligationis augmentatiuum, sed facilioris exactionis, & tunc sit validum, vt d. §. fin. s. si quis cau. & l. qui autem. §. i. j. de consti. pecu. Et istud fuit de intentione Iaco. But. Ex quibus decidite vnum, videlicet, † mutuo tibi x. cum pacto, ꝙ quādo indigebo tu debeas restituere, an tale pactum valeat? videtur ꝙ sic, quia illud venit in obligatione, quatenus de iure est licitum. sed contrarium est veritas, quia illud pactum augmentat obligationem, & ideo nullum est. Sed de hoc est glo. multum singu. 14. q. 3. c. si fœneraberis. vbi singu. glo. Et ratio huius glo. est quia pactum est augmentatum. Et ad l. sed si quis. §. fi. distingue aliter, quia aliquando in obligatione versatur factum, & loco obligationis facti succedit obligatio dandi, & tunc est valida, vt d. §. fi. Aliquando principalis obligatio versatur in obligatione quantitatis, & tunc ideo secundaria obligatio ꝓcedit principaliter cum ista, & tunc non valet, vt hic. Ratio quia sapit vsurariam prauitatem, quia augmentat obligationem. ita Rapha. concord. Sed stat dubium secundum Bart. Sed † quid si promittis ire Romam, & si non iueris promittis pœnam, nunquid ista promissio possit peti? hoc est magnum dubium. Et dic quòd aut pœna adijcitur dationi quantitatis, & tunc non potest exigi, nisi quatenus interest, vt l. cum allegas. C. de vsuris. Et ratio, quia præsumitur adiecta in fraudem vsurarum, vt l. seruus ea lege. j. de seruis exportand. Aut

pœna

pœna non adiicitur dationi quantitatis, sed adiicitur facto obligationis augmentatiuo, & tunc non potest exigi, nisi quatenus interest, quia ultra nulla est adiectio, vt l. non dubium. C. de leg. & l. cum lege. ǰ. de fideiussorib. Si enim ipsum factū est nullum, ergo & ipsa pęna est nulla, vt l. Seius & Augerius. ǰ. ad legem Falci. Aut adiicitur pęna facto non augmentatiuo, sed facto facilioris exactionis, & in hoc fuerūt variæ opiniones Doctor. antiquorum & moder. Iaco. Butri. in l. cum allegas, & hic dicit, ꝙ sic. Et ratio, quia si principale est validū, ergo & accessorium. Sed istud pactum inductum gratia facilioris exactionis est validum, ergo & ista pęna. Præterea probatur hoc, quia vbi pęna adiicitur secundario pacto, vr̄ adiecta principali, vt l. Lucius. ǰ. de actio. empti. & l. sed si quis. §. fi. ſ. si quis cautio. & l. si pœnam. ǰ. de verbo. oblig. Cy. in l. cum allegas. C. de vsur. sequens opi. Dy. in l. cum seruus. de conditio. & demonstr. tenet contrarium, & dicit, ꝙ ista pœna non potest peti. Et probant hoc tali ratione, quia in dubio semp inspicitur principalis obligatio quantitatis, non autem secūdaria, vt l. si quis nec cām. ſ. eo. Sed clarum est, ꝙ principalis obligatio est obligatio quātitatis, & sic ꝓmissio est nulla. Præterea ista obligatio facti est accessoria, ergo debet sortiri naturā obligationis principalis. Sed certum est, ꝙ si quid adiicitur obligationi quantitatis, est nullum, vt d. l. cum allegas. ergo &c. Præterea, quia istud quod adiicitur, præsumitur adiectum in fraudem legis, ergo istud factum, & istud pactum est nullum. Et istis rationibus mouetur ad tenendum contrarium. Bar. hic de mente Iaco. But. Sed aliter distinguit, quia aut per istud factum facilius &c. fuit adiectum incontinenti, & tunc pœna adiecta ipsi facto nulla, vt l. si venditor. de priuileg. credi. Aut ipsum factum non est appositum incontinenti, & tunc remissio pœnę est ualida, vt probatur in l. quamuis. ǰ. de solutio. & l. Titius. ǰ. de pignor. act. Bal. in d. l. cum allegas. dicit quod ista cōsideratio magistri sui est vna truffa, per l. si mulier. C. ad Velle. quare ipse dicit, ꝙ aut ille qui adiicit factum causa facilioris exactionis, est solitus fęnerari. & tunc sit uera opinio Iac. Butr. Sed contrarium tenet Io. And. in rubrica de solutio. in §. ante omnia. ver. sequitur. & tenet indistincte, ꝙ tale factum sit nullum. Et ratio, quia istud accessoriū debet sequi naturam sui principalis, sed clarum est, ꝙ si pęna adiiceretur facto principaliter, id est, dationi quātitatis, est nulla, vt ſ. dictum &c. Et sic habes omnes opi. Doct. excepto tamē Ang. in l. stipulatio habere licere. §. alteri. qui tenet opi. Dy. in d. l. cum seruus. In hoc concludo breuiter, aut in datione quantitatis versatur mutuum, & tunc si in adiectione ista adiiciatur pactum cum pęna, tunc istud pactum est nullum, & etiam pęna, quia in fraudem vsurarum, & hoc per rationem huius glo. hic, siue sit solitus fęnerari, siue non. Aut pęna est adiecta facto, ꝙ factum est accessorium obligationi quantitatis habenti alium ꝯtum, q̄ ꝯtum mutui, & tunc habet locum opi. Iaco. Butr. in d. l. cum allegas. s. an sit solitus fęnerari, an non, tamen in secreto conscientiæ tenerem ꝯrium, quia semper præsumetur in fraudem legis pęna adiecta, vt d. l. Lucius. §. idem Papinia. ǰ. de actio. emp. Quare credo, ꝙ opi. Dy. sit vera in d. l. cum

8 seruus. † Sed uunquid ista pęna adiecta ꝯtui iurato, possit peti in eo, ꝙ plus interest? & vr̄ ꝙ non. tamen de hoc sunt variæ opi. tam apud antiquos, q̄ apud nouos. Et primo glo. est in l. vnica. in fi. C. de sen. quæ pro eo. & vna est in §. omnes. Insti. de actio. Bar. & Ang. in l. ii. §. idem si in facto. ǰ de ver. oblig. & l. stipulatio ista. §. alteri. ǰ. de verbo. oblig. & per Cano. in c. dilecti. extra, de arbi. & in c. suam. & xij q. ij. c. fraternitatis. Communis conclusio est, ꝙ possit pęna peti quatenus interest, maxime si illa pęna sit promissa per pactum nudum, per l. si seruus ea lege. ǰ.

9 de seruis exportā. † Sed quid si iuratur, ꝙ dabit pœnam istam, poterit petere totum, vel solum illud ꝙ interest? & primo ꝙ non, nisi quatenus interest, sed do. Pet. de Ancha. tenuit contra

a rium in quodam consilio, ꝙ incipit[a], apud antiquos & moder nos. & allegat rationem, quia omnis pœna adiecta propter cōtemptum iudicis, etiam plus, q̄ intersit peti potest, per ca. dilecto. extra, de arbi. & per l. j. ſ. si quis ius dicen. non obtempera. ergo multo magis, si sit adiecta in contemptum diuinæ maiestatis, per c. vergentis. extra, de hæreti. De his est casus in l. si qs maior. C. de transactionib. Tamen credo, ꝙ nō possit peti vsura quadrupli, vt Insti. de actionib. §. actiones.

ADDITIO.

a ¶Incipit. Quod tamen consilium nunquam potui reperire. H.C.

SVMMARIVM.

1 *Seruum fugitiuum effectum statim liberam peculij administrationem perdere, & quicquid in fuga facit, præsumi aduersus domini uoluntatem facere. nume. 2.*

3 *Seruus fugitiuus, & si possessionem ac rerum dominia acquirat, certi tamen condictionem ex mutuo non acquirit.*

4 *Mutuum alienæ pecuniæ consumptione reconualescere iura dicentia, qualiter, & quando procedant.*

5 *Mandato suscepto si procurator malignus ac ribaldus efficiatur, num mandatū reuocatum censeatur, & quid si statum mutarit. nu seq.*

7 *Bannitos fugitiuis assimilari, & quis inde effectus.*

§. Si fugitiuus. Seruo mutuante pecuniam domini voluntate, nascitur certi condictio, si vero contra domini voluntatem, non statim nascitur, sed post

1 consumptionem. h. d. No. † ꝙ seruus effectus fugitiuus inconti nenti perdit liberam peculij administrationem. cōcor. ǰ. de pe

2 cul. l. libera. † No. secundo, ꝙ quicquid seruus post fugā facit ꝑ-

3 sumitur ꝯ dūi uoluntatem facere. No. ꝙ † licet per seruum fugitiuum rerum possessio, ac dominia acquirantur, vt l. j. §. per seruum qui in fuga. de acqui. pos. non tā acquiritur certi condictio ex mutuo. Vltimo no. ex fine huius literæ singulariter, ꝙ

4 † omnia iura mundi dicentia mutuum pecuniæ alienæ recon ualidari consumptione, procedunt quando consumptio facta est bona fide, secus si mala. Quoniam tunc non reconualescit mutuum, nec eius oritur condictio, vt hic est casus singu. Iste

5 tex. facit ad quæstionem, † procurator post mandatum susceptum est effectus vnus ribaldus, an præsumatur reuocatū mādatum? & certe sic per istum tex. Ita no. tu istum tex. facit de so

6 lu. l. si Cornelius. & Cy. in l. filius. C. de furt. Quid † autem si est mutatus status, vt quia bannitus, an desinat mandatum? & certe sic. Ita dicit Bal. hic per tex. in l. cum quis. in princi. ǰ. de solu. Hoc tamen est uerum, qn̄ mandatum est uoluntarium, secus si necessarium, vt quia quis suscepit mandatum de mandato iudicis, vt l. ꝙ si forte. ver. quid ergo. ǰ. de solu. Item hoc verum, nisi ille, qui potest soluere vtriq; s. procuratori & dn̄o, ita dicit Ange. per l. Stichum. §. vsufruc. ǰ. de solu. & facit quia propter factum & debitum procuratoris, non debet mihi obesse facili

7 tas soluendi, cui uoluero. Vlterius dicit Bal. ꝙ † banniti semper assimilantur fugitiuis, ex quo resultant magni effectus, & primo, quia isti damnati semper poterunt capi pro deblto. Idem voluit in l. Stichus seruum. ǰ. de seruis exportan. & Spec. in tit. de compet. iudi. in §. j. versi. quid si aliquis Senensis. per d. l. Stichus seruum.

SVMMARIVM.

1 *Furiosus cui æquiparetur. Et quamuis superueniens furor ea, quæ furioso euentu superueniunt, contrahi impediat, non impedit tamen ea committi, quę de præterito consensum habent.*

2 *Furem ex suo contractu agere posse.*

3 *Condictionem certi ad eandem pecuniam mutuatitiam temporibus diuersis oriri posse, sed & aduersus eam quoque præscriptiones diuersas diuersis itidē temporibus dari posse. & nu. 5.*

4 *Ius idem de parte quo ad partem, quod de toto, quo ad totum.*

5 *Protestatio domini aut admonitio, quando rei suæ apud alium existentis, impediat vsum.*

6 *Condictionem certi unam atque eandem sue præscriptionis diuersis temporibus cursum habere posse. Et in mutuatam pecuniam condictio certi quando detur.*

7 *Condictione certi agenti, num dominij quæstio opponi possit. Et agens rei uendicatione quid probare habeat.*

LEX XIII. & XIIII.

SI a furioso. Licet ab initio nulla sit obligatio mutui ratione deficientis consensus, uel mutuatæ pecuniæ alienæ, nihilominus postmodum reconualescit consumptione sequuta. h. d. cum princ. seq.

1 † No. ꝙ furiosus æquiparatur ignoranti, concord. ǰ. de actio. & obli. l. j. §. furiosum. & ꝙ hr̄ in l. qui ad certum. ǰ. loca. & queadmodum legatum acquiritur ignoranti, etiam quo ad transmissionem, vt l. cum pater. §. surdo. de leg. 2. ita & furioso, vt C. de cura. fur. l. fi. §. j. Secundo no. ꝙ licet furor superueniens impediat ꝯhi ea, quæ superueniunt in furioso euentu, vt ſ. de his q sunt sui vel alie. iur. l. patre furioso. & C. de neg. gest. l. furioso, tn̄ non impedit ea committi, quæ habent consensum de præterito, de quo vide in l. si seruum, & l. si alicui. ǰ. de acquir. pos. & vi

2 de ꝙ ibi dixi. In l. nam & si fur. in prin. † No. furem ex ꝯtu suo agere posse, concord. ǰ. de condic. indeb. l. si vrbana prædia. An autem alias agere possit? dic, vt in l. itaque fullo. §. j. ǰ. de furt.

3 & extra, de restitu. spol. cap. in literis. † No. secundo, quòd certi condictio ad eandem pecuniam mutuatam, diuersis temporibus oriri potest. Ex hoc infertur, ꝙ diuersæ præscriptiones & diuersis temporibus ad vnam tamen certi cōdictio

4 nem competentes dari possunt. No. ꝙ † idem iuris est de parte quo ad partem, ꝙ est de toto, quo ad totum. concord. ſ. de rei

5 vendi. l. quæ de tota. † No. ꝙ admonitio aut protestatio dn̄i impedit vsum rei apud alium existentis, ꝙ maxime verum est, si ante autem iudicis protestatio fiat, vt l. fi. ǰ. de lege commis. Et ad illud, quod dixi, ꝙ diuersæ præscriptiones &c. declara, quia

6 dicit, quid si non sit cōsumpta, nisi pro parte. Ex quo † resultat, ꝙ vna certi condictio, quæ resultat ex una eadem causa, potest habere cursum suæ præscriptionis diuersis temporibus. In gl. super verbo, condictionem. Prima opinio est falsa, quia est ꝯ tex. & pro hoc facit. l. si quis pro eo. §. si mortuos. ǰ. de fideius. Præterea facit l. non omnis. ǰ. eod. Sed hic furiosus non habet consensum, igitur ista opinio falsa, glo. transit ad aliam, quæ adhuc reprobatur per glo. vnde transit ad tertiam, vel dic ꝙ

oritur

oritur ex æquitate legis, vt l. si & me & Titium. ꝗ. eo. Alii volūt dicere, ꝙ oritur ex numeratione, quia fictus consensus videt affuisse. Sed ista opinio est falsa, quia vbi requiritur verus consensus, non sufficit fictus, vt l. qui ad certum ꝗ. loca. Sed iste cōtractus mutui requirit verum, ergo non sufficit fictus. Quare tenet glo.ᵃ videlicet ꝙ oritur ex generalitate, item ꝙ oritur ex æquitate. ꝗ. eodem. l. si & me & Titium. In gl. super verbo, consumpseris. in ptin. dic., ꝙ aliquando aliena pecunia mutuatur nudo pacto, & tunc non datur certi condictio ante, ꝗ consumpta sit. Si aũt interuenit stipulatio, & tunc datur certi condictio ante consumptionem, vt d. l. ꝗuis. In ea. gl. sed quid si alienam. Bar. addit duas rationes, quarum nulla est bona, primo quia reddendo eandem pecuniam liberatur quis, vt est gl. s. e. l. ii. in prin. Sed certum est, ꝙ ubicunq; pecunia perit facto creditoris, ꝙ tunc liberatur debitor, vt l. si opera. de doli excep. Et patet, ꝙ perierit, qa ipse debebat mihi mutuare suam, igit &c. Sed ista non est bona, & patet, quia l. si opera. loquitur quādo pecunia, quam soluit, perit facto creditoris, secus autem si perit illa, quæ potest solui, vt l. incendium. C. eod. Secundo arguit Barto. quia vbi genus debetur respectu speciei, quia perempta specie, tunc liberatur a genere, vt l. in naue. ꝗ. loca. Sed clarum est, ꝙ ista species perit, igitur &c. Sed istud non est verum per d. l. incendium. & Insti. eo. §. item is. quare per gl. potest dici, illa ratio videlicet, quia vbi qˢ est obligatus ex stipulatione ad reddendam pecuniam, sit obligatus ex causa, vt l. ii. §. perinde. ꝗ. de doli excep. Sed clarum est, ꝙ non est adimpleta causa, si non adimpleta, ergo habeo exceptionem doli. In ea. gl. ibi, itē quid si dedi. Bar. post Guil. de Cun. quærit de quæstione vulgari, de qua in l. ii. §. mutui. s. eod. ¶an agenti certi condictione possit opponi quæstio dominij per conuentum? & in hoc variæ fuerunt opi. Cy. in l. ii. C. eo. secutus opi. Pet. de Bellaperti. Bar. hic sequitur opi. Cy. in d. l. ii. Sed Guil. de Cu. in l. non nuda. C. eod. qui tenet, ꝙ non potest per d. l. proinde. s. eo. fm vnam lec. Et pro ista opi. facit illud, quod dicitur in l. si ita, vt sur. & l. si alienam. ꝗ. so. mat. & ibi Bar. Sed clarum est ꝙ ille, cui mutuo, habet causam a me, ig tur. Sed si tenet ꝯrium. s. ꝙ vbi conuentus dicit se velle probare, ꝙ illa pecunia non sit mutuantis, debet probare. Sed istud est dubium, an debeat probare, quia q. libet debet probare illud, quod est causa suæ intentionis, vt l. ii. ꝗ. de proba. Sed causa est, ꝙ non est dominus, igitur &c. Præterea agens rei vendicatione, dominium debet probare, vt in l. si. C. de rei ven. vnde agens certi condictione, debet probare dominium. Sed do. Bar. hic & s. eo. in l. ij. §. mutui. & in l. ii. C. eod. tenet, ꝙ possit opponi, quando conuentus offert se probaturum, & probat, quia si conuentus probat nō fuisse illius mutuantis, item non fuisse alicuius, ergo in bonis nullius, si in bonis nullius, & tunc conceditur occupanti. Vnde Bar. dans cautelam ad probandum dñium, dicit ꝙ primo debet articulare, ꝙ non fuit in bonis alicuius, de hac materia vide in l. rem, quę nobis. ꝗ. de acqui. pos. In hoc Bar. de Sali. dedit mihi causam faciendi magnam distinctionem, & primo quando est consumpta, dic, aut illa pecunia, cuius respectu ago, est consumpta, & tunc aut est consumpta bona fide, & tunc non potest obiicere, vt hic. Aut est consumpta mala fide, & tunc pōt, vt s. eo. l. rogatli. §. fi. vbi tex. est singularis, & hoc procedit quando cōstat alium dñm. Aut ista pecunia est vsucapta, & tunc non potest obiici, vt l. ii. §. fi. s. eo. & l. si alienam. C. de dona. Aut ista pecunia non est ꝯsumpta, neq; vsucapta, & tunc si constat cuius sit, & pōt obiici, vt s. eo. l. proinde. Pro quo facit illud. s. ꝙ vbi exceptio pōt eneruare intentionem & exceptionem agentis, ꝙ tūc pōt obiici talis exceptio, vt l. si quis ad se fundum. C. ad le. Iul. de vi. hoc verum nisi sit notum, vt no. per Inn. in c. in literis, de resti. spol. & c. ad decimas. de resti. spol. lib. vj. & uide ꝙ ibi no. per Doct. Cano. Aut de dñio dubitatur, & tunc fuit opi. Guil. de Cu. qui dixit, ꝙ non pōt, vt l. non nuda. C. e. Cy. in d. l. ii. C. e. dixit, ꝙ aut iste debitor offert se probaturum non fuisse illius mutuantis, & tunc admittitur exceptio, aut non offert se probaturum, & non pōt admitti talis exceptio. Hāc sequitur Bar. Bal. & Ange. Sed huic obst. illud, quod dixi, quia quis debet probare illud, quod est causa suæ intentionis. Sed clarum est, ꝙ dominium est causa suæ intentionis, vt §. appellata. Sed dic quod illud, quod dicitur de rei vendicatione, non obstat, quia quando quis agit rei vendicatione, inducit principaliter dominium, vt l. j. C. de alie. iudi. mut. cau. fac. & l. si quis in rem. de rei ven. Sed hic adducit incidenter, vnde non debet probare, quia iste mutuans habet duas præsumptiones, igitur &c. vt l. siue possideris. de prob. quæ pręsumptiones transferunt onus probandi in alium, & donec contrarium probetur, semper præsumitur pro illo, pro quo sunt istę ambę præsumptiones. Et prima præsumptio est, quia ille qui possidet, in dubio ꝑsumitur dñs illius rei, quam possidet, vnde sufficit, ꝙ qñ mutuaui, fuerim dñs &c. Alia præsumptio est, quia qñ mutuaui, tu præsumis semper me habuisse bonam fidem, quia ꝑsumis me habere dñium, ergo nunc cum allegas me non dominū, debes probare, vt extra, de exceptio. c. cum venerabilis. Aut ille, qui obiicit de dominio, obiicit simpliciter, & tunc talis exceptio non potest opponi. Ad hoc illud, quod dicitur de pignore, quia creditor, cui est pignorata res, nō potest opponere debitori de dominio rei pignoratę, vt l. si pignore. in §. j. ꝗ. de pigno. act. Ita hic in mutuo. Aliqñ obiicitur de dominio, vt quia dicit, ꝙ fuit alterius, & tunc obiicit, ꝙ fuit alterius, qui sibi numerauit, & tunc potest, vt hic in l. nam si fur. ver. nam & si. Aliquando obiicio de dominio, alicuius, qui mihi non numerauit, & tunc ꝙ non possit, facit ista gl. a contrario sensu. In contrarium facit, quia semper potest obiici de iure tertii, quoties eneruatur potestas agendi, vt l. cum seruum quispiam. de seruis fug. & l. ij. de exceptio. rei iud. Sed clarum, ꝙ eneruatur dominium mutuantis, igitur &c. Sed contrarium est verum per tex. in l. bona fides. § Labeo. ꝗ. depo. per quē tex. deciditur ista quæstio. non obst. l. cum seruum, quia ille poterat obiicere de iure tertii, quia non habuerat causam ab agente, sed hic habuit causam ab agente. Aut talis obiicit de dominio suo, & tunc bene potest, vt ꝗ. e. l. §. fin. De hac exceptione dominij, vide plene per Bar. in d. l. si alienam.

ADDITIO.

a ¶Glo. Cuius opin. communiter approbatur per Doctores hic. Hier. Chuc.

SVMMARIVM.

1 *Monachus apostata effectus cui acquirat. Et an ex mutuo certi condictionem acquirere possit.*

2 *Emens ficuum partem, num per corporum dissectionem diuidat, an per numerum.*

§. Si seruus communis.

Ex mutuo facto per seruum cōmunem, quæritur actio dominis, pro dominicis portionibus. h. d. Istud 1 facit ad q. de † monacho, qui est effectus apostata, & mutuat pecuniam. nunquid monasterio acquirat certi condict. & videtur ꝙ sic, per l. Deo nobis. de episc. & cleri. cōtrarium est verum, quia sicut dicimus de seruo, nisi post consumptionem, quia quicquid statuitur de seruo, habet locum in monacho, sed tamen scias, ꝙ quicquid acquirit apostata, acquirit monasterio, vt d. l. Deo nobis. §. hoc quoque. C. de epis. & cleric. Sed fallit in hac certi condic. vt hic est tex. de hoc vide, vt dixi post Bar. in l. j. §. per seruum, qui in fuga. ꝗ. de acq. poss. Ex hoc infer- 2 tur ad q. Iac. But. de † scholari, qui emit ficus a vetula, & volebat diuidere per medietatem per corpora, sed certe non poterat, quia diuidere debebat per numerum, & hoc facit ad declarationem huius glos.

SVMMARIVM.

1 *Soluens iuris errore aduersus Macedoniani beneficium num solutū repetat.*

2 *Fictio quatenus operetur. Et num super impossibile cadat.*

3 *Filius an sine patris consensu res, quæ seruando seruari nequeunt, alienare queat.*

4 *Monachus & clericus feudum num habere possint. Et num si edictum sit, ꝙ primus locum aggressus feudum habeat, num si clericus aut monachus primus sit aggressus habere debeat.*

LEX XIIII.

SI filiusfamilias. Ex quibus causis ab initio trāslato dñio oritur certi condictio, ex eisdem ab initio dñio non translato, sed consumptione secuta, datur certi condictio. h. d. No. priorem actionem per consumptionem morti- 1 ficari. Secundo no. ꝙ soluens † errore iuris contra beneficium 2 Macedoniani nō repetit. Vltimo no. ex ver. quoniam. ꝙ † illud præcise, & non plus potest operari fictio, quàm veritas operatur. Ex quo infertur, ꝙ fictio non potest cadere super impossibile, siue sit impossibile de iure, vt l. talis scriptura. in gl. de lega. ii. siue impossibile de natura, vt s. de adop. l. adoptio. In gl. j. Ista gl. est sing. notanda, quia † vult, ꝙ filius non potest alienare res, quæ seruando seruari non possunt, vt est pecunia sine consensu patris. an autem hoc sit verum, videbitur in l. frater a fratre. ꝗ. de condi. indeb. & ibi per Bar. In gl. super verbo. condictio. in prin. Idem determinat in l. plane ꝗ. de fideiuss. Sed cōtrarium determinatur in l. creditorē. ꝗ. ad Maced. sed vere istæ sunt meliores, per l. in senatus. ꝗ. ad Maced. In ead. ibi, fm Iner. Prima sol. est vna truffa, ideo gl. transit ad secundam, quæ vera est & fuit Io. In glo. super verbo, per errorem. Prima est 3 plana, iste tex. inducitur per Guliel. ad vnam q. videlicet, quia 4 † monachus & clericus non potest habere feudum, vt in c. si clericus si de feu. fuer controu. Modo dñs quidam dixit, ꝙ primus intrans habeat tale feudum, nunquid monachus debeat habere? & videtur ꝙ non, per d. c. si clericus. Et patet quia illa verba generalia debent restringi ad idoneum, tamen contra- a rium ᵃ est verum fm eum, quia imo ille monachus acquirit mona-

ADDITIO.

a ¶Contrarium. Hanc decisionem Guliel. sequuntur omnes hic nemine discrepante. In cuius confirmationem multa hic adducit Ias. & do. Philip 3. no. & idem in reg. fi. ꝗ. de regu. iur. Hiero. Chu.

monasterio, si de feu. fue. contro. c pe. Sed nunquid iste monachus debet iurare &c. & dic ꝙ non, vt in c. j. §. est & alia. quæ fuer. prima cau. benefi. amitten. vbi dicit, ꝙ si paruum est feudum, ꝙ feudatarij non tenentur iurare, & ita dicit singul. ibi Bal. quod tene menti.

SVMMARIVM.

1 *Socium bonorum omnium vel post contractam societatem propriam pecuniã habere posse.*

2 *Pecuniæ communis mutuum quatenus contrahi possit.*

LEX XVI.

SI socius. Numeratione pecuniæ tuæ mutuum cõtrahitur. Numeratione autem pecuniæ cõmunis non contrahitur, nisi pro parte mutuantis. h.d. No. sociũ † omnium bonorum propriam pecuniam habere posse, cum post contractam societatem quæsita non efficiantur communia, nisi post communionem. j. pro socio. l. si quis in societatem. cum si. No. secundo numeratione pecuniæ † communis, non resultare mutuum, nisi pro parte. Et pro introitu primæ gl. dic arguendo, ꝙ tex. non debet esse nisi de casu dubio, vt l. quod Labeo. ad Carbo. Sed ista lex videtur sine dubio, igitur huius timore est facta ista gos.

SVMMARIVM.

1 *Scholasticos perpetuos viatores appellari, & an statutum iubens quemlibet habitatorem Florentiæ in matriculam referri, num scholasticum comprehendet.*

3 *Iure extraordinario vbi a lege mandatur subueniri, de quo iuris remedio intelligendum sit. Et an § necessita. l. non solum de bon. quæ lib filio officium iudicis intentante, locum habeat nu 3.*

4 *Monachus socio mutuans num repetere possit. Et quid si ipsi monacho soluatur, an liberetur debitor. Et quid in vltimis voluntatibus, vbi relictum est seruo, aut monacho.*

LEX XVII.

CVm filiusfamil. Scholari pecuniã mutuanti extraordinario iure succurritur. h.d. No † sm Richar. scholares viatores continuos appellari, vnde sumit argumentũ, ꝙ stante statuto, ꝙ quilibet habitans in ciuitate Florentiæ debeat matriculari, vel quid tale facere, non compræhẽdit scholarem [a]. Et hoc, ex eo, quia scholaris non dicitur habitare, ex quo ibi perpetuo non stat. sed dr̃ viator. Ad hoc j. de pign. l debitor. alias si debitor, & de hære insti. l. ex facto. la grande. & l. cum de lanionis. §. Sabinus. de fundo instruc. & de lega. i. l. huius. §. legatum. Hinc sumit argumentum, an scholaris studens, dicatur habere domicilium in loco, in quo studet. Et dicit ꝙ iste tex. facit, ꝙ non, ex quo dr̃ ↄtinuus viator. vide in l. 2. C. de inc. li. x. vbi per glo. & Bar. & j. de iniur. l. lex Cornelia. § domũ, & s. de iudic. l. hæres absens. §. i. Sed certe iste non facit, quia solum iste tex. loquitur de viatore, non aũt dicit, an scholaris sit viaticus. In glo. ij. allegatur † quotidie, ꝙ vbi reperitur in iure, ꝙ subueniatur extraordinario iure, ꝙ intelligitur de officio iudicis. Concor. ad hoc gl. quæ allegatur in l. i. C. qui admit. ad bono. posses. Ex his patet † limitatio ad l. non solum. §. necessitatis de bon. quæ liber. videlicet ꝙ ille. §. non habet locum, quando filius intentat officium iudicis, pro quo allegatur illa gl. singu. in l. j. C. qui admit. quia est huic cõsocia. Item inducitur ad q. de † monacho, qui mutuat socio. an possit repetere. vr̃ ꝙ non sine licentia abbatis, sed certe est ↄrium verum, vt hic, & s. de in di. l. non vr̃. & xij. q. j. c. non dicatis. & in Specu. de actio. §. j. ver. quid de monacho. Iuxta hoc † quærit Bald. quid si solutio facta est ipsi monacho. an liberetur debitor? vr̃ quod nõ, quia requiritur consensus abbatis, quia sine eius consensu non potest solui. Tamen ↄrium est verum, & de hoc est tex. in l. ꝙ seruus. j. deposi. & idem tenet Bar. C. de pact. l. filius, & ibi Bal & j. de cõdi. indeb. l. si non sortem. §. qui filio. vbi glo & j. de solu. l. fugitiuus, & hoc habet locum in ↄtibus. Quid autem in vltimis voluntatibus, puta si relictum est aliquid seruo, vel monacho? dic, vt per Ang. in l. si. iu prin j. de verbo. obliga.

ADDITIO.

a ❡Scholarem. Et hæc decisio communiter approbatur per omnes hic, intelligit tamen Alex. nisi per. x. ann. stetisset ibi, quia tunc in dubio videtur habere animum ibi habitandi, per l. 2. C. de incol. lib. x. & per no. per Bar. in l. lex Corne. §. si tamen. de iniuriis. Hiero. Chu.

SVMMARIVM.

1 *Dissensus contrahentium in contractus specie nativitatem contractus impedit, & quid in dissensu in translationis dominij causa. num. 2. 5. 6. 7 8. & 9.*

3 *Propositum in mente retentum nihil operari, & qualiter intelligi debeat.*

4 *Error in dominij translatione, dominium transferri impedit.*

LEX XVIII.

SI ego pecuniam. Dissensus in specie contractus, impedit ↄtus natiuitatem, itẽ dñij translationem, quæ tñ recõciliatur consumptione secuta, & quo ad dandam actionem inspicitur consensus recipientis. quo ad dandam exceptionem consensus dantis h.d. † No. ꝙ dissensus ↄhentium in specie ↄtus impedit cõtractus natiuitatem, & huius ratio est sm Ang. quia ↄtus vniformen consensum requirit, vt s. de pact. l. j. & l. in omnibus. j. de actio. & oblig. qui in casu proposito non adest. l. j. & l in omnibus j. de actio. & obliga. Secundo no. ꝙ † dissensus in cã translationis dñij, impedit translationem, de quo dic, vt in gl. late dr̃. Vltimo no. ex tex. ibi, quia sm voluntatem dantis. vnam notabilem limitationem sm Doct. ad l. si repetendi. C. de condic. ob cau. vbi dr̃, ꝙ † propositum in mente retentum, nihil operatur, quia illud quo ad fauorem retinentis, quo vero ad odium bene operatur. In gl. super verbo, non fieri. Ista solu. est diuinare, quamuis sit vera in se. Ex qua tamen solutio. no. ꝙ † error in causa translationis dñij impedit dñij translationem, qñ conuenit a principio dñium, nisi vna causa transferri nõ posse, vidẽs tñ glo. ꝙ ista solutio non est bona, iõ transit ad secũdam, quæ fuit lo. & communiter tenetur per omnes Doc. excepto vno, & hanc declara, quia in ↄrio aderat causa, pp quam dabatur, puta ex causa legati, vnde si hæres soluit ex ista causa, & legatarius recipiat ex alia causa, tunc fauore liberationis transfertur dñium. Et rõ, quia aliqua causa præcedebat dationem. Sed hic est secus, quia nulla cã præcedebat istam dationem, & iõ talis dissensus impedit causam translationis dominij, ita soluit lo. quem omnes sequuntur. Et ex hac solutione infertur, ꝙ † dissensus in cã translationis dominij, non impedit translationem dominij, qñ aliqua iusta causa traditionem ipsius rei præcessit. Secundo infertur, ꝙ dissensus in causa translationis impedit dominij translationem, qñ nulla iusta causa dationem præcessit, licet ex ipsa datione oriatur causa, vt hic. Oldra. in d. l. cum in corpus, vt Bar. hic refert. dat aliam solu. s. ꝙ qñ vtraq; causa, in qua dissentitur, concurrit, tunc nunq̃ dissensus impedit translationem dominij, sed vbi vtraq; non concurrit ad eundem effectum, tunc impedit translationem dominij. Ita sit casus hic. Bar. hic repræhendit istam solu. Oldr. quia imo facit pro, quia vtraq; causa, vt patet hic, tendebat ad diuersum, igitur &c. Do. Raph. impugnat sol. lo. tribus rationibus, & adde quartam, & sit prima, quia in l. cum in corpus. [illegible] secundo casu est idem, q est hic, quia ille qui dabat, dabat vt donum, recipiens vt mutuum recipiebat, & istud patet per verbum creditum, & tamẽ tenet, ꝙ non impedit trãslationem dominij. Tu dic, ꝙ ille tex. debet intelligi vt omne creditum, non autem, vt mihi creditum. Et sic debet intelligi ille tex. Secunda ratio. do. Raph. est. Nã dicit, quia si non haberem istas etiam leges. s. cum in corpus, & istam legem, quid iudicaremus in isto casu? dicerem, ꝙ dominium transfertur. Et facit, quia in me transfertur dñium per traditionem, nec attendimus aliquam causam traditionis pcedentem ipsam traditionem, vt in §. per traditionem. Instit. de rer. diui. & l. traditionibus. C. de pac. Causa autem traditionis est remota, ergo non debet impedire. Sic patet, quia per tit. j. de condic. indeb. quia falsa cã non vitiat translationem dñij. Huic respon. ꝙ istæ duæ causæ debent simul ↄcurrere, quia traditio non transfert dñium sine causa, vt l. nunq̃ nuda. j. de acq. re. domi. & sic est necessaria cã in traditione, & sic errat in hoc. Tertia ratio d. Raph. est, quia licet causa liberatoria sit fauorabilior, q̃ obligatoria, vt l. Arrianus. de actio. & oblig. & in casu. l. cum in corpus, quia intellige, ꝙ illa regula habet locum cum dist. tamen, quia aut ille, qui agit cãm liberatoriam, tractat de lucro captando, aut de damno vitando. Primo casu, non habet locum illa regula, secundo sic, vt l. non debet. §. in re obscura. j. de reg. iu. & l si. C. de iure delib. Ergo sequitur, ꝙ in casu illius l. cum in corpus. non est translatum dominium. Quod autem non sit translatum. patet per tex. istum hic, quia dicit, ꝙ vbi dissensus est in causa, tunc impeditur causa dñij. Sed in d l cũ in corpus fuit dissensus, vt patet, ergo frustra fuit factus ille casus, & iste. Ad hoc facilis est responsio, quia illud est verum, qa imputari debet sibi, quia consensit ad dñium transferendum, vt c. damnum extra de reg. iur. li. vj. Vltra hoc ad istud addo quartam. s. certum est, ꝙ casus illius. l. cum in corpus. ponit regulã, si ista est regula, ergo non debet restringi per exempla subsequentia, vt l. pen. j. de iur. & facti igno. Si ergo nõ potest restringi, quare posuit hic Iuriscon istum casum. Pro quo dicit do. Raph. ꝙ ipse dat nouum intellectum huic legi, quem cogitauit a teneris annis, videlicet ꝙ ista litera habeat tres casus. Primus in prin Secundus in ver. nam & si ego. Tertius in ver idẽ est. qui est diuersus ab omnibus istis, & sic non debet referri ad præcedentes, sed ad sequentes. Ex quo infertur, ꝙ ubi est dissensus in causa translationis dominij, tali casu impediatur translatio dñij. Et patet in causa mutui, quia est habilis ad translationem dominij, vt §. appellata. & ita loquitur. l. cũ in corpus. Sed hic fuit diuersus in causa, quæ non est potens ad translationẽ dñij, vt in deposito, vt l. licet. §. rei depositæ. j. deposi. Et sic ista lex limitat illam. l. cum in corpus. Et certe iste intellectus non est bonus, quia ↄ cum est casus in primo casu huius legis, in quo non fuit translatum dñium a prin. sed expectatur consumptio, ideo non bene dixit. † Quamobrem dic sm do. Rich. de Sali. vt refert hic do. Barto. de Sali. & dic sic, aut constat de

intentione

intentione dantis,& tunc dissensus in causa trãslationis impediat translationem dñi),vt hic est casus. Aut constat,& tunc illæ causæ,in quarum vtraq; est dissensus, erant productæ ante traditionem, & tunc dissensus impedit dominij trãslationem, vt in l.cum in corpus.adeo,ꝙ intelligitur,ꝙ in grauiorem causam,non aũt in leuiorẽ causam,vt l.i.ff.& C. de sol. Aut vtraq; istarum causarũ,in quibus est dissensus,non erat vera, sed vna erat vere producta,alia putatiue, & tunc non impediatur translatio dñi,vt d.l.cum in corpus. Aliqñ nulla illarum causarũ erat producta ante traditionem, sed vtraq; oritur & habet effectum in ipsa traditione, & tunc aut vtraq; in effectum eũdem cõcurrit,& tũc non impeditur translatio dominii, vt l. cum in corpus. Aut vtraque non intendit in eundem effectum, sed in diuersum,& tunc impediatur translatio dominij, vt hic. Sed
7 nunquid † error in re impediat dñij translationem, vt puta volebam tibi dare fundum Cornelianum, & dedi fundum Sempronianum?dic,vt l.si me in uacuam. de acqui.poss.& l.in ven-
8 ditionibus.j.de ꝯh. empt. Sed†nunquid error personæ impediat translationem dominii,de quo dic,vt l. si quis vxori . §.Titio.j.de fur.Sed quid si erratur in qualitate personæ, an iste dissensus impediat translationem dominij?dic, vt in l.ꝙ meo.§.si furioso.infra de acqui.possessio. Sed quid si error est in dominio?dic,vt in l.3.§.subtilius.infra de condictione ob cau. & in l. eius qui.§.quas vero.infra eod.& dic,vt per gl.in l.j.§.j s.de officio procur.Cæsa.Sed quid si error est in cã dñii, non in dñio? An impediatur translatio dñii?dic,vt l.seruus Titij.infra manda. Sed quid si est diuersus in causa dñij? de hoc dic,vt supra proxime dixi.In gl.super verbo,consumpserit. Adde quod ille
a tex.nihil facit, quia est diuersus.Barto.ᵃ autem tenet hic glos.
9 †licet Odofr. teneat contrarium , & ipsum sequuntur omnes, & allegat tex.in l.si tibi dederim.j.de dona. Certe ille tex. nihil facit,quia ibi est dissensus in actore donationis inscio, non aũt in cã translationis,quare Odofr. vt refert Bal. tenet cõtrarium, videlicet ꝙ tu non potes me repellere certi condict. non consumpta,vt hic probatur a ꝯrio sensu.Et hanc opinio. sequunt̃ quidam moder.Et facit,quia ego qui donaui, habeo dominũ, pure,tu autem qui recepisti habes possessionem.Vnde ego tractaio de damno vitando , tu aũt de lucro captando , ergo ille est præferendus,vnde dic,ꝙ ego possum te repellere doli exceptione,si agis ꝯ me certi condictione,si a principio consumpseris, secus aũt si ex post facto consumpseris,ita dicit Rich. de Sal.vt refert Bar.de Sali. ad hoc alleg. s. eod. l. si quis nec causam.§. res pigno.cum ibi no.& de acqui.hære.infra l.seruum . Jõ dic, vt l si pupilli.§.item quæritur.s.de nego.gest.cum glo.& extra de procura.c.ex his.lib.vj. Vnde licet ego nolebam recipere,vt mutuet id,quod das , tamen possum pœnitere ex post facto, & ita sit vera opi.Odofred.a contrario sensu,per istum tex.

ADDITIO.

a ¶Bar.Dic ꝙ quęlibet opinio est communis,tamen in sententiando uos teneatis cum Bar.& eius sequacibus,omissa distinc.Lud.hic.Hie. Chu.

SVMMARIVM.

1 *Numerationem solam actionem non producere.*
2 *Donatio mortis causa qua ratione reuocetur.*
3 *Datum vt certum quid fiat,quando ob factum non secutum , repeti queat.& quid in legatis.nu.4.& 5.*
6 *Pœna in iure multiplex est.*

LEX XIX.

Non omnis. Sola numeratio non est causa natiuitatis actionis,si nõ ob hãc causam per numerãtem data fuit.h.d. Vel sic.Actus agentium non operantur vltra eorum voluntatem. Ad hoc communiter allegatur.concor.infra de actio.& oblig.
1 l.obligationum fere substãtia.†No.ex sola numeratione actio-
2 nem non nasci,nisi consensus ꝯhentium adsit. No. † secundo, donationem causa mortis reuocari superueniente reconualescentia,& per mortem donatarij.Concor. de dona. cau.mor.l.
3 senatus, & infra de condi.ob cau.l.cum quis. † Vlterius no. ꝙ datum,vt certum quid fiat , non potest ob factum non secutũ ante repeti,quam certum sit illud fieri non posse. In glo super
4 verbo,decessit. Quid † autem in legatis , an autem reuocentur per conualescentiam?vr̃ ꝙ sic,quia donatio & legatum æquiparantur,vt l.legatum.de lega.ii.& Insti.de donat.§.j. Vnde sicut donatio reuocatur,ita & legatum.Sed ꝯrium est veritas,qa non reuocatur,nisi expresse reuocetur , vt est casus sing.in l.fi. C.de posthu.hære.insti.vel exhęre.Quod limita,j vt l.alumnę. §.fi.de adimen.leg & per Bar.in l.post.§.j.de hære.insti.In glo. super verbo,obligatio.ibi,item quid si decem dedi. Bar.hic se-
5 quitur, ꝙ † istud non potest repeti,etiam si certum sit, ꝙ non possit fieri intra illud tempus,nisi prætereat tempus.tamẽ dic, cum quæritur,an tu debeas mihi facere aliquid intra aliquod tempus,an possum illud repetere,si non feceris intra illud tempus,illud ꝙ debeas facere.Dic,ꝙ aut tu propter illud tale,ꝙ debeas facere,debes mihi dare certam pecuniam , & tunc debet expectari totum tempus,vt l.in illa stipulatio. si Calendis.j.de verbo.obliga.& l.si ita stipulatus sum mihi a Proculo. Aut nihil mihi debetur,& tunc si certum est , ꝙ non possit fieri intra illud tempus,& tunc potero repetere illud , quod dedi,vt j. de verbo.obli.l.hoc iure.Aut quæritur,an possum repetere interesse,si certum est te non posse facere, & tunc aut volo agere ad interesse non totale,sed solum ad illud,ꝙ sentio ex aliqua causa & dic,vt l stipulationes non diuiduntur.§.plane.j. de verbo. obliga.& l.continuus.eo.ti.Aut volo agere ad totale interesse, & tunc non potest agi,& si certum sit,quod non posset fieri intra illud tempus,vt l.si stipulatus fuero absque te.j.de ver.obli. Aliquando volo agere ad pœnam,& ista non est nostra mate-
6 ria.Vnde dic,ꝙ† aliqñ est pęna legalis , aliqñ pęna conuentionalis,aliqñ est pœna,quæ dr̃ interesse, sed quia ista non est nostra materia,tamen remissiue dic,vt hr̃ per Legistas in l.si stipulatus sum mihi a Proculo.j.de verbo. oblig.& per Cano.in c.commissa.de elec.li.vj.Et istud facit ad no. multa , & primo ad statutum,quo cauetur,ꝙ bannitus possit sine pęna interfici,si intra decem dies non soluerit centum, nunquid autem si certum sit , non posse soluere ad dictum terminum, possit interfici?& vr̃ ꝙ sic,quia frustra expectatur euentus conditionis, cuius effectus nihil operatur . Sed ꝯrium est ueritas,vt hic & p Bar.in l.ij.C.si pend.app.mors interue.Item inducitur ad q.Pone, ꝙ electio capitanei non potest fieri sine præsentia aliquorum intra vnum mensem, & isti ciues sunt absentes adeo , ꝙ nõ possunt adesse,& certum sit,an electio fieri possit ante mẽsem?& videbatur ꝙ sic,quia frustra expectabatur, & contrariũ est verum, vt in c.vbi periculum. in ver. decem diebus.de elec. lib.vj.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus suę pecuniæ dominium sine tutore non transfert , & quid in adulto. nume.2.*
3 *Consumptio num semper sit obligationis reconualidandæ causa.Et quatenus pecuniæ consumptio allegetur.nu. 4.*
5 *Periculum rei pereuntis ad quem pertineat.*

§.Si pupillus. Consumptio facta reconciliat præcedentem obligationem,aut præcedentem liberationem.h.d.Et pro euidentia præmitte , ꝙ pupillus debitor non potest soluere creditori sine authoritate tutoris, & si soluit poterit repetere, qñ.s. voluerit. Item quod ipse sine tutoris authoritate non potest mutuare adeo, ꝙ si mutuat sta-
1 tim poterit petere,qñ voluerit . No. † ꝙ pupillus dñium pecuniæ transferre non potest sine tutoris authoritate in alterum. Et huius est rõ , quia ipse non habet sui patrimonij administrationem,vt j.de iureiuran.l.iusiurandum , ꝙ ex conuentio-
2 ne.j de sol.l.ꝙ si forte.§.fi. † Quid autem de adulto.an dñium in alium transferre possit?est glo.singu.in l.j.§.quæsitum.infra ad Trebel.ꝙ sic,quã intelligerem,nisi adultus ipse habeat curatorem,qñ tunc pupillo æquiparatur, vt l. curatorem habens.
3 de in integ.resti.†No.consumptione non esse semper causam reconualescendę obligationis,sed aliquando reconualidandæ
4 liberationis & solutionis. No. ꝙ non dr̃ † consumpta pecunia ad hoc,vt obligatio.vel liberatio reconcilietur, licet alteri per recipientem soluta fuerit.concord.j.solu.matri l. si æstimatis. Et ex hoc vr̃ mihi posse singulariter inferri,quod nunq̃ ad prædictos effectus dr̃ pecuniam fore consumptam,nisi quãdo certissimum est eam amplius recognosci non posse, ita singulariter no.ex isto tex.vñ si transiret per mille manus, & posset recognosci,nunq̃ diceretur consumpta.In gl.super verbo,liberatur.in prin.Sołue aut pecunia est consumpta, & tunc non põt repeti,aut nondum est consumpta, & tunc potest repeti.In gl. super verbo,& eius.ibi,perdiderit.& fortifica istam gl.firmius.
5 Quia † qñ res perit,semper perit periculo illius,penes quem est dñium,vt l.quæ fortuitis.C. de pigno. actio. sed istius pecuniæ dñium est penes ipsum pupillum,igitur &c. Sed ꝯrium est verum per rationem,quia illud ꝙ est inductum in fauorẽ vnius, non debet retorqueri in eius lęsionem. Vnde clarum est,ꝙ inductum est in fauorem ipsius pupilli , vt dominium sit penes ipsum pupillum,ergo non debet retorqueri in eius læsionem. Vnde limita ex ista gl.omnia iura, quæ dicunt ꝙ periculum rei peremptæ spectat ad illum , qui est dñs, quia intelligo qñ est dñs de iure communi,secus aũt si ex speciali priuilegio,vt patet hic in pupillo,ꝙ singulariter nota,& ista est nouissima limitatio,neque per alium tacta.Et ex hac potest inferri ad multa. Et primo ad statutum,quo cauetur,ꝙ nullus possit ꝯhere sine authoritate consanguineorum , & talis ꝯtus sit nullus. Pone quod ipse pupillus vendidit seruum alicui sine authoritate cõsanguineorum, iste seruus periit penes creditorem, cui perit, an pupillo, vel creditori? & vr̃ quod pupillo, quia si ꝯtus est nullus , ergo dominium remansit penes ipsum , vt l. quæ fortuitis . C. de pigno. actio. Sed contrarium est verum , per istam glo.videlicet,quod illud intelligitur,quando dominium est penes aliquem,scilicet de iure communi , secus si speciali.

Et

2 Et ita obtinui * hic Florentiæ contra omnes Docto. iam sunt sex menses, vel circa, propter quod illi Doct. fuerunt valde admirati.

ADDITIO.

2 ¶Obtinui. Sequitur hic Ias. Hier. Chuc.

SVMMARIVM.

1 *Contractus verba nonnunquam improprie sumenda, vt contrahentium mens seruetur. Et quid in vltimis voluntatibus, sententia, libello, & testium dictis usque ad numerum 5.*

6 *Donationem modalem proprie donationem non esse, & quæ natura sit proprie donationis. nu. 7.*

8 *Mutuum proprie non dici, quod ex necessitate fit alicuius contractus præcedentis.*

9 *Aequitatem scriptam, rigori quoque scripto præferri.*

10 *Meum quid dici queat.*

11 *Verba vt diuerse proferuntur, ita & varie in significatione impropriam capiuntur.*

12 *Solutio hæc, hic de æquitate, illic de rigore, quid innuat.*

13 *Lex, nam ad ea, quoad correctionis materiam, num in contractibus locum habeat. Et quid in sententia. nu. 14.*

15 *Verba legis odiosa, extendi non debere.*

LEX XX.

Ciuitas. Ex mutuo per administratorem contracto, ipsa ciuitas obligatur, si in eius vtilitatem conuersum fuerit. Si vero non est, solus administrator tenetur. h. d. No. ciuitatem † ex solo contractu administrationis non teneri, nisi in quantum ad eã peruenerit. Nota. ꝙ vbi ex contractu administrationis obligatio non descendit in ciuitatem, dicitur penes administratorẽ residere. No. beneficium ciuitati ab hac l. concessum. s. quod si ipsa conueniatur ex mutuo, semper opponere potest pecuniam in eius vtilitatem conuersam non esse, ex quo resultat † vnum, quod est notabile. s. ꝙ sicut ecclesia exceptionem non numeratæ pecuniæ, semper potest opponere, vt no. in Authẽ. hoc ius porrectum, vbi per do. Bal. C. de sacrosan. eccle. ita & ciuitas, per istum tex. quod j. declarabo latius. In glo. j. Ex hac no. ꝙ † priuilegia concessa ciuitatibus extenduntur ad collegia, Ia. de Are. hic tenet contrarium. s. quia speciale in ciuitate. ergo in contrarium est ius commune, vt l. ius singulare, & qđ no. s. de leg. Guil. de Cu. & Iaco. de But. saluant vtranq; opi. ꝙ sunt quædam collegia magna, quæ ob multitudinem gentiũ, difficile congregari possunt, vt l. j. § ad municipes. ff. de acquir. possess. & ff. de liber. vniuer. l. j. ff. de ori. iur. l. ii. §. deinde. Et ista l. habeat locum, id est ꝙ beneficium huius habeat locum in collegiis magnis. Et ratio, quia eadem ratio in his. quæ in ciuitatibus, quæ possunt expedire facta sua sine administratore, & tunc non habet locum ista lex, per id qđ dictum est. s. de pac. Bar. autem tenet simpliciter glo. quia sicut necesse est, vt ciuitas per alium gubernetur propter multitudinem personarũ, item quia ciuitas multoties deciperetur, ideo inductum est, vt creditor probet ipsam conuersam in vtilitatem ipsius ciuitatis, sed hoc adhuc est in quolibet collegio, igitur &c. Et sic respondet ad dictum. Iaco. de Are. Quia specialitas istius extenditur per identitatem rationis, vt l. vnica. vbi glo. C. de his quæ ante apert. tab. Quod limita secundum gl. in c. in fidei fauorẽ, de hær. & nisi illa specialitas sit cautoria, quia tunc non extenditur. Bal. autem dicit aliter, ꝙ aut est collegium, quod potest petere se in integrum restitui, & tunc non habet locum. Sed certe istud quod dicit Bal. est vnum idem cum Iaco. But. vnde dic, ꝙ opi. Bar. est verior in vtroque casu. Iuxta prædicta † quæro, nunquid ista lex habeat locum in castro, & villa? Istud dependet ex l. fi. de sacrosanct. eccle. & l. si finita. §. si de vectigali. j. de dam. infec. & l. restituendæ. C. de aduo. diuer. iudi. vnde in hoc fuerunt variæ opi. vnde dic, ꝙ aut est tale castrum, vel villa, quæ vel quod potest gubernari sine procuratore vel administratore, & tunc non habet locum ista. l. Aut est tale castrũ, vel villa quod de necessitate conuenit gubernari per procuratorem, & tunc habet locum ista lex. Ad quod facit. l. restituenda. C. de aduo. diuer. iudi. Ad hoc facit, quod no. in l. respublica. C. ex quib. cau. maio. vbi Iaco But. & Barto. tenent id, quod Specu. no. in ti. de in integ. resti. §. i. vbi fit mentio, an possit peti per castrum vel villam, & distinguitur sic. Aut est tale castrũ quod propter hominum multitudinem non potest de per se gubernari, & tunc habet beneficium restitutionis. Aut est paruum, & tunc non habet locum beneficium restitutionis in integrum. Vlterius dicit hic Bar. ꝙ si est conuersa in ciuitatis vtilitatem, & ciuitas tenetur. Gl. quærit nunquid † administrator teneatur? & dic ꝙ sic, quia debitor præsumitur vtriusque contemplatione mutuare, ita tenent omnes & adiiciunt vnam limitationem, nisi ipse administrator fecerit pactum, siue protestationem, ꝙ nolebat se obligari, & tunc non tenetur per rationem. l. non omnis. s. c. & j. de act. & obliga. l. obligationũ substantia. vltra quod Bar. allegat & limitat per no. per Inno. in c. per tuas. de arbit. Sed de hoc est gl in l. si pupilli. §. i. de nego gest. & hoc uerum vbi talis administrator conuertisset totam pecuniam in vtilitatem ciuitatis, quia tunc non tenetur: si vero conuertisset in suam, tenetur, etiam si fuisset pactum, vel fuisset protestatus, ꝙ nolebat obligari. Et ratio, quia tale pactum præsumitur factum dolo arg j. ad Maced. l. sed Iulianus. §. proinde Ita limitat hic Bal. dictum Bar. Secundo facit, quia fraudulosa † protestatio, siue dolosa, non debet prodesse doloso, vt l. quæro. j. de actio. empti. j. de ædil. edic. l. quæritur. §. si vẽdita. Sed de his est casus vltra alios in l. fi. §. Proculus. j. de insti. & sic est, quia nemo cum aliena iactura locupletari debet, vt j. e. l. si & me & Titium. Præterea illa † protestatio debet intelligi rebus sic stantibus, prout sunt, vt j. de condi. ob cau. l. vt seruus. In glo de renunciat. cap. cum inter P. Gaufredi. Ex quibus habes duas conclusiones prima ꝙ si ipse administrator pecunias mutuo accepit, non solum ciuitas tenetur, sed ipse administrator. vt l. si pupilli. §. i. de nego. gest. Secundo, ꝙ illud est verum. quia ista protestatio valet, nisi pecunia fuerit conuersa in vtilitatem ipsius administratoris, quia talis protestatio non excusat. In glo. super verbo, † non ciuitas. ibi, sed quis, hoc probat. Ista glo allegat duo iura, quæ non probant, sed tertium probat, vt in auth hoc ius porrectum. Quia respublica & ecclesia æquiparantur, vt habetur in l. respublica. C. ex quib. cau. maio. est & gl. in l. si pupilli. §. j. s. de neg. gest. Et probatur hoc quod dicit hic ista gl. quia creditor dicit, sed ciuitas negat, vnde onus probandi incumbit agenti, nõ autem neganti, igitur. Quærit hic † Guil. de Cu. & alij. qualiter probetur hoc per ipsum creditorem & dicunt, ꝙ patet ex no. in gl. in auth. hoc ius porrectum vbi dicitur quod resultabit hæc probatio ex præsumptionibus. quia tunc ciuitas indigebat. Facit j. de exerci. l. fi. Est & alius modus probandi. scilicet si mutuatur pecunia ipsi administratori præsente consilio, tunc ex sola præsentia consilii, præsumitur conuersa in vtilitatem ipsius ciuitatis, sed est glo. contraria, quæ tenet, ꝙ non sufficit præsentia, vt in Auth. de alie. & emphyt. §. si non episcopis. Et decidit, ꝙ licet administrator accipiat pecuniam mutuo, quando indigebat, ꝙ nihilominus non præsumitur, ꝙ talis pecunia sit conuersa in vtilitatem ipsius ciuitatis. Bar. in d. auth hoc ius porrectũ. sequitur ibi gl. Nec ob. l. fi. j. de exer. quia loquitur in persona priuata. sed nos loquimur in persona priuilegiata. i. ciuitate. Putarem tamen si talis administrator acceperit pecuniam ob aliquam causam, & illa causa fuerit secuta, tunc præsumitur cõuersa in vtilitatem ipsius, vt d. l. item si filius. §. proinde. j. ad Mace. & hoc si talis causa fuerit secuta incontinenti, secus si ex interuallo. Ad quod facit, quod no. Bar. in l. fi. de ali. pu. præstan. & in l. cum seruus. de condit. & demonstra. Vnde conclude, ꝙ aut actus fuit secutus incontinenti, & tunc præsumitur in vtilitatem conuersa: aut fuit secutus actus ex interuallo, & tunc dic, vt dicit Bar. in d. auth. hoc ius porrectum. vnde dic sm Bar. distinguendo, ꝙ aut consilium accipit mutuam pecuniam, tunc præsumitur conuersa in vtilitatem ipsius ciuitatis, & indistincte tenetur ipsa ciuitas, nec est necesse, ꝙ creditor probet. An autem hoc sit verum. s. ꝙ conuersa fuerit in vtilita

tem ipsius ciuitatis, iuxta quod quæro, an si ciuitas vult probare hanc pecuniam non fore conuersam in suam vtilitatem, an possit petere se restitui? & breuiter dic quod sic, quia ciuitas & pupillus æquiparantur, vt l. rem publicam. de iure reipu. li. x. Sed pupillus potest, ita ciuitas, ita firmat hic Ange. Probatur & hoc, quia sicut pupillus sine tutore non obligatur, vt l. j. de inuti. stipu. ita nec ciuitas, igitur. Ad quod facit. l. i. C. si aduer. credito. Sed cui † incumbit hanc pecuniam fuisse fœneratitiã onus probandi? Et dic primo, quod si pupillus dicit se in integrum restituendũ, quia talis pecunia fœneratitia non fuit conuersa in vtilitatem. propter quod transfert onus probandi in creditorem, vt l. j. Sed contrarium est verum, & responde ad illud, quod dicitur in l. j. si aduer. credit. Quia vbi pupillus sit industriosus, tunc præsumitur conuersa in vtilitatem suam, vt l. j. qui & aduer. quos. Sed ciuitas semper præsumitur habere homines industriosos, vt in c. si statutum. de rescrip. lib. vj. ergo & c. Aliquando † dicit Bar. ipsa ciuitas non suscepit mutuo, sed administratorem facit, vt accipiat pecuniã mutuo, & tunc non habet necesse creditorem probare conuersam in vtilitatem ciuitatis, vt j. de insti. l. habebat. Quidam moderni, vt Rapha. & do. Flo. dicunt. ꝙ istud dictum Bar. nõ est verum. & primo, quia omnes Doc. & omnes glo. super hoc loquentes indistincte loquuntur, vt vult Inno. in c. grauis. extra, depo si. & glo. in l. is qui. §. de pigno. & d. l. si pupilli. §. j. Sed si esset verum dictum Bar. tunc ista. l. non seruiret de specialitate, igitur & specialitas est in hoc, quia vbi priuatus [a] constitueret procuratorem specialem, tenetur, etiam si creditor non probet, non habebit locum in ciuitate, quia est specialitas in ista. l. sm Barto. Dic ergo, aliquando ipsa ciuitas constituit procur. ad accipiẽ. mutuo pecuniam specialiter, sed non habuit mandatum de conuertendo in vtilitatem ipsius ciuitatis in tali casu, & tunc sufficit, ꝙ ipse administrator suscipiat pecuniam mutuatam exprimendo se recipere nomine ciuitatis, vt l. j. §. nos autem. j. de cur. Sed istud non est verum per rationem supradictam, quia loquitur in priuato. hanc opi Bar. sequitur Inno. extra, de proc. c. quod quibusdam. aliquando constituitur procur. generalis, & tunc habet locum ista. l. Sed istud non inducit ista. l. quia idem esset in priuato, vt l. j. §. si autem. j. de exer. & l. fi. Idẽ si non induceret aliquam specialitatem. Sed qua actione † tenetur iste administrator? Ad hoc respõdet Bar. ꝙ sicut ille qui vendit pignus, habet probare duo. s. iure creditoris, item ꝙ potior est in iure, vt l. i. C. cred. euic. pig. nõ deb. Ita iste debet probare duo, vnde dicit, ꝙ aliquando quidam accepit ab aliquo, vt administrat. etiam si ista pecunia sit conuersa in vtilitatem ciuitatis, si nõ erãt administratores, tenetur de dolo. Sed istud non est verum secundum aliquos modernos. Et primo, quia sufficit eis, ꝙ consequatur rem sine actione de dolo. Sed hic dico aliter, quia actio de dolo non datur nisi intersit, saltem vsq; ad duos annos, vt l. j. vsque 5. de dolo Quod non intersit patet quid ad me si ipse non allegauerit se adminis. vel non. Sed dictum Bar. potest esse verum. quando alleget se coram iudice, tunc habet locum dictum Bar. in l. si autem. §. item si fundum. s. de nego. gest. Aliquando ille qui dixit se admi. ist. probat, sed non probat se conuertisse in causam ciuitatis, & tunc tenetur condict. ob cau. l. si procuratori falso. Aliquando ille, qui accepit mutuam pecuniam, non probat se administrasse, nec conuertisse in vtilitatem ipsius ciuitatis, & tunc similiter tenetur condictio. ob cau vt d. l. si procuratori falso. nõ autem de dolo, quia non concurrit cum alia, vt l. j. §. fi. cum l. seq. s. de dolo. & l. de dolo s. eo. In ea. glo. † circa fi. Batt quærit, nunquid ipsa ciuitas, quæ potest condere legem, possit dare potestatem sindico, ꝙ non solum obliget res ciuitatis, sed etiam singulorum ciuium? Ponit istam q. in l. 4 §. actor. infra de re iudi. & decidit quòd sic, & maxime per l. cessat. de publi. & C. de dona. inter vi. & vxo. l. penul. quia ciuitas potest facere legem super cõtractu, ita in casu isto Bal. & Ange. transeunt. Idem Bal. impugnat Bar. in l. j. ne fi. pro pa. Dicit, ꝙ non est verum, quia illud quod dicitur in l. pe. de dona. inter vi. & vxo. habet locum quã do fit eo animo, vt ex eo contractu lex oriatur, secus autem si non eo animo, igitur. Probatur & alio modo, quia procurator, qui vult facere statutum, non debet particulare per sententiam facere, sed debet facere generaliter per viam statuti, vt l. j. §. j. de feri. Et ratio, quia non tulit sententiam, vt faceret statutum, sed vt ferret sententiam. Ita in casu isto, nisi specialiter factum sit statutum, ante istum contractum mutui, ꝙ posset obligare res ciuium singulorum. Præterea dicit dominus Bar. de † Sali. quia ea est potestas patris in filio, quę est ciuitatis in ciue, vt per Bal. in l. cunctos populos. Sed pater non potest obligare filium, nisi ex necessitate, vt l. ij. de pat. qui fili. di. Ita nec ciuitas res ciuium singul. Vnde conclude, ꝙ aliquando ciuitas dat speciale mandatum ad obligandum specialiter rem aliquam ciuium specialium, & tunc non potest, per l. rem alienam. infra de pigno. etiam si volunt, ꝙ iste contractus sit lex, Item quia dicitur lex, quàm facit communitas de omnibus, non autem debet fieri de particularibus rebus. c. hæc autem lex. Præterea posito quod sit lex, obstabit exceptio doli. Item potest appellari, vt l. j. in fi. de leg. & ita declarat. l. fi. de app. & per Bar. in l. quisquis, a quibus app. & in l. ij. de origi. iur. Aliquando ciuitas dat generaliter mandatum, ꝙ possit obligare. Et ꝙ tunc possit, probatur, quia qui potest maius, potest & minus, videlicet, quia si potest auferre bona, potest & obligare, ita tenet Bar. in l. Antiochensium. cum si. de priuil. credi. Nec ob. illud, quod dicitur, quia illud factum est sine consensu, quia imo factum censetur cum consensu, vt patet, quia consilium repræsentat totam ciuitatem, vt C. quæ sit lon. consue. l. j. igitur, ita defendo Barto. Vltimo † nunquid ista. l habet locum in alio contractu? In hoc fuerunt opi. glo. in l. j. C. de ven. re. ciui. lib. xj. tenet ꝙ sic. Inno. in d. c. grauis. tenet contrarium, ita sequitur eum. Bal. in auth. hoc ius porrectum. Bar. ita tenet in d. l. j. de ven. re. ciui. & allegat illam glo.

ADDITIO.

[a] ¶ Vbi priuatus. Adde tu, an & quãdo dominus ex mutuo recepto per procuratorem teneatur, & uide Bal. in auth. hoc ius porrectum. C. de sacros. eccle. col. fi.

LEX XXVIII.

Creditor. Ad pecuniam pro qua non sufficit pignus datum, superest integra personalis actio. h. d. In glo. ij. Adde ultra concor. l. j. C. de pigno.

SVMMARIVM.

1. *Institor, & procurator differunt.*
2. *Arguere de mandato speciali, ad generale. quod licet.*
3. *Dictio quasi, est expressiua veritatis, & aliquando denotat similitudinem.*

LEX XXIX.

SI institorem Ex mutuo contractu per institorem in causam, in qua præpositus est, dominus certi condictione conuenitur. h. d. Et præ- 1 mitte † pro euidentia, ꝙ differentia est inter institorem & procuratorem. Quia ille est institor, qui materialiter præponitur vni mercantiæ. Procurator autem, qui præponitur specialiter 2 alicui negotio. No. secũdum vnum intellectum, † bonum esse ar. de mandato speciali. s. procuratoris, ad mandatum procura- 3 toris generalis. No. secundo † hic de dictione, quasi, quæ est veritatis expressiua. Concor. s. eo. l. si eum seruum. j. de condi. ob cau. l. 3. in prin. & j. solu. matri. l. si ante nuptias. Aliquãdo hęc dictio, quasi, denotat similitudinem, & ita ponitur in l. si diuortio. §. si fundum, & l. posthumorum, & ita ponitur in l. obligationum fere. j. de actio. & obliga.

SVMMARIVM.

1. *Confessio facta coram testibus, an pariat actionem & obligationem.*
2. *Pecuniam, si quis accepit mutuo in annum sub usuris, an intra annum restituere possit.*
3. *Mutuare qui promisit, quando cogatur ad mutuandum.*
4. *Dispositio huius. l. ꝙ non semper habeat locum.*

LEX XXX.

QVi pecuniam. Qui spe futuræ numerationis se recepisse confitetur, potest non obligari, non accipiendo hoc dicit. In gl. super verbo, non obstringat circa prin. in hoc Richar. Doc. & maxime Guil. de Cu. dicunt, videlicet, 1 quòd hic non erat elapsum biennium Ex quo eo. † quòd confessio facta coram testibus post biennium non parit actionẽ, siue obligationem. concor. l. si non singuli. C. eo. & l. in contractibus. C. de actio. & oblig Bal. sequitur hoc hic, sed Barto. sequitur contrarium in l. si ex cautione. C. de non nume. pecu. & allegat in authen. rogati. C. de testibus. Sed certe illa gl. non facit. vnde dico, ꝙ opi. Guil. est verior primo per tex. Inst. de obli. in §. si in verbo. literis. & probatur Insti. de lite. oblig. Probatur præterea. Insti. de obli. ex consensu. in prin. & l. ex consensu. j. de acti. & oblig. Vbi opus est omnino literis, ergo literæ sunt de substantia, igitur. Nec ob. illa gl. quam Bar. allegat, quia loquitur de confessione alia, quã de illa, de qua hic intelligitur. l. loquitur de confessione de recepto, quod obligat. Et ratio diuersitatis est per l. Arrianus. de actio. & obliga. & c. fauorabilio res. extra, de reg. iu. Vnde tu tene cum glo. & Guil. de Cu. quic- 2 quid dixerit Bar. in d. l. si ex cautione. In ea. glo. ibi, † sed quid si in annum. Quidam tenuerunt contrarium, quos hic Barto. refert in duobus casibus. Primo si vellet soluere interesse per l. si pecuniam. infra de condi. ob cau. item si creditor inuenit alium æque debitum, cui mutuet. Sed Iaco. Butrig. reprobat opi. istam ex d. l. si pecuniam. quia loquitur in contractibus innominatis, in quibus est locus pœnitentiæ reintegra. Bar. autem concor. hic istas opi. Quia aut istę vsuræ per stipulationem sunt promissæ, & tunc locus sit dictæ glo. per l. quamuis. C. de vsur. Aliquando sunt promissæ per pactum, & tunc habet locum dictum illorum, per d. l. si pecuniã. Sed certe dici

te dici potest aliter, quia nemo cogitur alium acceptare debitorem, etiam si fiat melioris cõditionis, vt l. si mandato meo. §. j. ff. man. Quare vltra alios hic potes dicere, quod aut ille annus est adiectus fauore debitoris, & tunc potest soluere, vt l. labolenus. alias incipit. l. eũ qui. ff. de ann. leg. & l. qui Romæ. in prin. Aliquando fuit adiectus fauore creditoris, & tunc nõ cogitur creditor recipere, vt hic. Sed quid† si promisi tibi mutuare pecuniam, an possis me cogere ad mutuandum? & dic quod nõ, quia nullus contractus debet claudicare, vt l. si de meis. ff. de arbit. Sed cõtrarium est verius, ut est casus in l. si voluntate. C. de do. promis. quod tamen limitandum est, nisi ille talis, qui vellet agere incontinenti teneretur restituere, tunc dolo facit, vt l. dolo. de do li except. Sed vbi non tenetur incontinenti, tunc habet locum d. l. si voluntate, & quæ sit ratio diuersitatis cogita. An autem †semper habeat locum ista. l. & dic quod non, quia nisi creditoris interest, quia tunc cogitur, ita dicit Bar. in l. si fideiussor. in iij. q. ff. de fideiuss. & per Bal. in l. si voluntate. de do. promis.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, omni casu, quid importet remissiue.*

LEX XXXI.

Cum fundus. In actionibus stricti iuris veniunt fructus, & accessiones a tempore litis contestatę hoc dicit. No. hic† declarationem illorum verborum, quæ communiter apponuntur in libellis. s. quam peto mihi restitui, cum fructibus, & omni casu, quid verbum, omni casu, importet? simile verbum habetis de rei ven. l. Iulianus scribit, si haberem, & l. præterea.

SVMMARIVM.

1 *Res empta ex pecunia veri domini, & bonæ fidei possessori tradita, sibi acquiritur, non autem domino suo, neque seruo secus si seruo tradita esset.*
2 *Actio orta ex contractu serui bona fide possessi celebrato cum re peculiari, ipsi domino acquiritur, non autem bonæ fidei possessori.*
3 *Condictio indebiti, de qua hic, quando competat.*
4 *Venditor non tradens alij, cui debet, quod non teneatur, si cedit actionem, & nume. 11.*
5 *Limitatio ad legem possessio §. si possessio. infra de acquiren possessione.*
6 *Agere contra me, quando possis si ex pecunia tua locupletior factus sum.*
7 *Condictio indebiti quando competat etiam inter non contrahentes & domino contra bonæ fidei possessorem.*
Et nemo rem suam conducit nisi a fure.
8 *Res vendita, quod non efficiatur emptoris, nisi & pecunia fiat venditoris.*
9 *Compensatio de pecunia ad pecuniam, quando admittatur. Et quid in depositario.*
10 *Compensatio vim solutionis habet, & his regulis regulatur quibus solutio.*
11 *Seruus fugitiuus licet amittat administrationem peculij, tamen dominum obligat de peculio.*
13 *Venditor serui fugitiui, quando teneatur domino.*
14 *Monachus unius monasterij possessus per aliud monasterium, si acquirit, cui acquirat.*

§. Seruum tuum. Si dominus prohibet contractum serui sui ab alio bona fide possessi, rem ex illo contractu quæsitam mediante re peculiari, ipsi bonæ fidei possessori condicere potest, vel contra venditorem directe agere, vt res illa reddatur. Si autem contractũ reprobet, nummos peculiares uendicabit, si extant, licet teneatur de peculio, eis autem consumptis actio euanescit. h. d.
1 Nota, †quod res empta ex pecunia veri domini, & bonæ fidei possessori tradita, sibi acquiritur, non autem domino, neque seruo, secus tamen esset, si res ipsi seruo tradita fuisset, quoniã tunc vero domino acquireretur. ff. de acquiren. rerum do. l. seruus, & l. si seruus, & l. habet liber. in fi. No. secundo, quod† actio 2 orta ex contractu serui bona fide possessi celebrato cum re peculiari, ipsi domino acquiritur, non autem bonæ fidei posses-
3 sori. Tertio nota, †quòd condictio indebiti hic competens sine cessione, de æquitate. vt hic in princi. de rigore non competit, ita demum si sibi venditor cedat, vt hic in fi. §. No. quarto,
4 †quòd licet de iuris rigore non liberetur venditor non tradẽs alij, quam cui debeat, tamen de æquitate liberatur actionem
5 cedendo. Quinto no. †limitationem omnium iurium dicentium, quod si mihi actiones cedi debent, agere non possum, nisi prius mihi cedantur, vt l. si possessio. §. si possessio. de acquir. possess. cum simil. Quoniam illud, videlicet, nisi is contra quẽ veniunt cedendæ, compellatur cum mea iactura, quoniam de æquitate mihi actio competit, non facta cessione. Vltimo
6 no. † aliam limitationem ad iura dicentia, quod licet agere possis contra me, quoniam ex pecunia tua locupletior sum, ita demum si non possis habere regressum contra alium, & alias secus, Quoniam hoc verum, quando mihi contra alium potest esse plene consultum, secus si non plene, quia per cessionem actionis tantum, quia tunc & actionem contra te ha-
7 beo principaliter, vt hic est notabilis casus. † Et pro declaratione istorum vltimorum notabilium præmitte, quod condictio Indebiti non competat, nisi inter contrahentes. i. inter illum qui soluit indebitum, & illum, qui recepit, vt l. si in area. ff. de cond. ind. Sed hic est casus, quod si ego dñs vellem intentare condictionem indebiti contra istum venditorem, non possum. Fallit, nisi ille venditor locupletetur cum mea iactura, vt hic est casus sing. Est alia singularis, & præmitte illud, quod habetur in l. si eum seruum. ff. eo. vbi si vendidi seruum tuum, quem credebam esse mihi legatum, quod tu dñs non potes agere contra me ad precium, si tibi consultum est contra alium, hoc verum de rigore, secus de æquitate, nisi locupleteris cum aliena iactura mea. ita limitatur, quæ hñr in l. si eum seruum. & l. etsi me & Titium. ff. eo. In glo. super verbo, traditus est. & pro introitu dic, quod nemo potest rem suam condicere præterquam a fure, vt ff. de cond. fur. per totum. Sed hic videtur Iurisconsul. dicere contrarium, igitur huius timore est facta ista gl. In ea. gl. ex hac gl. no. quatuor solutiones, quæ sunt hic in gl. quas tene menti. In gl. super verbo, condicere. Petr. de Bellap. dicit, quod condictio indebiti non datur domino contra bonæ fidei possessorẽ, nisi prius fuerit cessa per illum venditorem domino, sed ista sol. Pe. non placet Bar. qui diuinat, quia hic iste tex. non declarat, sed simpliciter debet intelligi, vt ff. de publ. l. de precio. vnde tanquam diuinans non valet. Præterea non valet ista solutio alia ratione. s. quia intelligeremus in principio literæ, quod competeret sibi mediante cessione, sic finalis vers. esset superfluus, quod est absurdum, per §. quibus. in prima constit. C. nisi diceremus, quod ille ver. fi. declarat illam partem. l. & sic soluat opin. Pet. & sic non ob §. quibus. Sed Odof. vt refert Bart. hic ad istũ tex. dedit alium intellectum. s. quod si ipse seruus est emptus ex pecunia domini, competebat dicta condictio indebiti, intelligitur, quod fuerit traditus hic seruus emptus ex voluntate ipsius serui ementis ipsi bonę fidei possessori. Et sic talis bonæ fidei possessor videtur recipere istum seruum emptum ex nummis peculiaribus mandato ipsius domini. Hoc probatur in l. si tibi mandauero. §. fugitiuus meus. ff. man. Item intelligit de condictione generali, non autem de condictione indebiti, quæ concurrit cum actione mandati, vt ff. e. l. certi cõdictio. quæ potest concurrere cum omni actione. Vltimum antem responsum huius §. intelligatur, quod hic seruus fuit traditus absque mandato ipsius domini, & sic venditor non est liberatus, vt Insti. mã. §. porro. Istam sol. refert Sal. hic simpliciter, sed ista non est bona, quia diuinat ad istum tex. in princ. quia non apparet aliqd de mandato, vel voluntate ipsius serui ementis. Præterea licet ille venditor tradat illi bonę fidei possessori, de mandato illius serui ementis, non liberat, quia si seruus emptus ex pecunia mea fuerit traditus alteri, non liberatur venditor, si tradat alteri, nisi dominus ratum habeat, vt l. fugitiuus. ff. de sol. Quare conclude in opi. gl. & Bar. quod ex æquitate detur condictio indebiti domino ad repetendum seruum, vt hic. in prin. de rigore autem esset necessaria cessio. In gl. super verbo, ex negotio. & intra sic, quia videtur, quod nihil possit abesse bonę fidei possessori, quia talis seruus est emptus ex pecunia peculiari, non autem de pecunia ipsius bonę fidei possessoris, huius timore est facta gl. In ea. gl. in fi. quidam ad saluandum gl. dicunt, quod adeo iste seruus erat ita paruus, quod nullas operas poterat præstare, vt l. si. de ope. ser. merito ergo repetet alimenta. vel etiam dic, quod præsupponendo, quod fuerit magnus, quod illud quod dicitur, quod non sunt recipienda alimenta, intellige si parua, secus autem si magna. quia tunc posset repetere, vt l. omnino. & l. pen. ff. de impen. in re. dota. fac. His non obstantibus saluationibus, quidam dicunt, quod ista suppletio gl. non est vera, quia intelligi debet de negotio gesto per ipsum bonæ fidei possessorem. Sed isti non bene dicunt, quia tex. dicit, quod emit ex peculio, quod ad ipsum verum dominum spectabat. Bar. autem aliter intelligit illum tex. scilicet quod sit intelligendus de negotio contracto per seruum ementem, nõ autem de seruo, & sic optime saluat gl. vel dic aliter, quod ex negotio gesto per seruum ementem abfit, intellige quia ego bonę fidei possessor solum habebam serui empti operas, vel vecturas, & sic abest inde ex negotio gesto per istum seruum ementem. In glo. super verbo, acturum. ibi, si vero tradat. Quędam glo. enim volunt, quòd sit condictio indebiti, aliqui volunt, quòd sit certi condictio, vt supra eadem l. certi condictio, ista videtur verior. Et istud probatur per l. qui exceptionem. §. si pars. infra, de cõd inde. & l. quod si nulla. infra de legat. primo. Sed istud declaratur in dicto §. si pars. In glos. super verbo, verum est. Ista solu. est bona, & tenetur, per omnes. In glo. super verbo, emptori. & intra sic, quod imo nulla actione, quia condictio detur domino, nisi contra dominum, vt l. si. supra vsufruct. quemad. caue. & Insti. de act.
8 §. sic itaque. Et ex hac glo. † no. vnum, quòd licet res vendita sit tradita emptori, nihilominus si pecunia non est effecta ipsius venditoris, non efficitur emptoris per traditionem. l. ex empto. §. venditor. infra de action. emp. Et no. limitationem ad §. venditæ. Institu. de rerum diui. scilicet quòd res vendita

ta non efficitur emptoris, nisi pecunia efficiatur venditoris q̄. uis res tradita sit, etiam si habita sit fides de precio, quod tene menti. In gl. super verbo, vendita re. & ista gl. est in 3. R. Et no.
9 limitationem† ad l. fi. de compens. videlicet quia illud, quod dicitur, ꝙ compensatio pecuniæ ad pecuniam admittatur, est verum, nisi vna pecunia petatur, vt species, & alia vt qualitas, quia tunc non admittitur compensatio, ita tenet hic glo. ſm lo. Sed But. tenuit contrarium. Sed quæ sit verior' hic fuerunt variæ opiniones, & illi qui tenent opi. lo. allegant. l. si creditor. §. i. in princ. ꝫ. de pecu. Alij tenent opi. Lot. & probant hoc isto modo, quia compensatio de quantitate ad quantitatē admittitur, vt d. l. fi. Sed clarum est, ꝙ q̄uis quærat pecuniam, vt speciem, tamen necesse habet in iudicium deducere quanta pecunia fuerit, ad hoc, vt condemnatio fieri possit. Sed si deducitur quanta pecunia fuerit in specie, ergo erit quātitas, igit &c. Bar. autem sequitur opi. Lot. & dicit, ꝙ casus est in l. fi. ꝫ. commo. & l. fi. in fi. C. de transac. & dicit, quia quando depositum est in specie, ꝙ fieri potest, vt in l. j. §. si pecunia. ꝫ. deposi. Sed clarum est, ꝙ depositarius non potest opponere compensationem de pecunia in quantitate, ad pecuniam etiam ad quantitatem, vt d. l. fi. de compensat. vnde si est speciale in deposito, ꝙ compensatio non admittatur, in cōtrarium est ius commune, & maxime per gl. in l. fi. ꝫ. commo. Iac. But. & Sal. tenēt opi. lo. per l. si conuenerit. la. ij. ꝫ. de pigno. act. Ita est regula ibi, ꝙ compensatio speciei ad quantitatem nō admittatur, ergo ab hac regula non debemus recedere sine iusta causa. Præterea quando quantitas, vt species debetur, tunc talis quantitas habetur, vt certum corpus, vt l. si creditor ꝫ. de leg. ij. & l. plane. §. j. ꝫ. de leg. j. Sed clarum est, ꝙ vnum corpus nō potest solui pro
10 alio, igitur &c. Vel aliter† potest dici, quia compensatio habet vim solutionis, & iis modis regulatur, quibus solutio, vt l. si deducta. §. si non vis. ꝫ. ad leg. Falcid. & l. si debitor. ꝫ. qui potio. in pig. ha. Sed clarum est, ꝙ sicut non admittitur solutio alterius pecuniæ, ita nec compensatio. Et responde ad leges allegatas per Bar. hic. primo ad l. fi. C. de compensa. ꝙ ibi deposita erat ad numerum, ꝙ fieri potest, vt l. Lucius, & l. die sponsaliorū. ꝫ. depo. Vel aliter dic ſm do. Bar. ꝙ ibi perierat culpa ipsius depositarij, aut culpa est peritura, & non potest admitti compēsatio, & hoc vt culpa sua puniatur, sed iste intellectus diuinat. Sed tamen ad concordiam dic, ꝙ aliquando ipsa pecunia debita in specie, petitur vt vnum corpus, & tunc non admittitur compensatio, vt l. sed si certo. de lega. i. & probatur, quia si nō alia pecunia admittitur in solutione vera, igitur nec in ficta, quæ est compensatio, per d. l. si debitor. ꝫ. qui potio. In pig. ha. & d. l. si conuenerit. ꝫ. de pigno. act. Aliquando ipsa pecunia petitur vt numerata, & tunc aut loquimur in actione depositi, & non admittitur compensatio, vt l. fi. de compensa. iuncta. l. quod vero. ꝫ. de leg. Secus aūt in aliis contractibus, quia tunc admittitur compensatio. Sed restat respondere ad istum tex. dic ſm Pet. & post eum Bar. ꝙ compensatio debiti liquidi ad debitum liquidum admittitur, compensatio liquidi ad non liquidum non admittitur, vt hic, in isto tex. & facit l. fi. C. de cō-
11 pensa. In ea. gl. ibi, item no. No. ex hac† gl. ꝙ quando venditor tradit alicui rem venditam in specie, cui credit se tradere debere, liberatur tradendo aut cedendo actionem, vt hic. Sed qd in genere' dico ꝙ non liberatur, vt est gl. sing. in l. si quis vxori. §. apud Labeonem. ꝫ. de fur. In glo. super verbo, actio de peculio euanescit. dic, vt ibi. In ea. gl. ibi, Sed H ig. contra Ista est verior & communiter tenetur In eadem glo. ibi. l. libera. No ex
12 fine† istius gl. quod licet seruus amittat liberam peculij administrationem per fugam, vt d. l. libera. tamē potest dominum
13 obligare de peculio, quod no. In glo. super verbo, teneri. † dic, ꝙ fallit quando ignorabat, vt l. manifestissimi. §. i. C. de furt. quia tunc habet adhuc actionem aduersus venditorem, ita declara istam glo. per dictam. l. manifestissimi. §. j. & §. fin autem. C. de
14 furtis. Vltimo Bar. ponit† hic vnam quæstionem, quam ipse non decidit. Sed ego breuiter dicam, ꝙ mihi de iure videtur, quamuis hic Docto. & alibi in hac quęstione fuerunt varij. Et quęstio talis est, pone, quod quidam monachus possessus per aliud monasterium acquisiuerit multum ex pecunia spectante ad primum monasterium, cui acquiritur' certe acquiritur primo monasterio, per textum, quia omnia iura loquentia de seruo habent locum in monacho. Sed quid si non apparet ex qua pecunia acquisiuerit, de cuius bonis præsumitur acquisiuisse? Bart. hic dixit cogita. Quidam moderni dicunt, ꝙ quæritur primo monasterio, & facit, quia primum monasterium dicitur fundatum in totum, quia quicquid seruus acqrit ex re ipsius bonæ fidei possessoris acquiritur primo dño, vt l. liber homo. §. j. ꝫ. de acquir. re. do. Sic & monachus possessus per ſm monasterium, extra illas res illius secundi monasterij, acqrit primo monasterio, vt xij. q. j. sint manifestę. & c. j. xij. q. v. Ita decidunt quidam moderni. Sed certe istud non est verū, quicquid dixerint, quia qñ seruus est bona fide possessus illud ꝙ acquirit, semper præsumitur, acquirere ex re ipsius bonę fidei possessoris. igitur in casu proposito de monacho, quia præsumitur acquisiuisse de rebus secundi monasterij, & sic primū monasteriū necesse habebit probare talem pecuniam processisse ex re sua. Sed hoc fallit in duobus casibus, primo qñ monachus recessit, & emit rem aliquam, quia tunc præsumitur emisse ex rebus primi monasterij. itē fallit, si ſm monasteriū erat indigens, vt l. veremur. §. fi. ꝫ. de priuile. cre. Quia est præsumptio, ꝙ aut emit ex re primi, aut ex re sua, quia tūc acquirit primo monasterio, per d. l. liber homo. §. j. ꝫ. de acquiren. re. do.

SVMMARIVM.

1 *Res meas existentes penes aliquem sine iusta, vel nulla causa possum repetere.*
2 *Consensus etiam est necessarius in obligatione mutui, licet re contrahatur.*
3 *Nouatio hodie non inducitur interuentu noua personæ.*
4 *Bonæ fidei possessor, quod fructus industriales consumptos, licet faciat suos, tamen si reperitur locupletatus, tenetur restituere.*

LEX XXXII.

SI & me & Titium. Quando res meæ est apud alium, & non excusat causa, quare etiam remanere debeat, agitur certi con
1 dictione, vel condōne sine cā. h. d. No. illud generale, † ꝙ illud qđ meum est', si apud alium ex nulla vel ex iusta cā maneat,
2 repetere possum. Scdo no. † ꝙ licet mutui obligatio re ꝯhatur, nihilominus consensus est necessarius. ꝫ. eo. l. non oīs. in prin. In gl. j. Argue, quia mala Grammatica, igitur huius timore est facta ista glo. j. In glo. super verbo, prouenit. Istam sequitur hic Bar. Sed Iac. But. aliter intelligit. s. ꝙ debeo condicere obligationem, qua tibi sum obligatus, vt l. j. ꝫ. de condi. ob cau. Alij dicunt, ꝙ ista gl. habet intellectum videlicet, quia interuentu nouæ personæ, noua oritur obligatio, vt Insti. qui. mo. tol. obli. §. præterea. & l. ii. ꝫ. de nouat. Sed quid est? ista nouatio, siue delegatio est nulla, quia stipulatus est erroneè. Et si opponitur, ꝙ delegauit, tunc creditor pōt replicare, ille stipulator errauit, &
3 sic potes intelligere ſm Iac. Bu. Ex qua no. † ꝙ licet olim fieret nouatio per interuentum nouæ personæ, hodie nō inducitur, vt l. fi. C. de noua. quam noto ꝯ opi. Bar. in l. singularia. ꝫ. eo. Vl-
4 timo Inno. facit festum† de isto tex. ſm eum singu. in c. in literis. extra. de restitu. spo. s. ꝙ licet bonæ fidei possessor fructus industriales consumptos faciat suos, tñ si quis reperitur locupletior ipsis consumptis, tenetur ex æquitate huius l. Sed nunqd istud sit verum, ꝙ dicit Inno. non examino. sed glo. iuris ciuilis tenent contrarium, vna est in l. ex diuerso. ꝫ. de rei ven. Alia est in §. fi. Insti. de offi. iudi. Sed Ang. hic sequitur opi. Inn. de hoc plene per Bal. C. de vsu. & fruc. lega. l. j.

SVMMARIVM.

1 *Officialibus perpetuis multa conceduntur, quæ non conceduntur temporalibus, & pecuniam habere possunt.*
2 *Officialis quando contrahere possit in loco, vbi gerit officium.*
3 *Officialium unus quando possit contrahere cum authoritate alterius. Et quid quando res est fisci. nu. 4.*
5 *Potestas potest facere præconium, ꝙ qui acceperit bannitum inferentem damnum ciuitati, habeat præmium, & pro tali casu potest accipere pecuniam mutuo.*
6 *Potestas potest recipere pecuniam mutuo pro refectione palatij.*
7 *Potestas ad exigendum debitum ciuitatis dicitur constitutus procura. si ciuitas alium non constituerit.*
8 *Officialis non potest contrahere mutuum cum ipsa ciuitate.*
9 *Potestas qui exegit pecunias ciuitatis, si eas non consignet thesaurario, & in suos vsus conuertat, punitur.*
10 *Statutum puniens extrahentem granum, non comprehendit extrahentem ex necessitate.*
11 *Donatio facta officiali existenti in sindicatu non valet.*
12 *Officialis positus ad beneplacitum, censetur perpetuus, & sic contrahere poterit.*

LEX XXXIII. & XXXIIII.

PRincipalibus. Officiales cōtrahere nō possunt mutuando, nisi perpetui, vel propter necessitatem. hoc dicit cum seq. secūdum communem intellectum. No. quod
1 † multa conceduntur officiali perpetuo, quæ non temporali. Nota in l. præsidis, quod perpetuus officialis pecuniam habere potest, & ex ea lucrari. quod Guil. hic ponderat specialiter ad q. de qua infra. In glo. ii. † ibi, a non subditis, & ratio diuersitatis est, quia præsumitur, quod posset inferre impressionem in subdito, sed non subditis non est sic. Ex istis glo. Guil. & sequentes faciunt vnam distinctionem, scilicet an officialis, qui habet aliquod officium in aliqua ciuitate, possit contrahere, scilicet aut ipse, qui est officialis, quia oriundus de illa ciuitate, vbi habet officium, tunc potest cōtrahere. Hoc

Hoc probatur in l.præsidis j.eo.ƒm vnum intellectum. Quare infert, ꝙ priores possunt semper contrahere, quia sunt oriũdi de illa ciuitate, in qua exercent officium prioratus, sed videtur, ꝙ hoc non potest procedere, quia nemo oriundus possit habere officium in sua ciuitate, vt l. si in eadem. ꝟ. de assesso. & l.is qui.& l. si cui.ex quibus cau.maio. Sed dic, ꝙ potest habere ex beneficio principis, vel etiam potest, si statutum est in ciuitate, vt est hic in prioribus & similibus. Barto. concludit, ꝙ potest. Bal. tenet contrarium in l.quisquis.C.eo. non facta mẽtione de Bar. allegat. l.qui officij.de contrahen. emptio. & loqtur generaliter, ergo est intelligenda generaliter, vt l. de precio.de publi. Pro Bal. faciunt duæ rationes, vna est, quæ potest colligi ex l.si per impressionem.C. ꝙ me. cau. vbi dicitur, venditio facta per metum, vel impressionem metus non valet,& punitur secũdm illum, & loquitur in quolibet officiali generaliter. Et hæc ratio pariter vendicat sibi locum ita in oriundo, sicut in alio. Vnde si est eadem ratio, ergo idem ius, vt l.illud.ad leg. Aquil.& l.a Titio.j.de verbo.obliga. Item ne ex negligentia sua inferret præiudicium reipublicæ, vt l. milites agrum.j. de mili.testa. Sed istud ita habet locũ in oriundo, sicut in alio. Igitur sicut prohibetur forensis, ita & oriundus. Vnde dic, ꝙ si ille oriundus habet officium sine venditione, & tunc cessat illud, quod hic dicitur, quia cessant rationes, ergo cessat ius, vt l. quod dictum. §.tibi. ꝟ.de pac. Aliquando sunt officiales oriundi, qui habẽt officium cum iurisdictione, & tunc sit vera opi. Bal. per illas duas rationes, & sic contra Bar. Sed hoc nõ est verum de consuetudine. Aut ipse officialis non est oriundus de illa ciuitate, in qua habet officium, & tũc si est perpetuus, potest contrahere, vt hic, in l.præsidis. Aut non est perpetuus, sed temporalis, vt hic, si contrahit cum non subditis, & tunc si cõtrahit in mutuo, & non potest, vt l.eos.C.e. etiam si daret mutuum ipse, vt l.quisquis. C. eod. Aliquando capit ex necessitate, & tunc potest, vt l.j. de offic.iudicis, per rationem l. alienationes. ꝟ.familiæ ercifcun. etiam si capiat a subditis, & per rationem l.diuus. de petitio.hæredita. Aut loquimur in aliis cõtractibus q̃ mutui, & tunc regula est, quod non potest, vt d.l. qui officij.& l.non licet.eodem titu.ita dicit Barto.hic. Sed in quantum dicit Bartolus, quod non potest contrahere per di-
3 ctam legem, qui officij.j.de contrahen.emptione. Sed† quid si sint duo officiales, qui regunt rempublicam, vnus vult emere rem cum authoritate alterius officialis, quæ debet vendi. In hoc fuerunt variæ opiniones, tu dic, quod non possunt, nisi in vno casu, vt d.l.qui officij.vbi dicitur, ꝙ potest si res patris cõfiscatæ vendantur, quia tunc potest contrahere etiam durante
4 officio. Sed quæstio est, †nunquid si est fisci, quæ debet vendi, possit emi ab vno ex istis officialibus cum alterius authoritate. de hoc sunt duæ glo. contrariæ, vna est in l.si in emptione. §.fi.j.de contrahen.empti. arguendo de tutore ad officialem. alia est contraria in l. j. C. de contra. iudi. & illam sequitur Bal.in l.quisqs. C. eo. & illam, quæ est, videlicet in l.si in emptione.in §.fi.infra de contrahen.emptio. sequitur hic Ange. Sed verior est illa, quæ est in l.j. Et ratio, quia certum est, quod res ecclesiæ vendi non potest, nisi cum authoritate episcopi, vel prælati, & etiam requiritur authoritas capituli, vnde si ipse prælatus vellet emere cum authoritate capituli, nõ potest, quia prælatus non potest emere rem ecclesiæ cum authoritate capituli, vt in clemen.j.de re.eccle.non alie. Ita in proposito vnus officialis, qui vult emere, non potest cum authoritate alterius. Præterea & alia ratione, quia si sunt œconomi, & unus vult emere ab alio, non potest, vt in Auth.quibuscunque modis.C.de sacrosanc.eccle.in Auth.de alie.& emphi. §. œconomi. Nec ob.illud, quod dicitur de tutoribus, quia tutores habent authoritatem dimiduam, sed œconomi habent indiuiduam, & ita concluditur cum glo. quæ est in d. l.j. de contra. iudi. In glo.super verbo, exerceant. Guil. repræhendit hic istã glo.dic ergo, quia sunt aliqui officiales, qui non sunt deputati ad iustitiam administrandam, & tunc non possunt administrare iustitiam, & alia facere. Alij sunt officiales generales, q possunt administrare iustitiam, & alia facere, & tunc tali casu possunt, facit quod no.glo.in l.item magistri. supra de pac. ita
5 concludit hic Guil. & Barto. Sed limitatur hoc, † nisi reciperent pecuniam mutuo in vtilitatem ipsius ciuitatis in casu, in quo versatur officium suum, vt dicit Guil.in l.j.supra.de iusti. & iu. vbi dicit, quòd potestas potest facere præconium, quod quicunque ceperit vnum bannitum, qui dabat maximum damnum ciuitati, habeat centum, ꝙ tunc tale præconium est validum, & capiens habebit præmium, & sic si acceperit pecu-
6 niam pro mutuo in tali casu, quod potest, Item illud †verum, nisi acceperit pecuniam mutuo ad refectionem ipsorum palatiorum per id, quod no. Barto. in l. diuus. de bo.dam.etiam sine mandato superioris, & idem.l. illud, de cano. larg.lib.x.
7 Sed † quid si res publica debet exigere vnum magnum debitum, & non fuerit constitutus procura. an potestas intelligatur constitutus? & certe sic, vt l.nulli.supra ꝙ cuiusque vniuer-
8 no.vbi glo. Sed † nunquid ipse officialis posset contrahere mutuum cum ciu tate.& certe non, vt l.j. & ii.C. de pu.ra.& in l.
9 minime,& l.j.C.de his qui ex pu.colla. Sed quid† si ipse officialis exegerat multas pecunias,& debet restituere Thesaurario? IsteThesaurarius est mortuus anteꝗ potestas soluerit, an si cõuertat in suos vsus, incidat in pœnam. l.j.& ij.C. de pub. ra.li.x. & in l.j.C.de suscep.& arca.& certe sic.C.de cano. lar.lib.x.Itẽ
10 no.Bar.istum tex. Vltimo Guil.inducit hunc† ad q.quid si statutum sit, ꝙ nullus possit extrahere granum, nunquid si vnus extrahat ex necessitate, incidat in pœnam? Guil. dicit ꝙ non,& ratio, quia lex non intelligitur prohibere necessario faciẽtem,
11 per d.l.alienationes,& l.diuus. Vlterius †quid si officialis est in sindicatu, an donatio sibi facta valeat? Nam durante officio certum est ꝙ non valet, l.j. C. de contra. iudi. & videbatur ꝙ sic, quia lex loquitur dum est in officio. Sed contrarium est secundum Bal.in l.non solet.§.si vero. ꝟ.de offi. procõ. & allegat tex.in l.j.§.bestias.versi. illo. de postulan. vbi est bonus tex. ad
12 hoc. Sed quid † in officiali dubio, id est in eo, qui est ad beneplacitum officialis, an sit perpetuus, vel sit tẽporalis, & sic an possit contrahere. Cy.ponit in l.quisquis.C.eo. vnde dic, ꝙ in dubio præsumitur perpetuus, vt l.iurisperitos. de excusa. tuto & Cano.habent in c.& si principalis, de rescriptis.& uide Bar.in l.de pupillo,§.si ipsi prætori.j.de noui oper. nunci. & ibi plene dixi post eum.

SVMMARIVM.

1 *Allegans negligentiam administrationis, illam probare debet.*
2 *Administrator ciuitatis, vel alius officialis, qui habet pecuniam penes se, an præsumatur sua, remißiue.*

LEX XXXV.

PEriculum. Periculum moræ ad eum pertinet, qui in exigendo negligens
1 est. hoc dicit. Nota †ex uerbo probari. Quod qui negligentiam administrationis allegat, probare tenetur. Et ad-
2 de, † ad l. præsidis, vnam q.quam omisi. Quid autem si iste administrator ciuitatis, vel officialis habeat pecuniam penes se, an præsumatur per ipsum quæsita? Guil. hic dicit, ꝙ præsumitur suam esse per istum tex. Sed contraria glo est in l.facultas, de iure fisci.lib.x. vide autem, an ista gl. sit uera. Bal. tangit hic,& Bar.in d.l.facultas,& vide in auth. larg. de episcopis & clericis,& per Bal. in l. cum oportet, de bo. quæ li.& in l.j. C. de hære.vel actio.ven.& ibi ponit,& in l.si defunctus, & in c.j. §.j.de conten.inter dominum & fidelem de inuesti. feu.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum a contrario sensu in conditione apposita in contractibus sumitur.*
2 *Obligatio pura, quæ speratur nouari in euentum conditionis, dicitur conditionalis, & quæ dicatur pura.*
3 *Agens ante tempus, dicitur male agere.*
4 *Conditio tacita, quæ sumitur a contrario sensu ex expressa, non impedit natiuitatem actionis, licet expressa sic.*
5 *Debitor conditione pendente an poßit exigi.*
6 *Pendentia conditionis stipulationis, ꝙ sit maioris fortitudinis, quam legati.*
7 *Agens ante diem, vel conditionem qua pæna puniatur.*
8 *Debitori in diem ex legis dispositione conuento ante diem, an induciæ duplicentur.*
9 *Induciæ duplicantur a tempore petitionis.*
10 *Nouatio an inducatur hodie ex stipulatione conditionali in euentum conditionis.*

LEX XXXVI.

PEcuniam. Stipulatio cõditionalis puram obligationem præcedentem suspendit, & eandem nouat eueniente conditione.
1 hoc dicit. No. primo, †quod ex conditione apposita in contractibus, sumitur argumentum a contrario sensu. concor.infra de pac.dota.l inter socerum.§.cum inter. Secun
2 do no.†ꝙ obligatio pura, quæ speratur nouari in conditionis euentum, dicitur conditionalis improprie, quia propriedicitur pura, quæ resoluitur in euentum conditionis, vt plene no. in l.ii.infra de in diem addic. Ad hoc.j. de contrahen. emp.l.
3 hæc venditio.in princi. Vltimo no.†ꝙ quis ante tempus male agere dicitur, concor.ꝟ.qñ di. vsusfru.leg.ce.l.j.in prin. ꝟ.eo.In
4 gl.super verbo, contraria conditione. No.ꝙ licet† expressa cõditio impediat natiuitatem actionis tantum, tacita quæ sumitur a contrario sensu ab exp̃ssa, non impedit ipsius actionis na
5 tiuitatem. In gl.ibi, quæ est ꝯ. ista† gl.vult ꝙ pendentia conditionis legato adiectæ, non impediat legatarium conuenire hęredem, secus in pendentia conditionis adiectæ stipulationi,& ratio diuersitatis est hic in glo. Istud reprobat Guil. de Cu. & ratio, quia fauorabiliora sunt testamenta, quàm contractus vel stipulationes, vt l.in testamentis.j.de reg.iur. & l. si pars.de peti.hæredit.& c.cum dilectus.de verbo.signi.ergo si magis fauorabiliora, multo ergo fortius debet impedire agentem, vt authen.multo magis. C.de sacrosanc.eccle. Idem contra istã

 glo.

gl.& pro eo facit alia ratio, quia ita potest cautione petere fieri purus debitor, qui alteri mandato creditoris, cui pure promisit, conuenitur pendente conditione, sicut etiam potest petere legatarius, per tex. in l. in omnibus. §. de iud. vbi dicitur, quod ea quæ loquuntur in iudiciis bonæ fidei, habent locum in iudiciis stricti iur. vt no. per Bar. & ibi plene dixi in l. si finita. §. eleganter. j. de dam. infec. Pet. autem dat aliam solutionem ad istud contrarium, videlicet, quia siue conditio eueniat, siue nõ debitor est obligatus, & sic ibi loquitur in duabus personis, hic autem loquitur in tribus personis, & sic non potest agere primus creditor. Quia est incertum, an debitor soluat secundo creditori. Bar. autem hic reprehendit sol. Pet. Primo, quia tex. in d. l. pure. allegatus in gl. non patitur istam distinctionem, quia ibi est incertum, an debeatur hæredi, vt hic. igitur. Sed certe lo. Pet. potest saluari. s. quia illud quod dicitur, quod hæredi debetur, siue conditio extiterit, siue non, sed si conditio non extat debetur, sed repellitur ope exceptionis, vt l. j. §. si debitor. j. vt in poss. leg. & l. 4. §. nũc de effectu. de libe. lega. Imo plus, quod etiam pro Pet. facit. l. Iul. vt. §. fi. in fi. j. de condi. indebi. secundum unam lect. Iaco. But. quem Ray. sequitur & tenet opi. gl. alia tamen ratio-

6 ne, quia † non est nouum si pendẽtia stipulationis sit validior, quam pendentia legati. Et nil mirum si statuitur vnum in vna, & aliud in alia. Ratio, quia maioris fortitudinis est pendentia stipulationis, quam pendentia legati, quia stipulatio pendente conditione transmittitur ad hæredes, quod secus est in legato conditionali, vt l. vnica. §. si autem. de cadu. tol. Secunda ratio est, quando ego facio, quod tu promittis alteri sub conditione, patet quod verum, quod ista obligatio nouetur eueniente cõditione, ergo non potest agi pendente conditione. Patet, quia si posset agere, nouatio esset frustratoria, & non haberet effectum, sed sic non est in legato, sed ista ratio non est vera, quia idem est in casu. l. pure, quia quando creditor legat debitori debitum, videtur legare, vt ipsum liberet, vt l. j. C. de sal. cau. adiec. & j. de lib. leg. per totum. vnde si dominus posset petere istud debitũ pendente conditione, sequeretur quod euentus nihil operaretur, quod esse non debet, vnde conclude, quod opi gl. est verior. In ea. gl. super verbo, videor. ibi. l. non solum. §. fi. melius facit. l. non

7 solum. §. dare. eo. ti. In gl. † ibi, de excep. sed Guil. hic tenet opi. aliam. s. Mar. & aprat illam opi. Azo. quia contra ipsum est casus in l. bouem. §. si sub conditio. j. de ædil. edic. Et pro hoc facit. l. Græce. §. si sub conditione. j. de fideiuss. vnde Azo male dixit. Guil. facit duas rationes, quas hic Bar. ponit, & indiget suppletione, ideo non refero. Sed tenendo opi. Guil. respondere potest ad iura Azo. quia illa iura Azo. loquuntur de debitore in diem, non autem de debitore sub conditio. tamen pro opi. Azo. videtur casus in §. si quis agens. Institu. de actio. iuncto. §. plus autem. eod. ti. Sed certe per illum. §. sustentatur opi. Azo. maxime de iure nouissimo. Vnde concludo sic, aut loquimur de iure antiquissimo, & tunc habet locum opi. Azo. vt d. §. si quis agens. Si autem de iure antiquo secundum tempus Digest. & tunc non habet locum opi. Azo. per dicta iura. l. vinum §. si sub conditione. de ædili. edic. & d. l. Græce. §. si sub condit. Aut de iure nouissimo, & tunc nõ habet locum, imo punitur. Sed quæ sit ista pœna? Guil. de Cu. dicit, quod punitur tanquam temere agens. s. in sumptibus factis in iudicio, vt s. de iudi. l. eum quẽ temere Sed Bart. dicit, quod istud verum non est, quia duplicantur induciæ secundum opi. Martini, sed hodie est casus in c. fi. de plus peti. quia duplicantur induciæ, sed pro ista opi. est casus in d. §. si quis agens. in versi. plus autem. iuncto §. hoc quidem. eod. titu. iuncto. §. hodie Insti. de excep. vbi est casus, pro Mar. Vbi concluditur, quod creditor sub condit. agens ante conditionem, punitur in duplicatione induciarum, & in expensis condemnatur, tanquam temerarie litigans. Et sic ex coniunctione istarum opi. & Guliel. & Bar. & istorum iurium resultat clarus ca-

8 sus de iure ciuili & clara decisio. Sed † quid in debit. in diẽ concessum per legem, vtputa in tempore dato iudicatis a lege, nũ quid duplicantur induciæ? & in hac fuerunt opiniones. Bar. in l. ita stipulatus. la grande, in sua repetitione, in penul. char. de verbo. obli. ponit istam quæstionem, & dicit quod non duplicantur induciæ in tali casu per rationem, quia lex non prohibet istum agere, sed permittit eum agere sine effectu, quia ipse repellitur ope exceptionis, vt habetur in l. si cũ ita. §. si ita. de cõpensa. Sed ista ratio non concludit, quia quando quis est debitor in diem per dispositionem hominis orta est actio, sicut in casu isto. s. quando quis est debitor ex dispositione legali, vt l. j. quando dies vsusfru. leg. ce. & §. in diem. Insti. de verbo. oblig. & l. cedere diem. j. de verbo. signi. & tamen in primo casu incurrit penam, vt d. §. si quis agens. versi. tempore. quod esset, si ista ratio esset bona. Quare Inno. in c. pe. de plus peti. concludit, quod omnino induciæ duplicantur in omni casu. s. quando petitur ante euentum conditionis, siue sit conditio inducta per dispositionem hominis, siue per legis dispositionem, vt in casu proposito. Nullam. l. allegat. tu allega. l. intra dies. j. de re iudi. in prin. Sed opi. Bar. qui vult, quod tempus non duplicetur, quando est debitor in diem per legis dispositionem, est verior, quam opin. Inno. per casum Insti. de excep. §. hodie. Et probatur tribus rationibus. Et primo patet quod arg. a contrario sensu est validum in Iure, vt l j. §. huius rei. s. de offi. eius cui man. est iuris. Secundo, quia pœna non est amplianda, sed restringenda. Quia odia sunt restringenda, fauores, &c. vt l. quidam. de libe. & posthu. cum simili. Cum ergo talis induciarum duplicatio sit pœna, vt d. §. hodie. qa succedit in locũ priuationis actionis, ergo &c. Et sic d. §. solum habebit locum in casu suo, & non in isto. Itẽ per l. cum prætor. s. de iudi. & l. cum maritus. de procura. quando vnum cõceditur aliud prohibitum esse videtur. Sed patet, quod ille. §. hodie tantum ponit duos casus. s. si quis peteret ante tempus inductum per pactum, vel stipular. qui sunt pœnales, ergo non deberet extendi. Item ille tex. concedit in duobus casibus, ergo a contrario sensu prohibet alios, vt d. §. huius. Tertio illos casus dicit, ergo alios prohibet, vt d. l. cum prætor. s.

a de iudi. & d. l. cum maritus. Sed quo [a] tempore † debet duplica-

9 ri istud tempus? dic secundum Bar. hic. s. a tempore petitionis, ita dicit Bar. per tex. in l. aut damna. §. quisquis. j. de pœnis. Vltimo

10 aduerte † ad vnum, quod Bar. hic dicit. s. quod illud, quod hic dicitur de nouatione, non habet hodie locum. Sed istud nõ est verum per tex. in l. sufficit. de condi. inde. j. Et subdit, quia ibi nouatio olim inducebatur ipso iure, hodie ope exceptionis, vt vult in l. ij. j. de noua. & alia est in l. Valerianus. de præt. sti. alia est in l. fi. C. de noua. & Bar. hic sequitur istam glo. & Ang. Sed Bal. fuit in hoc varius. Bar. autem tenuit cõtrarium eius, quod tenet hic in l. certi condictio. §. si nummos. eo. ti.

ADDITIO.

a ¶ Sed quo tempore. Adde & uide Bal in l. j. de condi. ex l. & Bar. in l. iustas. C. de iure fis. lib. x. licet Io. And. in c. j. de plus peti. teneat contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Conditio proprie illa dicitur, quæ confertur in futurum.*
2 *Conditio collata in præsens, uel præteritum proprie non dicitur conditio.*
3 *Stipulatio sine causa, an ualeat, remissiue.*
4 *Stipulatio sine causa, cui adiecta est conditio ualet.*
Conditio habetur pro causa.

LEX xxxvij. xxxviij. xxxix.

Cum ad præsens. Conditio de præsenti, vel de præterito, nõ suspendit actum, sed illa, quæ est de futuro tantũ.

1 h. d. cum duabus sequen. No. † quod illa dicitur proprie conditio, quæ confertur in futurum. Secundo nota, quod

2 † conditio collata in tempus præteritum, vel præsens, proprie conditio non dicitur, concor. j. de verborum oblig. l. conditio in præteritum. & ad hoc allegat glo. in l. sic legatum. §. j. de lega. j. & istud facit ad materiam statutorum loquentium de cõditione. In gl. j. respiciendum. in princi. similem glo. habemus

3 in §. conditiones. de verborum obligatio. Institu. Iuxta † quod cadit dubium, an stipulatio sine causa valeat? In hoc fuerunt variæ opi. Mar. ponit in l. hoc iure. de dona. & Cy. & Bald. in

4 l. generaliter. de non nu. pecu. Vnde no. istum † tex. quod etiã stipulatio sine causa, cui est adiecta conditio ualida, vt l. a Titio. de verborum obliga. & huius est ratio, quia conditio habetur pro causa, vt l. pecuniam. s. eo. & j. de iureiuran. l. si quis cum debitore. Non sunt alia.

SVMMARIVM.

1 *Pactum nudum, quod fit interrogatione non præcedente, stipulatio vero, quæ fit interrogatione præcedente.*
2 *Pactum nudum licet non pariat actionem parit tamen exceptionem, & quando actionem, & quæ dicuntur pacta quæ informant, & quæ pariunt nouã actionem.*
3 *Pacta incontinenti apposita iuxta contractum stricti iuris, dicuntur etiam inesse.*
4 *Vsuræ propter moram in soluendo commissam, interpretandũ est, quod debeantur, nisi contrarium sit conuentum.*
5 *Solutio particulariter fienda per tempora, debet fieri in fine cuiuslibet termini.*
6 *Accessorium vsurarum, quod non potest peti antequam sors principalis.*
7 *Pactum super principali, quod licet non extendatur ad aliam rem, extenditur tamen ad accessoriam.*
8 *Morosus in soluendo non dicitur, qui potest se tueri exceptione legitima.*
9 *Locus semper debet poni in instrumento.*
10 *Legere in aliqua ciuitate, an potest, qui est ibi in officio.*
11 *Officia plura an quis emere possit, remissiue.*
12 *Latinitas mala emendatur.*
Instrumentum propter malam latinitatem non uitiatur, quando positum in tertia persona, debebat poni in prima, vel secunda.
13 *Appellatione illorum de domo, qui continentur, & an comprahendantur castaldi & factores.*
14 *Clausula, & promisit restituere, in mutuo, quod non sit necessaria secus in aliis.*

15 Soluen-

15 *Soluens reprobos nummos, non liberatur.*
16 *Dictio, rite, solennitatem significat, recte iustitiam.*
17 *Dictio tunc, & dictio nunc, denotant extremitatem temporis.*
Dictio nunc, posita in sententia ꝙ non vitiet sententiam.
18 *Verbum, conuenit, quando importet stipulationem, & quando pactum, & ibi quid de uerbo promisit.*
19 *Verbum placuit, quod importat pactum nudum.*
Verbum spopondit, remissiue.
20 *Vsura quando dicatur pœna.*
21 *Stipulatio incontinenti apposita, in qua continetur pœna non uestit pactum nudum principale.*
Pactum nudum etiam tertio loco adiectum, quando vestiatur stipulatione adiecta contractui.
22 *Pactum quando dicatur incontinenti appositum.*
Dictio incontinenti, qualiter accipiatur.
23 *Pactum appositum post contractum bonæ fidei, siue stricti iuris, semper nouã parit actionem, & ueterem informat, secus si quid diuersum, & tunc an informet saltem ipsam stipulationem.*
24 *Pactum quando vestiatur rei interuentu.*
25 *Pactum qualiter dicatur inesse stipulationi ad utilitatem ipsius debitoris.*
Index quando possit supplere in exceptione, etiam parte non opponente.
26 *Principali sublato tollitur vsura, tanquam accessorium.*

LEX XL.

Lecta est. Pacta incontinenti apposita iuxta stipulationem dicũtur inesse, adeo ꝙ veterem actionem informẽt, & nouam pariũt, & exceptio impedit, moram committi, & stipulationem vsurarum. h. d. Et diuide vt hic per Bart. Et præmitte, 1 †ꝙ pactum est id, qđ interrogatione non præcedente promittit aliquis, & dicitur pactum nudum. Item stipulatio est, quãdo interrogatio præcedit, & sequitur responsio. Item præmitte, 2 †ꝙ pactum nudum non parit actionem, sed exceptionem sic, vt l. in bonæ fidei. C. de pac. & l. iurisgentium. §. quinimo. & §. sed cum nulla. s̄. de pac. Item intellige, ꝙ pactum nudum, non parit actionem, intellige, quando stat de per se, secus autem si adhæret alicui contractui, quia tunc vestitur cohærentia contractus, & parit actionem. Item præmitte, ꝙ quædam sunt pacta, quæ dicuntur inesse contractui, ꝙ informẽt actionem veterem, & nouam pariant, vt promitto tibi decem, & ire pro te Romam. Et dicitur ĩformare, quia vltra decem, quæ promisi, adhuc sum obligatus ad eundum pro te Romam, & sic est in obligatione plus. Item parit, quia oritur actio præscriptis verbis, vt compellaris ire pro me Romam. Aliquando pactum nudum informat tantum, & non parit nouam actionẽ, & sic intellige istam. l. secundum verum intellectum. Aliquãdo pactum nudum tantum nouam parit, vtputa stipulor a te decem, ex hac stipulatione est orta certi condictio specialis secundum communem intellectum. s̄. in l. certi condictio. & Insti. de verborum obliga. in princ. Et postea apponitur pactum, ꝙ tu ibis pro me Romam, tunc solum parit, non autem informat veterem. Aliquando neque informat, neque parit nouã, & ista non est materia nostra, sed tangitur plenius in l. iurisgẽtium. §. quinimo, & §. sed cum nulla. s̄. de pact. vbi per Doct. 3 No. ꝙ pacta †incontinenti apposita iuxta cõtractum stricti iuris, dicuntur ei inesse, sicut & in contractibus bonæ fidei. s̄. de 4 pac. l. iurisgen. §. quinimo. No. secundo, semper †in dubio interpretandum esse, vbi ꝯrium non est conuentum, vsuras deberi ꝑ moram commissam in pecuniam non soluendo. No. ter5 tio† in versi. igitur finito &c. ꝙ qñ uenit solutio fienda particulariter per tempora, debet fieri in fine cuiuslibet determinati temporis, & hoc qñ terminus adiicitur causa solutionis differendæ, vt hic, secus si causa obligationis multiplicãdæ, aut augendæ Quoniam tunc de hoc dic, vt plene no. in l. j. C. quãdo dies leg. ce. & l. qui hoc anno. de verbo. oblig. vbi late per Bar. 6 Quarto no. †ex versi. ante. ꝙ accessorium vsurarum non po7 test peti, anteq̃ principalis sors. No. ergo ibi †ex ver. sed causa sortis, declaratum id ꝙ dicitur in l. si vnus. §. in summa. & §. ante omnia. s̄. de pac. l. ꝙ pactum super vna re non extenditur ad aliam, quia illud verum ad æque principalẽ, secus si sit accessoria, vt hic, sicut etiam dicimus, ꝙ pactum cum vna persona ad aliam accessoriam extenditur. s̄. de pac. l. ex hæredi. §. si. licet non ad æque principalem, vt l. si ita stipulatus. §. Chryso8 gonus. de verbo. oblig. Vltimo †no. non esse in mora soluendi eum, qui exceptione legitima põt se tueri. Concor. j. de verb. obli. l. si pupillus. j. de regu. iur. l. nulla mora. cum simili. Guil. 9 †aũt no. ex prin. huius l. No. ꝙ locus est semꝑ adiiciendus in instrõ, alias instrẽm non esset validũ. Hoc est verum, sed certe iste tex. non probat hoc in instrõ. Sed male dicit, quia hoc nõ probat, sed de hoc dic, vt per gl. in l. gñalt. de tabu. li. x. & in Auth. vt præponatur no. impera. in prin. & in l. optimam. C. de ꝯhẽ. & committẽ. stipu. & Spe. in ti. de instru. edit. in prin. & ibi Io. An. in additionibus. & ẽt per eum in data. vj. & per Bart. in l. de pupillo. §. qui nunciat. j. de oper. no. nunc. & per Bal. in l. cõtractus, de fi. instrumen. vbi plene. & hanc. q. tangit hic Barto.

10 In gl. i. †no. ꝙ ille, qui est in officio in aliqua ciuitate, potest ibidem legere, ita colligit hic Guil. Sed Bar. in hoc dubitat, & primo, quia quis non potest fungi vice duorum. vt l. quisquis. de postum. & l. nemo. de assessoribus ergo ista expositio non est bona. Sed certe verior est glos. & dictum Guiliel. & maxime, quia Salic. approbat. Et ad dictum Bart. respondet, quia illud verum quando officia discordant, secus autem si officia sint concor. sed habere officium, & legere non sunt contraria, imo consonantia, igitur. Præterea huic glo. videtur obstare. l. præsidis supra eodem, vbi non potest contrahere, sed legere est contrahere. ergo. dic, vt ibi no. quia quando contractus vertitur in publicam vtilitatem, tunc potest contrahere, sic & in casu isto Nam legere vertitur in publicam vtilitatem, igitur legere poterit, qia vertitur in vtilitatem publicam. vt in proœmio D. gesto. & Instit. in proœmio, in fine. & hoc quando legere tendit ad doctrinam, non ad mercedem recipiendam, vt l. j. §. j. de vari. & extraord. vbi scientia vllo precio emi non potest. An au11 tem quis †possit emere plura officia, non est nostra materia, sed pro declaratione vide per glo. & per Bart. in l. hac parte. & l. comperimus. C. de prox. sacro. scri. lib. 12. & per Bal in prima constitut. C. in §. idemque. & per Guili. de Cu. supra de adop. 12 l. si consul. In glo. †super verbo, Titius. no. malam latinitatem emendari, vt l. imperator. supra de sta. hom. Ex hac glos. no. ꝙ non vitiantur instrumenta, quamuis ponantur verba in prima, vel secunda persona, cum debeãt poni in tertia. Pro hoc habetur casus in cap. cum tu. de conuer. coniug. In glos. super 13 verbo, de domo. †No. ꝙ appellatione illorum de domo, continentur etiam factores, vel castaldi. Qui contineantur appellatio. illorum de domo, de hoc in authent. qua in prouincia. vbi de cri. agi oportet, vbi est bona glo. Alia est in l. vnica. C. si qua prædi. pote. & plura per no. in l. j. ad Sillania. Et facit ad statutum, quo cauetur, ꝙ damnum datum per illos de domo, dominus teneatur ad emẽdam, quod si fuerit datum per castaldum vel factorem, dominus obligatur. In gl. super verbo. pre14 ba. in princ. Ex hac glo. no. †superflua illa verba tabel. quę apponit in instrumentis, quando contrahitur mutuum. quod talis promisit restituere &c. quia non sunt necessaria, vt hic, secus in alijs contractibus, vt in commodato, & deposito. Sed tamen necessaria sunt, quando fit contractus donat. quia si non essent apposita, liberantur, si soluent mediocres, vt l. si quis ex argento. C. de dona. Item in aliis contractibus, etiam si solueret nummos, vt l nummis. de leg iij. l. fideiussores. j. man. Nõ 15 †autem liberatur, si solueret reprobos, vt l. eleganter. §. qui reprobos. s̄. de dolo. Quia non dicitur soluisse, sicut dicitur de procuratore, qui est falsus, quia non est procurator. In ea. glos. 16 †tibi, recte dari. Iuriscõ. autem interdum ponit vnum verbum pro alio, sed certe de natura istorum verborũ. s. rite & recte, quia significat solemnitatem, sed recte iustitiam. Et de dictione rite. dic, vt l. non putauit. §. non quæuis. de contra tabu. Et probatur de dictione, recte, in l. ij. §. recte. ex qui. cau. in pos. ea. de his dictionibus, vide in l. ij. s̄. de inoffic. testam. & tex. cum gl. in l. sed si lege. §. scire. s̄. de petit. hæred. Canon. in c. cum dilectus. extra, de succes. ab intes. vbi Io. An. ponit istam quęstionem, quæ fuit recitata coram senatoribus, &c. Bal. autem cã refert in c. j. per quos fiat inuestit. in vsib. feud. & istud facit ad vnam quæstionem, de qua hic per Bart. quæ non indiget suppletione. In glo. super verbo, tunc Bart. autem aliter dicit, quã 17 glos. Sed nihil adderem, ideo ibi vide per eum. tamen no. †ꝙ dictio, tunc. denotat temporis extremitatem, vt hic, & l. iiij. de manu. testa. Sed quid de dictione nunc, an denotet extremitatem temporis? & certe sic, vt l. j. §. nunc tractemus. de tut. & ra. dist. & per Canon. in clem. j. de iure patro. & clem. si quem. de concel. præben. Sed quid si coniungantur simul, cuius naturæ sint? dic, ꝙ denotant extremitatem temporis, vt l. j. C. de codicil. & probatur in l. huiusmodi stipulatio. & l. si ita stipulatus fuero, si Titius, de verb. oblig. Sed quid si coniungantur in sententijs? certe ista sententia videtur nulla, quia nemo potest cõdemnari pro futuro, vt si iudex diceret excõmunicamus nunc te, si sic feceris, vt c. Romana. & §. caueant. de sent. excomm. lib. 6. Sed certe dic, quod valet, quia dictio tunc, impropriatur, vt dicit Innoc. in cap præterea. extra, de app. & per Bal. in l. quibus diebus. §. Titius. de cond. & demonst. & in authent. contra cum. rogatus. C. ad Trebel. & in vsib. feu. vbi plenius in cap. j. 18 de milite vasal. qui contu. est. In tex. ibi, conuenitque †ꝙ inter nos. Arguitur contra istum, vbi conuenit, ꝙ ista sit stipulatio, non autem pactum nudum, quia si verbum conuenit, reperitur in aliqua scriptura, vel in aliquo instrumento simpliciter prolatum, intelligitur de stipulatione, vt l. j. de contrahen. & committen. stipulatio. & l. Titia. §. idem respondit. j. de verb. oblig. & hoc vt potius valeat, q̃ pereat, vt l. quoties. de reb. dub. Sed hic dicit, ꝙ fuit pactum nudum, igitur. Bar. hic dicit, ꝙ aut in scriptura fuit appositum verbum promisit, & tunc stipulatio. significat, vt d. l. j. & l. Titia. & l. sciendum. j. de verbo. oblig. & Insti. de inuti. stipul. §. si scriptum. Aliquando apponitur.

verbum conuenit, & tunc non denotat ſtipulat. vt hic. Sed an iſtud verum ſit? Bar. probat tôꝙ ſic, quia iſtud verbum, conuenit, eſt verbum gñaliſſimum. ꝙ tamen conſenſum duorum requirit, vt l j.§.conuentio.ſ. de pac. & l.conuentionum.eo.tit. Sed non eſt ſic in verbo, promiſit vt l.item ſciendum.§.edictũ j.de ędil.edic. Sed iſtud vr̃ ꝯ Bar. quia verbum, promiſit, eſt aptum ad repræſentandum pollicitationem, quæ vnius conſenſu perficitur, per d.§.edictum cõiuncto.§. conuentio. ſ. de pactis, vnde Bar. male dicit, vnde Bal. in l.j.C.de vſur. aliter dicit, ꝙ aliquando iſtud verbum, conuenit, ſiue promiſit, adiicitur ſuper re pęnali & odioſa, & intelligitur de pacto nudo, & dicit ꝙ eſt caſus in l.pacta. Aliquando adiicitur ſuper fauore, & tunc ſignificat ſtipulat. vt l.j.de contrahen. & commit. ſtipul. Sed certe iſte tex. non probat, ꝙ hic fuerunt cõuentiones duæ primæ per ſtipulationem ſuper ſorte de vſuris, alia tertia ſup prorogatione termini. Vnde iſtud verbum, conuenit, non fuit adiectum pęnali rei, quia fuit adiectum termino de mutando & ſic prorogationi termini, quæ prorogatio non eſt fauorabilis, nec odioſa, & tamen intelligitur per nudum pactum, non per ſtipulationem. vnde dici poteſt, ꝙ aliquando illud verbũ, conuenit, vel promiſit, de ſe ſimpliciter adiicitur in ſcriptura, & tunc denotat ſtipulationem, vt d.l.j.C.de contrahen. & cõmit.ſtip. & l.Titia.§.idem reſpondit.el.ij. de verborum oblig. & Inſti.de fideiuſſ.§.fi. Aliquando fuit redactum in ſcriptura, quæ habet plura capitula, & tunc ſi in aliquibus fit mentio expreſſa de ſtipulatione, & in vno capitulo ſimpliciter, tunc non ſignificat ſtipulatio. vt hic, quia nulla mentio facta fuit de ſtipulat. igitur ſignificat pactum nudum ſolum. Quia hic fuerũt facta duo prima pacta, in quibus fuit facta mentio de ſtipulat. & ſic eſt caſus ſing. hic, ꝙ vbicunq; inueniuntur plura capitula, in qbus fuerit appoſita ſtipulatio, & poſtea in vltimo adiiciatur verbum, conuenit, intelligitur de nudo pacto. Aliquando iſta verba, promiſit, & conuenit, non referuntur per ſcripturam, ſed per teſtes, & tunc ſemper denotat pactum nudum, vt eſt gl. in l.j.C.de vſur. & ibi plene per Bal. Et ratio, quia talis p̄ſumitur omnia geſſiſſe ſolenniter, vt l.ſciendum, de verborũ obligatio. Et tunc præſumitur, ꝙ ſtipulatio interuenerit, ſi ſit appoſitum verbum, promiſit, in inſtrumento, ſecus autem in teſtibus. Quia ſemper interpretantur contra producentem, & ſic denotant pactum nudum, vt in c. in præſentia.de teſti. Sed

19 quid † de verbo, placuit? an denotet ſtipulationem, vel pactum nudum? de quo in l.quæ fortuitis. in fi.C.de pig.act. vbi vult, ꝙ ſit pactum nudum, & probatur in l.diuiſionis. ſ. de pact. Sed quid de uerbo, ſpopondit? de quo in l.j.C. de ſuffrag. & in l. cũ ſtipulatus ſim. j̄.de verborum obliga. In tex. ibi, ex ſumma ſupraſcripta. Arguitur, quia dicit de pœna, & j̄ de vſur. cõtra iſtũ tex. quia iſta ſtipulatio videtur nulla, quia Iuriſcon. videtur ſibi

20 contrarius, igitur. vnde gl. † dicit ꝙ vſura eſt pœna, de hoc an ſit uſura, vel non, habetur per Bar. in l. cum ſtipulati ſumus. j̄. de verborum obligatio. vbi plene per Doc. Et dic, aliquando vſura debetur propter moram, tunc eſt pœna, vt l. quod te ſ. eo. quia mora eſt delictum, & in l.is quoque.la ii. infra de act. & obligat. & in l.i.§.apud Seruium. & ibi glo. j̄.depoſi. Aliquando ipſa uſura non debetur propter moram, & tunc non eſt pęna. ſ.eod. l.qui pecuniam, & l.qui Romæ. infra de verbo.obligatio. In glo. ſuper uerbo. tunc eo amplius. Iſta ſolu. non videtur bona. licet Bar. eam ſequatur, quia iſta dictio, eo amplius, non videtur adiecta ad ſortem, ſed ad prolixitatem temporis. Vnde Bar. hic ponit & eam ſoluit, ſcilicet quod iſtud pactum continens rem ſtipulat. veſtitur a prima. Sed iſtud nó videtur verum, quia pactum veſtitur, ſi incontinenti apponitur, ſed ſecundum Bar. non eſt appoſitum incontinenti, igitur &c. Bart. autem reſpondit, quia aliquid adiicitur inter contractum & pactum, quod non continet extraneum ab ipſo contractu, tũc non impedit pactum nudum veſtiri ab illo contractu, quia p̄ſumitur ſtatim adiectum poſt contractum, vt l. continuus. j̄. de verborum obliga. & l. id nos reos.§. duo rei. j̄.de duo.re. Et ratio, quia illę duæ ſtipulationes ſunt adeo connexę, & cẽſentur vna, ita ꝙ iſta ſolu. eſt bona, & eſt melior quam illa gl. Ex

21 qua elice duas concluſiones. Prima, quia † ſtipulatio incontinenti appoſita, in qua continetur pęna, non veſtit pactum nudum principale, quia filius non debet veſtire patrem. Secundo, ꝙ in caſu huius ver. conuenit. pactum tertio loco adiectũ veſtitur ſtipulatione, ita vult litera iſta. Cõtra iſtud arguit Bal. quia quãdo ſtipulatio celebratur fauore vnius, & pactum nudum adiicitur fauore alterius, nunquam pactum nudum veſtitur ab illa ſtipulatione, vt l.ſi tibi. C. loca. ſecundum vnum intellectum. Sed hic ſtipulatio fuit adiecta ipſius ſtipulantis fauore, ſecundum pactum nudum fuit adiectum fauore ipſius debitoris, ergo non debet veſtire pactum. Ad hoc reſpondet Barto. quia iſtud pactum continet fauorem ipſius ſtipulatoris, tunc duo, quorum vnum eſt in fauorem creditoris, tamen quatenus continet fauorem ipſius ſtipulatoris, tunc veſtitur, ſecus in alio. Ita tenet hic Bar. Tamen tu dic, quod aliquando pactum adiicitur fauore debitoris ad cauſandam actionem, & tunc non veſtitur, vt l.iure.§.j.ſ.de pactis, & d.l. ſi tibi. C. loca. Aliquando adiicitur fauore debitoris ad diminuendum obligationem, vel modificandum, tunc veſtitur ſtipulat. vt hic eſt caſus. Et contra iſtum tex. & ſuam ſolutionem op. Barto. quia vbi illud, quod eſt in ſtipulatione, deducitur in pactum nudũ, tunc pactũ nihil operatur, nec veſtitur ſtipulat. & determinat gl. in l.petens.C.de pac. Sed hic deuenit illud, quod in ſtipulatione, igitur pactum nudum non ueſtitur. Ad hoc reſpondet Barto. ꝙ illud verum, quando deuenit eo modo, quo inerat in ſtipulatione, & tunc pactum nihil operatur. Secus ſi alio modo promitteretur per pactum. Et ſic limita illam gl. quæ eſt in

22 d.l.petens. In † gl. ſuper verbo, ſtipulationi. Iſtud idem determinat in l.pacta conuenta. j̄.de contrahen.emptio. & in l.iuriſgẽ. §.quinimo. ſ.de pactis. & in l. in bonæ fidei. C.de pac. & Doct. allegant. l.3.C.de ędi.ac. Sed Vltramontani dicunt, ꝙ imo pactum dicitur adiectum incontinenti, quando adiicitur contractui, eo ꝙ erunt perfecti, per l.cõtractus.C. de fi.inſtr. Sed iſtud non eſt verum, quia ſemper adiicitur incontinenti, quãdo per partes non diuerterunt ad actus cõtrarios, & ſic habemus hic qualiter accipiatur hæc dictio, incontinenti. Quomodo aũt in hac materia accipiatur? dic, vt per gl. & Doc. in l.3.§. cum igitur. j̄.de iureiur. & per tex. in l.fi.de erro.aduo. & per Bar. in l.2. §.confeſtim. ad Turpil. & in l.fi.C.de iudi. vbi plene de iſtis dictionibus, ſcilicet de dictione, illico, & confeſtim. In ead.gl.no.

23 † ꝙ ſiue pactum apponatur poſt contractum bonæ fidei, ſiue ſtricti iuris, ſemper illud pactum nouam parit actionem, & veterem informat. intellige, quando inuenit informandam. Et no. ꝙ quando in pacto deuenit diuerſum a ſtipulatione, tunc pactum non informat veterem actionem, ſed ſolum parit nouam. Sed nunquid ſaltem informet ipſam ſtipulationem? & Doc. dicunt, ꝙ ſic per iſtam gl. hic iunctis dictis Doc. hic. Item dicunt ſic, ꝙ pactum, in quo non continetur diuerſum, tũc parit actionem nouam, & veterem informat. Aliquando pactũ informat ſolum veterem, non autem nouam. & tũc eſt caſus hic ſm communem intellectum. Et pone exemplum, quãdo illud idem deuenit in pacto, ꝙ in ipſa ſtipulatione. Et intellige, ꝙ deuenit alio modo, q̃ in ſtipulatione, quia alias ſecus, vt eſt gl. in d.l.petens.C.de pac. Aliquãdo pactum nudum parit nouam, neq; veterem informat, vt eſt caſus in l.ſi tibi.C.loca. Secundo pone exemplum, quando illud idem deuenit in pacto, ꝙ in ſtipulatione eodem modo & præciſe, tũc pactum nihil operatur, nec veſtitur. Et adde alium caſum ad d.l.ſi non. videlicet quando ſtipulatio adiicitur in fauorem vnius, & pactum in fauorem alterius, & tunc ad cauſandam actionem, nunq̃ veſtitur tale pactum ſtipulatione, nec veterẽ informat.

24 In ea.gl. ibi.l.auia. † quia habentur duo caſus. Et ratio diuerſitatis inter patrem & extraneos. Doc. multum laborant in d.l. auia. vnde ſufficit recitare opi. Ang. quia aliquãdo pactum veſtitur rei interuentu, eſt verum quando traditio, eſt volũtaria, ſecus autem ſi neceſſaria, ſed pater habet neceſſe dotare filiã, vt l.fi.de dotis promiſ. Secus in extraneo. Sed tu dic, ꝙ illa vult ꝙ pactum non veſtitur tradit. rei. tamen veſtitur cohærentia contractus. Ita loquitur iſta.l.auia. Et pro hac opi. Ang eſt caſus in l.tale pactum.§.pater filiam.§. fi. ſupra de pac. facit l.in-

25 ter ſocerum.§.cum inter. ſ.de iure do. Bar. hic † quærit qualiter pacta inſunt ipſi ſtipulationi ad vtilitatem ipſius debitoris? vnde dicit ipſe, ꝙ licet glo. fecerint differentiam, quia ſemper oritur exceptio, tamen eſt differentia maxima, quia vbi pactum nudum eſt ad fauorem ipſius debitoris, & tũc hoc operatur, quia non eſt neceſſe, ꝙ pars, ſed iudex repellat ex officio ſuo, imo plus, quod ſi non excepi de exceptione dilatoria, an iudex poterit ſupplere? & certe ſic, vt per Innocen. in ca.paſtoralis.de excep. & in c.j.de plus peti. Ita reſidet ipſe Bar. Et quærit Bar. quæ forma erit huius condemnationis? dic, ꝙ iudex debet condemnare ad decem, ſed ſi iudex poteſt ſupplere, quare non repellit in totum, quia agit ante diem? quod poteſt, vt l. ſi dominus. quando di. vſusfru.leg ce. tamen Barto. dicit, ꝙ ex pacto habentur duæ exceptiones, vna eſt ſolutio præſtande, & iſtam ſupplet iudex, alia eſt conditionalis, quæ eſt dilatiua iudicii, & tunc pars debet opponere, & non iudex ſupplet. Ita tenet Barto. hic, & in l. eum qui ita.§.qui ita. infra de verborũ obligationi. & Ange. hic. & Bal. in l.in bonæ fidei. C.de pact. vnde tu dic, ꝙ eſt aliqua exceptio, quę de ſui natura eſt dilatoria, vt l.exceptionem.C.de plus peti. & tunc pars tenetur eam opponere. Sed nunquid debet ſupplere, vel repellere illum, qui agit contra illum, qui erat obligatus ad diem certum, vel incertum? & tunc ſi cõſtat ipſum agere ante diem, etiam ſi pars non opponat, iudex tunc debet ipſum repellere. Et ratio, quia quando agit ante diem male agit, & ſic inepte libellat, & ſic iudex poteſt lacerare libellum ineptum, ut l.j. ſupra de offi aſſeſ. Aliquando iſta exceptio eſt incerta poſt lit. conteſta. iudici, & tunc aut eſt cognita immediate, & tunc ſimiliter poteſt repellere, ut dicit Innocen. in d.c.paſtoralis, & d.l. exceptionem.de

probatio.

probatio. Aliquando est cognita ex interuallo, & tunc est vera sententia Innoc. & Bart. quia tunc iudex deberet supplere. Et ratio, quia ista exceptio aruisit vim dilatoriæ. Et probatur, qa vbi iudex supplet viam partis, tunc non posset supplere. nisi secundum, ꝙ vna pars periuisset per l. filiusfami. §. veterani. ſ. de procura. & ibi gl. sing. Et sic in casu isto pars non potuisset opponere post litem contesta. ergo nec iudex. Et hoc intelligo, quando est sibi iudici no. post litem contesta. vt dicit Innoc. in d. c. pastoralis. extra de excep. & ita legtur Bar. in l. eū qui ita. §. qui ita. j. de verb. ob. & Bal. in l. in bonę fidei. C. de pac. Sed do. Rapha. dicit, ꝙ aut ista exceptio est nota ipsi iudici ante litem contesta. vel post, & tunc iudex debet officio suo repellere istū agentem, & non supplere. per tex. Insti. de excep. §. temporalis. & §. hodie. Et inducit illos tex. nam tex. in d. §. temporalis. ver. ergo hi. vult ꝙ si quis agit ante tempus, & sibi obijciatur, dicit tex. differre debet actionem, & post tempus agere. Alius tex. in §. hodie. in fi. & post eas firmatas, non aliter litem suscipiant, nisi omnes expen. &c. Et sic infert do. Raph. ex his tex. & d. lo. dicit, ꝙ miratur de tanto Doc. cur voluerit tantum subtilizare, quia de hoc est casus in l. quod si in diem. ſ. de petitio. hær. vbi nō condemnatur ad dandum in determinatam diem, sed absoluetur, vt ibi patet. Vlterius dicit do. Raph. inducēdo contra dicta Bar. aut ista exceptio est nota iudici post litem contesta. Et dicit do Raph. ꝙ licet Inn. teneat in d. c. pastoralis. & in d. c. j. de plus peti. quem Barto. sequitur, ꝙ possit condēnare ad diem determinatam, tamen dico, ꝙ debet condēnare ad dandum nunc, & non debet differre. Et probatur, quia exceptio dilatoria non potest amplius operari, quia non opposuit debito tempore, videtur remisisse. Patet in l. eo tempore. de remis. pigno. l. si ea. de accu. Præterea li. conte. quasi contractui æquiparatur, vt l. 3. §. idem scribit. ſ. de pactis. Sed clarum est, ꝙ reus potuisset in contrarium deducere istud, scilicet ꝙ esset obligatus ad soluendum. Nunc ergo videtur deductum per litis cōtesta. Sed intentio Bar. potest saluari in vno casu, quando reus ignorabat illam exceptionem, vt in c. pastoralis. de except. & l. eleganter. §. si post. de condi. indeb. & l. ii. de consor. eiusdem litis. Et vlterius venio ad gl. super ver. tractum. ibi, sed quid. & dico, ꝙ istud pactum facit, ꝙ nedum operetur exceptionē ipsi reo, sed etiam impedit actionem oriri. Quia illud, quod deuenit in pactum, perinde est, ac si in contractum non deuenisset, vt ſ. dicebam. Sed clarū est, ꝙ si deuenisset in contractum, impediret actionem oriri, vt l. cedere diem. j. de verb. signifi. ergo idem dicendum de eo, quod deuenit in pactum. In ea. glo. ibi, item pone econtra. & declara, vt hic per Bar. In ead. glo. super ver. ipso iure. ibi, ſ. si quis cautio. l. ij. dic, quòd ibi ideo sit sublata ipso iure. 26 Respon.† quia principalis stipulatio erat sublata, ideo vsura est sublata ipso iure. Ratio, quia sublato principali, intelligitur sublatum accessorium, vt C. de legi. l. non dubium. cum similib.

Aduerte lector, quia hæc lex proxime sequens cum sequentibus tribus, sunt in titulo. C. eo. tit. si cert. peta. Qualiter autē Ludo. hoc in loco posuerit cogita tu. Relictę tamen sunt, quia sic repertæ fuerunt in pluribus exemplaribus insertæ.

LEX PRIMA.

NEque ęquam. Hęredes tenenť ꝓ portionibus hęreditarijs, non habito respectu ad prælegata. hoc dicit Barto. Et pono casum, quod erant duo fratres æqualiter instituti, sed fuerunt assignata certa bona valentia decem, alteri alia bona valentia viginti, volebat ergo primus soluere debita pro tertia parte, & quod eius frater solueret pro alijs duabus tertijs actionum prælegatis, hoc nō debet fieri, imo æqualiter sunt hæredes.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia, quæ mutuatur non inspicitur, cuius sit, sed cuius nomine stipulatur.*
2 *Mutuans pecuniam tuam nomine tuo, tibi actionem non acquirit, nisi secuta ratihabitione.*
3 *Numeratione, quàm stipulatione facilius alteri per alterum quæritur.*
4 *Mutuans pecuniam alienā, quæ vendicata fuit a domino antequam esset consumpta, an illam repetere possit a recipiente.*

LEX II.

QVamuis. Ex mutuo rei alienæ nascitur nobis actio, si fuerimus stipulati, quæ poterit cedi domino. h. d. Bart. Et no. hanc l. Concor. j. e. l. si absentis. 1 No. quia† non inspicitur cuius sit pecunia, quę mutuatur, sed cuius nomine fuit stipulata, ibi tamen non fuit stipulatio. Si autem pecuniam tuam mutuo tuo nomine, loquitur l. si absentis. j. eo. Item si meam pecuniā mutuo tuo nomine, loquitur l. certi condictio. §. si nummos. ff. eo. Et sic sunt casus diuersi, si autem tuo nomine, tibi actio. In gl. ij ibi, quæsita, subaudi non solum si tuam pecuniam, sed etiam si suam mutuauit tuo nomine, vt in §. si nummos. In 2 hoc tamen differunt, † quia quando suam, statim tibi absenti & ignoranti acquiritur, quia statim transfertur dominium, & sic statim est mutuum. Si autem tuam, non statim transibit dominium sine tua voluntate, vnde cum non sit adhuc mutuum, non quæritur tibi, nisi ratihabitione secuta. vel consumpta pecunia. Ita intelligo. l. si absentis. j. eod. & hanc glo. In ea. 3 glo. ibi, nisi enim stipulatus esset, non quęreret. Et est ratio. † quia facilius acquiritur alteri per alterū ex numeratu, qui est actus ciuilis, & inuentus, vt per eum nobis acquiramus. & non alteri, & hæc est ratio. §. quoniam. hoc tamen corrigitur hodie secundum Bar. ibidem per l. ij. j. per quas personas nobis acqui. Nam si numerando tuo nomine acquiro tibi actionem principalem ex numeratu, ergo si stipulor debeo acquirere accessoria ex stipulatu, vt in d. l. ij. quæ probat in ratione sui. Glo. fi. 4 ibi, sed contra† videtur, quod sic. Doc. tenēt primam opi. ꝙ debitor sit liberatus, & assignat Bart. hanc rationem in l. nam & si fur ff. eo. ꝙ ipse liberetur soluendo illam eādem pecuniam, ergo videtur obligatus respectu certę speciei, licet in genere respectu certę speciei, ergo per interitum illius, liberatur, vt in l. viduæ. ff. loca. Hæc ratio est falsa, quia non sequitur liberatur tradendo talem speciem, ergo censetur obligatus respectu illius. Nam sic essent falsę omnes leges dicentes, ꝙ debitor generis per interitum vnius speciei, non liberať. Dic ergo meliorē rationem, quia censetur perdi culpa & defectu numerantis, q asseruit suam, cum esset aliena. Hæc ratio probatur in l. alie. discutio. §. j. ff. locati. iuncta. l. si opera. de doli exceptio. In ea. l. gl. ibi, magis verum videtur. Tu dic in hac. q. ꝙ si recipiens non probat pecuniam esse alienam, indistincte tenetur, licet nō sit consumpta, quia præsumitur mutuantis fuisse arg. j. eod. non iur. Si autem probat, quod sit aliena, tunc serua distinc. gl.

SVMMARIVM.

1 *Officiales perpetui cur in loco officij contrahere possunt non temporales.*
2 *Officialis in loco, vt contrahere non possit, quæ requirantur.*

LEX III.

DOs officium. Officiales publici non possunt in loco, in quo administrant, contrahere ad eorum lucrum. hoc dicit. Sed pro eorum necessitate sic, vt ff. eod. l. præsidis. in fi. In gl. i. ibi, vt ff. eo. l. pręsidis. secundum vnum intellectū. 1 Et ratio† diuersitatis est, quia quādo sunt temporales, possunt abstinere ad tempus, sed quando perpetui essent, perpetuo essent exclusi. quod non esset iustum. pone exemplum in episcopis. Sed secundum alium intellectum loquitur ibi etiā de temporalibus, qui tamen sunt oriundi in loco, in quo exercent officium, vt priores, & isti etiam possunt contrahere, hic uero lo 2 quitur in forensibus, & ista est etiam vera. Gl. sequen. in fi. † & sic collige, quod plura sunt necessaria, vt habeat locum, quod dic, vt dicitur. primo ꝙ non sit oriundus de illo loco, secundo ꝙ sit temporalis, vt in i. glo. dixi, scilicet ꝙ cum subditis & sis concurrentibus non possunt contrahere, quocunque autem deficiente potest.

SVMMARIVM.

1 *Notarius, vel alius stipulans. vel recipiens obligationem pro absente, licet ille non ratificet, non propterea suo nomine agere potest, nisi sua intersit.*

LEX IIII.

SI absentis. Si mutuo pecuniam tuo nomine, tibi etiam ignorāti & inuito acquiritur actio, quam si non ratificas, mihi cedere debes, & etiam sine cessione dicto casu mihi competit vtilis. h. d. ista no. l. & subtilis. In tex. ibi, si cessare mandatum &c. i. si cessio non est facta, per quam transfertur vtilis de iure communi, & etiam exercitium directę, cōpetit vtilis ex æquitate, vt sequitur. Et hęc æquitas resultat ex eo, quia tua interest recuperare pecuniā, cum domino ratum non habenti tenearis ad eius restitu. alias non ageres. quia negocium ad te non pertineret, vt colligitur, & no. per gl. in l. Pompo. §. j. ff. de procu. & ibi per Bal. & in l. si 1 pupilli. §. si Titius. ff. de neg. ge. Ex hoc no. ꝙ† si notarius recipit obligationem, tanquam publica persona pro absente, & ille non ratificat, non propterea agit, si negocium ad se nullo modo pertinere potest, nec sua interest, & idem in quocūq; nomine alterius contrahente. Si autem interest, habet locum ista l. no. vt licet non habuerit propositum acquirendi sibi, tamen acquirat illo non ratificante, quia licet non habuerit principaliter, & tunc satis est habuisse secundario secundum Bal. Et ad hoc semper alleg. ista l. Sed obstat fortiter, ꝙ ille. qui nō ratificat, non posset actionem cedere, quia eam nō habet, cum non ratificando excludat ab eo originem acquisitionis. ff. de neg. gest. l. si ego. de sol. l. dispensatorem. cum simi. Nam istud negocium dicitur suū ratihabitione tantum, qua non secuta, non

non erit suum, vnde si non erit requisita solutio, contrarium procederet in aliis contractibus, vel negociis. Fallit in mutuo facto nomine alterius propter eius frequētiam, ex quo acquirit ignoranti, sed in aliis secuta demū ratihabitione, vt in contrarijs. Sed adhuc opp. licet in mutuo acquiratur ignoranti, si tamen non ratificat, finguntur non acquisita, sicut in legato, ff.eo.l.proinde.iuncta l.certi condictio.§.si nummos. dum dicit, voluntate tua &c.

SVMMARIVM.

1 *Actio familiæ ercisc undæ datur inter plures cohæredes pro hæreditate diuidenda.*
Institor dicitur præpositus alicui mercantiæ.
2 *Calendarium dicitur liber, in quo rationes scribuntur.*
3 *Hæreditas, vt adiri posset olim, requirebatur apertura testamenti.*
4 *Testamentum, quando aperitur, non est necessaria omnium hæredum præsentia.*
5 *Facta in iudicio coram testibus non dicuntur notoria.*
6 *Mandatum institoris, ꝙ mutatione status eius, coniuncta morte domini, reuocatur. & nu.22.*
7 *Debitor soluens institori reuocato ignoranter, excusatur, & liberatur. & vide nume 25.*
8 *Iudicio fami.ercisc. ꝙ non venit, quod quis non facit. vt hæres.*
9 *Actus liberatorius celebratus per institorem reuocato mandato, quando valeat. & vide nu.21.*
10 *Obligatio pignoris accessoria, ꝙ regulatur secundum naturam principalis obligationis.*
11 *Stipulatio nominatim concepta in personam mortui est nulla ipso iure. Idem est sententia.*
12 *Liber homo bona fide possessus ex re hæreditaria acquirens, acquirit hæreditati iacenti.*
13 *Hæreditas iacens ficte & non vere possidet, sed quasi.*
Et æquiparatur bonæ fidei possessori.
14 *Res inanimata quando possidetur semper dicitur bona fide possideri.*
15 *Qualitas non datur, vbi subiectum non reperitur.*
16 *Suus & necessarius hæres non præsumitur scire contenta in testamento, licet extraneus sic, sed in codicillis neuter.*
17 *Casus in quo possidens, & possessus idem sunt.*
18 *Instrumentum in quo dicitur, Titius filius Petri, non vitiatur, licet Petrus defunctus sit, & non dicatur.*
Dictiones, iste, olim, quondam, iamdudum, & similes denotant tria tempora, scilicet præsens præteritum, & futurum.
19 *Notarius qui in instrumento dixit, Rolandus quondam Titij filius an incurrat pœnam falsi, si Titius adhuc viuat.*
20 *Testis, qui deponit pecuniam esse Titij, quod non incidat in falsum, si Titio debebatur, licet nondum esset sua.*
23 *Mandatum in personam filij, ꝙ non reuocetur ex mutatione status, secus in personam serui.*
24 *Mandatum executoris, an videatur reuocatum ex status mutatione.*
Arguere de tutore ad executorem, bonum est, idem de procuratore ad executorem.
26 *Negocium gestum nomine defuncti potest haberi ratum per hæredem.*
27 *Mandatum, ꝙ non finiatur morte, quando recipiens mandatum, illud ex necessitate facere debebat.*
28 *Seruus stipulando, quando videatur domino, vel sibi stipulari.*
29 *Datio cohæredis. ꝙ non impediat necessitatem hæredis.*
30 *Vsurarius, ꝙ testari possit de iure ciuili, licet sit secus de iure canonico.*
31 *Socij, si sunt plures, & stent in diuersis locis, ꝙ vnus videatur constitutus procurator ab alijs.*
32 *Domini quando sunt plures in vna ciuitate, vnus dicitur subditus alij.*
33 *Limitatio ad ea, quæ habentur in c nonne. de præsump.*

LEX XLI.

EIus qui. Ignorantia circa id, quod mādatum extinguit, excusat debitores soluentes. Et id quod quis non facit vt hæres, non venit in iudicio fami. ercisc. Item mutui obligatio non contrahitur, si dominium pecuniæ mutuatæ in accipientem non est translatum, & consequenter nec obligatio accessoria, & stipulatio collata sit in personam domini iam mortui nominatim, nulla est, si autem nō noīatim, acquiritur hæreditati iacenti, vel hæredibus ignorantibus, non autem scientibus.
1 h.d. Et præmitte ꝙ † actio fami.ercisc. est illa, quæ datur inter plures cohæredes ad hoc, vt res hæreditaria diuidatur. Item ꝙ
2 institor est ille, qui præponitur alicui mercantiæ. Item † præmitte, ꝙ illud dicitur Calendarium, in quo scribūtur rationes.
3 Nota, † in principio legis, de iure antiquo fore necessariam aperturam testamenti, vt hæreditas posset adiri. Quid autem
4 hodie: dic, vt in glo. Secundo no.† ꝙ ad faciendam testamenti aperturam, non est necessaria omnium hæredum præsentia.
5 Tertio no.† ꝙ si proponatur hic testamentum esse recitatum coram iudice, ꝙ hic est casus, ꝙ ea, quę in iudicio fiunt coram testibus, non dicuntur esse notoria, quia ignorantia debitorū soluentium dicitur esse probabilis, & causare excusationem. quod non esset, si ex testamenti apertura notorium resultaret, vt j. de iur. & fac.igno.l.nec supina.& l.pen. in princ. No.in
6 secunda † parte ibi, placebat. ꝙ mandatum institoris mutatione status coniuncta cum morte domini reuocatur. Secundo
7 no. † debitores reuocationem inst.toris ignorantes excusari, si sibi soluant, & liberationem consequi. Concord. sunt in glo.
8 No. ibi † ex ver. harum. In iudicio fami. ercisc. non venire, quæ quis, vt hæres non facit. Concor. sunt in glo. No. ibi, quas vero,
9 † ꝙ licet actus inducens liberationem per institorem celebratus validus sit, etiam reuocato mandato, nihilominus nullus est actus reuocato mandato celebratus causa status mutata, &
10 dicetur in gl. No. obligationem † pignoris accessoriam regulari secundum obligationem principalem, vt si pro parte, & non amplius teneat principalis obligatio, pro eadem tantum accessoria subsistat. Concor. de verb.obl.g.l.si homo mortuus.
11 ff.de inuti.stipu.l.ij.cum simi. No. ibi, ver.† si stipulatus. ꝙ si stipulatio nominatim in personam mortui concepta est, ipso iure est nulla. Concor. j.de stipula.seruo. l.si seruus communis Meuij.§.seruus capto. Idem est in sententia, vt j.de re iudi.l.in summa quæ sent.sine app.rescin.l.ij.cū si. No. fm Doc.† ꝙ per
12 liberum hoīem bona fide possessum, ex re hæreditaria hære-
13 ditati iacenti quæritur No. hic dari † casum, in quo hæreditas iacens ficte possidet, quo ad hoc, vt liber homo ex re sua sibi quærat, licet in veritate apud iacentē vera possessio non reperiatur, vt in l.i.§ Scęuola. j.si quis testa. liber. Dicit tamen alibi litera, quod licet apud eam non repetiatur vera, tamē reperitur qualisqualis possessio. j. de acq. hære. l. gerit. q ad hoc non est al.bi. No hæreditatem iacentem ficte possidentē, æquipa-
14 rari bona fide possidenti. Ex quo resultat † effectus notandus, ꝙ omni casu, quo dicimus rem inanimatam possideri, semper dicimus eandem bona fide possideri, quod declarat hic Bald.
15 No. ibi, † quoniam tunc. ꝙ non est dare qualitatem, vbi non reperitur subiectum. Concor. C. de condi. ob tur.cau. in l.j.de eac.
16 qui.pos.l. Pomponius. ad fi. cum simil.b. No. ibi, † ꝙ si proponatur, ꝙ licet hæres extraneus præsumatur scire contenta in testamento. j.de libe.leg.l.cum hęres.in glo. attamen non præsumitur scire suus, vel necessarius, quod notandum est secundum Bar. & declara vt per eum in l.qui Romæ. §. duo fratres. de.verborum obliga.contenta tamen in codicill. neque suus, neque extraneus præsumuntur scire. s̄.de trāsac.l. nec est quæ-
17 rendus. No. hic dari † casum, ꝙ vnus & idem, est possidens & possessus contra.l.liber homo. ad fi. de acqui.re.do. & specialiter ad multa infra hoc ponderabitur. In gl. super ver. recitatū. in princ hoc etiam probatur in l.plane.la ii.de leg.ii. & in l.j. §.apertur ę. s̄ de hæred.insti. & in l.Iulianus noster. j.de condi.
18 & demon. In gl. super † ver. defuncti. Ista gl. facit ad multa. Et primo, si talis facit instrumentum, dicit Titius filius, & non dicit ꝙ quondam, cum ipse non haberet patrem &c. an saluetur suum instrumentum? Bar. hic dicit, ꝙ sic per istam gl. quia subauditur quondā. Idem tenet in l.i.§. hoc editum. de nou. no.nun. & facit in l.nec emptio. j.de contrah.emp. vbi est glo. de istis dictionibus, Olim, iam, dudum, quondam, tria tempora signat, Præsens, præteritum, signat simul atque futurum, sa cit l.insulam.de præscrip.verb.cum simil. Sed quid si tabellio
19 † dicit. talis filius quondam talis, & habebat adhuc patrem, an incurrat pœnam falsi? & certe non, quia ista dictio, quondā impropriatur, quia signat tria tempora, ita dicit hic Bal. & Io. And. in c.cum contra.de pigno.in nouella, tenet contrarium per c. Raynutius. extra de testa. Secunda impropriet as induci-
20 tur ad testes, † quando dicunt, ꝙ pecunia est Titi, cum nō erat adhuc sua, sed sibi debebatur, & sic debebat dicere, ꝙ sibi debita erat, non autem, ꝙ sua erat, cum deberet dicere sibi deberi, ꝙ tunc non inducunt in pœnā falsi. quia verba impropriantur, vt euitetur infamia. p gl. in l.si & me & Titium. s̄.eo. est & alia gl. in l.si ego. s̄.eo. & hoc est. vt euitent infamiam, de quo per Bar. in l.ij. de vsur. & plene dixi in l.ij.s̄.eo. In glo. super vet.
21 ignorasset.† ibi, aliud in institore. Ista solu. est falsa, quia dicitur institor, qui est præpositus certę negociationi. Sed in casu isto erat præpositus certę negociationi, igitur. Doc. dicunt aliter, aut ex morte domini mutatur causa status, & tūc expirat mandatum. aut quæritur. an ex morte reuocetur mādatum,
22 & dic vt hic. Ex qua solu. no.† ꝙ sola mors domini non est causa reuocationis mandati, secundo, ꝙ mutatio status, cum domini morte, reuocat mādatum. Sed quid de sola mutatione,
23 an finiatur mandatum † p solā mutationem status sine morte mandantis? In hoc Doc. variauerunt, sed tu dicas, ꝙ est casus in §.recte. Insti. man. & j. de solu. vbi gl. in l.si quis seruo. & hęc habent locum in persona serui. Sed quid in persona filij, de quo est casus in contrarium, ꝙ non reuocatur mādatum per mutationem status, in l.eum qui ita.§. qui sibi. j. de verb.obli. Et rationem diuersitatis taceo, sed dicam in scriptis. & ista fa-
24 ciunt ad l. rogasti.§. si fugitiuus. s̄.eo.† Sed quid in executore, q erat bona persona, quando fuit datus, & postea efficitur vnus ribaldus, an censeatur reuocatum eius mandatum? dic ꝙ aliquando

quando mutatur eius status ratione diuitiarum, quia de diuite efficitur pauper, & tunc propter paupertatem non videtur reuocatum mandatum, vt l. liberto. §. largius. de annu. lega. Aliquando mutatur propter malos mores, & tunc reuocatur, arguendo de tutore ad executorem, quod licet, vt l. pen. & allegatur. l. fi. de tuto. sed tutor intelligitur reuocatus, vt l. vtilitatē. & l. confirmando. de confir. vti. vel inuti. ita igitur & executor. Item & alia ratione, quia licet argui de procur. ad eum executorem, vt d. l. sed clarum, ꝙ procurator pręsumitur reuocatus, si eius conditio sit mutata, vt s. eo. l. rogasti. §. si fugitiuus, igitur
25 de executore idem dicendum. In glo. super ver. ignorasset. † in prin. Ista solu. non est vera, quia imo erat institor, quia poterat exigere pecunias & alia facere, vt l. 3. j. de insti. Ideo glo. transiuit ad aliam solu. In hoc tamen dic. ꝙ aut debitores sciunt dominum esse mortuum & mutationem institoris, & tunc non liberantur, vt est casus hic a contrario sensu. Aut isti ignorabant morte domini mutationem status, sed sciebāt mortem domini, & tunc liberantur, vt l. quod seruus. & l. si quis seruo. j. de solu. In glo. super ver. competere. ibi, & l. & puro. §. sed si dolo. & huius rō est, quia ista pecunia reper. tur in bonis istius defuncti. In ca. gl. ibi, solutio ibi acquisitis. Ratio, quia non reperitur in bonis ipsius defuncti, quia fuit exacta post mortem domini. Sed ista solu. est falsa, quo ad istum tex. quia quamuis sit exacta, tamen acquiritur hæreditati iacenti. j. eod. ver. quod sibi dari. & sic reperitur in bonis defuncti, igitur &c. vnde hic Bar optime soluit, & omnes eum sequuntur, quia si vult absens agere personali ad ista bona, & tunc non pōt, vt l. in eius. §. si seruus. s. fami. ercis cū. Sed si vellet agere, vt diuidatur, tunc potest, vt d. l. in eius. §. si seruus. In glo. super ver. alienatas esse.
26 Ex hac gl. no. singu. † ꝙ negocium gestum nomine defuncti, potest per hęredem haberi ratum. & Bar. dicit, ꝙ Dy. idem no. in regula, ratum. de reg. iur. vbi dicit Dy. ꝙ non solum in subsidium potest haberi ratum, sed etiam de iure communi, etiam si gestum post mortem domini. Et ꝓbatur in l. si fine. §. si procuratori. j. rem ra. hab. Dy. autem in regula, ratum. de reg. iur. lib. vj. dicit, ꝙ nō potest ratum habere de iure, sed in subsidiū. Sed Bar. in l. bonorum. dicit, ꝙ etiam de iure potest hæres habere ratum. Dic, ꝙ aut illud, quod est gestum nomine defuncti, est transitorium ad hæredem, & tunc si gestum est tempore, quo ille cuius nomine est gestum, viuebat, & tūc potest haberi ratum per hæredem, vt l. si fine. §. si procuratori. j. rem ra. hab. & per Dy. in regula, ratum. de reg. iur. lib. vj. Aut eo tēpore, quo fuit gestum nomine illius, tūc erat mortuus ille, cuius nomine fuerat gestum, & tunc non potest haberi ratum per hæredem, vt hic in gl. Sed Bar. tenet contrarium in l. bonorū. j. rem rat. hab. Sed certe opin. Bar. non est bona, ideo tene glo. tacita, quia talis actus celebratus nomine defuncti, est nullus ipso iure, vt hic, & tunc illud quod nullum est, ratum haberi non potest, vt in c. ratum. de regu. iur. lib. vj. facit. l. si pupilli. §. item quæritur. s. de neg. gest. non potest haberi ratum, vt l. obligari. §. tutor. j. de autho. tuto. & l. quid ergo. §. pœna grauior. de his qui no. in fa. Nec ob. §. si pactum. quia talis actus erat validus, quia illi debitores soluerant ignorāter, ideo liberantur, vt l. quod seruus & l. si quis seruo. j de solutio, & hic in ista l. Sed si talis actus esset nullus, tunc nō posset haberi ratum per hæredem. vt l obligari §. tutor. de auth. tuto. Quia quod nullū est, ratum haberi non potest, vt in regula iuris. Vnde concludo, ꝙ aut ille contractus est validus, & tūc potest haberi ratus, vt d. §. procuratori. Aut non est validus, & tunc non potest haberi ratus, vt d. §. tutor. & de iuris rigore. Sed potest haberi ratum in subsidium, vt hic est gl. singularis. In gl. super ver. nam & si tibi. ex hac gl. no. limitationem ad ea, quæ dixi in l. si quis.
27 s. eo. quæ est sing. In gl. super ver. facies. in fi. † No. limitationē ad omnia iura dicentia, ꝙ mandatum reuocatur morte, vt l. inter causas. man. & Insti. man. §. recte. cum simi. non habent locum, quando ex necessitate ille recipiens mandatum, debebat illud facere, & non finitur morte, vt hic, & l. fundi venditor. §. idem si amicus. j. de acqui. pos. de quo vide quod dixi in l ij. §. si quis. de dona. vt plene dixi. Sed fallit in casu l. si per epistolam. de acqui. hære. illic erat necessitas, & tamen morte finiebatur mandatū. Idem in ele. fi. de procu. Ex iis fienda esset magna distinctio, an mādatum finiatur re integra morte, vel non integra, de quo in d. l. ij. §. sed si quis. de dona. Et hoc dicā in scriptis. In glo. super ver. alienatas esse. ibi, tu autē distingue, quia ista materia est magna, ideo dicam, an & quando error impediat dominij translationem. In gl. super ver. quód si sibi.
28 † Insti. de stipu. seruo. §. siue. & l. fine. Sed illa iura dicunt cōtrarium, quia dicunt, ꝙ siue seruus stipuletur sibi, siue domino, siue simpliciter, tunc acquiritur domino. vnde elici vr̄ contrarium, licet, ꝙ quando stipulatur simpliciter, videtur stipulari nomine domini, non autem nomine ipsius stipulantis, vt pro te. §. sed in iussu. j. de stipu. seruo. Et probatur in l. pen. s. si quis cau facit illud quod no. in l. ij. C. quando ex fac. tut. Sed potest saluari, ꝙ omnia ista iura procedunt, quando dominus viuebat. quia tunc præsumitur stipulati nomine ipsius, vbi autem esset dominus mortuus, tunc præsumitur per stipulationē nomine suo, vt hic, in versi. nominatim. Et ratio, quia iura volūt, ꝙ stipulatio potius valeat, quàm pereat, vt l. quoties. j. de verb. oblig. Sed si fingeremus istum stipulatum domino, non valeret stipulatio. Ex quo no. limitationem ad iura. quæ dicunt, quando seruus stipulatur, semper præsumitur stipulatus ipsi domino, quia habent locum quando dominus viuit, secus au tem si esset mortuus, quia tūc præsumitur sibi stipulari, vt hic est tex. in verbo, nominatim. quod no. quia alius non notat. & sic iura, quæ gl. allegat non faciunt ad propositum, sed iste tex.
29 probat melius. In gl. super ver. hæreditati. † in fi. Ex ista gl. no. ꝙ datio cohæredis non impedit necessitatem hæredis. Ita allegatur ista gl. casus est in l. ex facto. de here. insti. vbi casus est de
30 hoc. Vltimo iste tex. † inducitur per Doct. ad multas quæstiones, & maxime Bal. no. istum tex. ad vnum, videlicet ꝙ vsurarius potest testari de iure ciuili, quanquàm secus de iure cano. vt in c. quanquam. de vsur. Sed certe non probat, quia iste seruus non erat præpositus ad fœnerandum, vt l. si procurator.
31 Vlterius facit ad quæstionem. plures † sunt soci in vna mercantia, & vnus sit in vna ciuitate, & alius ī alia, ꝙ vnus videtur constitutus procurator, ab aliis. Ita adducūt Doc. ad istum tex. de quo in l. eandem. in 6. q. j. de duo. re. & Bal. in l. cum te in
32 Gallia. C. eo. Item facit ad aliud, ꝙ quādo sunt † plures domini in vna ciuitate in solidum, vnus dicitur subditus alterius, de quo in l. fi. s. de re. diuisio. Bal. in l. tres tutores. s. de admi. tuto. & Bal. in c. j. §. præterea. de prohi. feu. alie. per Fede. Et adducit contra dictum Bart. Latius dicam in scriptis hic. In glo. super ver. ignorasser in fi. Ista non est nostra materia, de quo per Legistas in l. & quia. s. de iurisd. om. iudi. & per Bal. post Pet. in l. mandatum. C. man. & per Cano. in c. cum venisset. de testi. & c. licet vndique. de offi. ord. & Spe. in tit. de iudi. deleg. §. restat, ver. quid de iudiee delegato. In gl. super ver. non æque. ibi, non
33 respondet. Ista glo. † limitat omnia, quę habentur in c. nonne. extra de ꝑsump. & l. si fine §. Pompo. s. de mino. Nam ibi dicitur, ꝙ si est dubium de duobus, & respondeatur super vno, videtur responsum contrarium super alio, vide gl. sing in l. pen. C. ad exhiben. quæ videtur contraria huic, sed non est, quia ibi erant diuersa, de hoc etiam per Cano. in cap. postulasti. & hæc sunt vtilia, quando respondetur ad positiones.

S V M M A R I V M.

1 *Stipulatio ad cautelam interposita, ita interpretari debet, vt aliquid vti'itatis afferat.*
2 *Obligatus secundo, an possit conueniri primo non excusso, etiam si notorium sit primum non esse soluendo.*
3 *Fideiussor tyranni potest conueniri, non excusso tyranno.*
4 *Item in fideiussore rixosi.*
5 *Fideiussor debitoris, cuius bona confiscata sunt, an conueniri possit, non facta excussione.*
6 *Respublica & vniuersitas potest compelli, vt constituat procuratorem, cum quo agatur.*

LEX XLII.

SI ego. Qui in defectum alterius promittit non sola conuentione primi, sed per exactionem liberatur, & idem in casu econuerso. hoc dicit, secundum
1 communē lect. No. & † ita communiter allegatur, ꝙ ita semper interpretari debet stipulatio ad cautelam apposita, vt aliquid vtilitatis afferat, non autem vt nihil. Facit de leg i. l. si qū. j. ad municip. l. j. in fi. de priuile. si Papa. lib. vj. cum simi. In gl.
2 super ver. egero. in princi. Allegatur ad vnum, † ꝙ illud, quod dicitur, secundo loco obligatus non potest conueniri, excussis bonis primi obligati, est verum, nisi notoriū sit, ꝙ iste primo obligatus non esset soluendo, quia tunc secundo loco obligatus potest conueniri, non facta aliqua excussione de bonis ipsius primo loco obligati. Ita dicit glo. & omnes pertranseunt. Solus autem Iac. But. in auth. præsente. C. de fideius. tenet contrarium, quia etiam si sit notorium, primo debet fieri excussio primi obligati, quàm conueniatur obligatus secundo. per tex. in Auth. de fideiusso. §. sed neque. vbi tex. dicit execu. debere fieri. Præterea licet sit notorium extra iudicium, attamen non obst. in iudicio, quia necessarium est, ꝙ sit in iudicio notorium, vt l. emptor. C. de euictio. & l. nomen. quæ res pig. obli. pos. Sed tu dic, ꝙ potest saluari ista glo. quia. §. sed neque limitetur per istum tex. quia non est nouum, nec absurdum, quód lex noua declaretur per veterem, vt l. non est nouum. & l. nam & posteriores. de leg. Nec obst. d. l. emptor. & d. l. nomen, quia est casus diuersus ab isto. Si est diuersus, ergo non obstat huic casui, vt l. naturaliter. §. nihil commune. de acqui. pos. & l. fi. de calum. Sed dico ꝙ opin. Bu. potest saluari in vno casu, scilicet quando per excussionem possum consequi, vt quia esset notorium principalem non esse soluendo propter bona alienata in fraudem creditorum, nam hoc casu debet agi prius reuocatoria,

catoria, quàm perueniatur cōtra fideiussorem, & sic operatur excussio, vt l.bona.§.j.ĵ.de iure fisci. vbi est declaratio istius gl.
3 Et Bar.deducit istam † glo.ad q.& primo quando habeo vnū tyrannum in debitorem, qui dedit mihi fideiussorem, nunqd possum conuenire istum fideiussorem, non facta discussione bonorum istius tyranni, qui non potest habiliter conueniri?& dicit ꝙ sic, per gl.in l.ij.qui satisda.cogan.& est alia. ff.de verb.
4 oblig.in l.si ita stipulatus.§.possum.†Sed quid si est valde rixosus & cauillosus adeo, ꝙ eius conuentio est difficilis, an potest veniri ad fideiussorem. Iac.de Are.tenet ꝙ sic, per l.ij.s̄.de ali.
5 iud.mutan.cau.fac.Bal.allegat † ad aliud, videlicet, quid si bona istius debitoris sunt omnia publicata, an possit conueniri fideiussor non facta debitoris excussione?& Bal.tenet ꝙ sic indistincte. Sed do.Raph. tenet contrarium per l.si debitori deportato.ĵ.de fideiul.scilicet, quia prius debet conueniri fiscus, quia semper præsumitur idoneus ad soluendum, vt l.j. §.si ad fiscum.vt lega.no.caue.& l.3.§.idem sciendum, ĵ.si cui plus q̄ per legem Falc.& l.j.de fun.do.& sic licet non debeat conueniri prius debitor, tamen debet prius cōueniri fiscus, in quem
a translatæ sunt omnes actiones. Ita consului ᵃ cōtra Bal.& maxime allegaui vnam sing. gl.in l.sententiam. C.de fideiuss. Sed contra prædicta facit, quia fiscus non præsumitur habilis ad
6 ad conueniendum, quia nimis potens, igitur. Sed dic,† ꝙ licet ipsa respublica videatur inhabilis ad conueniendum, tamen ciuitas poterit compelli ad faciendum procuratorem vel sindicum, cum quo creditor litigare possit, vt no.in l.de iure. ĵ.ad municip.& patet in l.4.de fideicom.libe. vbi vniuersitas compellitur facere procuratorem, quando quis vult litigare cum ea.& Bar.in l.solent.de annu.lega.& Bal.in l.fi.de fideicō.libe. & Innoc.in c.Romana.ad fi.de sen.excommu. Et ista practica fuit originaliter Iac.de Are.in d.l.4.de fideicom. libe. vnde clarum est, ꝙ si est dubium, ergo debet initiari contra fiscum, vt l.dubium.ĵ.de iure fisci. In ea.gl. primus intellectus non est verus, vt hic refert Bar.cui nihil adderem. Fuit alius intellectus Ioan.qui est verus. Fuit alius intellectus Richar.Malum.videlicet, ꝙ licet primus obligatus fuerit effectus non soluendo,& postea pendente iudicio talis secundo obligatus non potest obiicere, ꝙ ipse primo excutiat bona ipsius principalis. Barto. dicit, ꝙ iste tex.distinguit ita, quia aut non possum consequi aliud, & tunc potest obiicere, vt conueniatur primus obligatus. Sed licet iste intellectus sit notabilis, attamen non conuenit huic tex.sed Bal. hic sequitur istum tex. Richar. Malumb. dando intellectum ad auth.præsente.C.de fideius.

ADDITIO.

a ¶ Et ita consului Adde quod consilium habes, nu.91. Et incipit, visis quæ superius consulta sunt.

SVMMARIVM.

1 *Impersonalitas quando vitiet contractum & quando vltimam voluntatem.*
2 *Conuictus in iudicio, si offert illud, quod debet, non cogatur litigare.*
3 *Promittens dare decem quando liberetur dando expromissorem.*
4 *Iuramentum, quod habeat vim clausulæ, si non valet, quod ago, vt ago, valet vt valere potest.*

§. Labeo ait, cum. Impersonalitas circa verbum executionis ad ecta promissionem, vel obligationem non annullat. hoc dicit. Et
1 præmitte † ꝙ aliquando impersonalitas est respectu ipsius stipulantis,& nō vitiat, vt l.stipulatio ista.§.si quis ita. & l.si quis ita stipulatus.§.Chrysogonus.ĵ.de verb.oblig. Et est ratio. quia semper præsumitur sibi dari velle. Quia qui fecit actum, videtur magis pro se facere, quàm pro alio, vt l.& magis. de solu. Item præsumitur, ꝙ ipse stipulās velit, quod potius res valeat, quàm pereat, vt l.ij.de testa. mili. Aliquando impersonalitas versatur ex parte promittentis, & tunc aut versatur in verbo obligatiuo stipulationis, & tunc inducit stipulationem, vt in si quando.C.de constitu.pecu. Aliquando est in verbo executiuo obligationis,& tunc non reddit stipulationem nullam, vt hic,& ratio, quia vna pars stipulationis deleret aliam, vt l.nūmis.de leg.3. Ista sunt vera in cōtractibus. Sed quid in vltimis voluntatibus, an annullet vltimā volūtatem?& certe nō, quia semper præsumitur persona hæredis adiecta ad obligationē, vel grauamen, vt l.qui seruum.§.qui margaritam.de leg.i.No.
2 ꝙ dixi in summario. Secundo no.† ꝙ si conuictus in iudicio offerat, quod debet, non compellitur litigare, imo absoluitur. concor.l.si debitor offerret.de solu.s̄ de procura.l.si reus paratus.& Insti.de perpe.& tempo.act.in princip. In glo.super ver. dari. Bar.hic opponit ex gl.quia hic est impersonalitas, quę vitiat ipsam stipulationem, igitur &c. vnde dic, vt dixi s̄.in eui-
3 dentialibus. In glo.cogendum.† ibi, sed si simpliciter. In hoc dic, ꝙ aliquando promitto tibi decē dare, & tunc liberor dando expromissorem, vt hic. Aliquando promitto tibi decem simpliciter,& tunc compellor dare decem, vt l.si ita distrahatur.§.j.ĵ.de contrahen. emp. nec liberor dando expromissorē. Aliquando promitto tibi dare decem, & tunc compellor dare decem, vt l.promissor Stichi.§.fi.ĵ.de consti.pecu. Aliquādo promitto facere, ꝙ decem habebis, & tunc vide hic glo. quia aut adiicitur contractui, & tunc aut promisit se daturum, & tunc non liberatur dando expromissorem, vt l.promissor. §. penul.ĵ.de constitu.pecu.siue promisit se curaturum, & tunc liberatur, vt hic. Si autem loquitur in vltimis voluntatibus, & compellitur soluere, nec attenditur dicta differentia, vt d.l.si hæres.alleg.in glo. Bar. tenet contrarium, quia siue adiiciatur contractibus, siue vltimis voluntatibus, non liberatur, nisi det decem. Et ita sequitur, quia si non reperitur contrarium inter contractum & vltimam voluntatem, idem statuitur in contractibus, ꝙ in vltima voluntate, vt l.pactum inter hæredem. s̄.de pact. Vnde illud, quod dicitur in contractibus habet locū in vltimis voluntatibus,& hæc locum habent, quādo promitto nomine meo. Quid autem si nomine alieno?& tunc si promitto alium dare, non valet, vt l.inter stipulantem. ĵ.de verb. oblig.& Insti.de inuti.stipu.§.si quis alium. Fallit primo, quia si promitto alium dare id, ad hoc sum obligatus, vt l.quod autem.§.sed si quid.de consti.pecu. vbi casus sing. Fallit secūdo, quando promitto in prætorijs stipulationibus, vt l.quoties qs. de verb.obliga. Item fallit, nisi promitto, ꝙ Titius dabit cum
4 iuramento. Et ratio,† quia iuramentum habet clausulam, ꝙ si non valet, vt ago, valeat vt valere potest, quia suppleret se curaturum ꝙ daret, vt l.cum pater.§.filijs matrem.de lega.3. hīc fallit, nisi apponantur illa verba, me curaturum &c. vt Institu. de inuti.stipu.§.si quis alium.& l.inter stipulantem. vnde etiā valet ista stipulatio, quando promitto me soluturum nomine alterius, tunc promitto factum, igitur, vt l.ita stipulatus. §.possum.ĵ.de verb.obli. Aliquando promitto me daturum,& tūc liberor dando decem, non autem dando expromissorem, vt d.§.possum. Et diuersitatis ratio colligitur ex l.inter stipulantem. Aliquando promitto me facturum & curaturum & daturum, tunc liberor, si do promissorem, vt l.illa stipulatio. §.j. de verborum obligatio.

SVMMARIVM.

1 *Res mutuabilis ex quocunque contractu debita, potest in contractum mutui transferri.*
2 *Numerans per alium, fingitur per seipsum numerare.*
3 *Mutuum quod potest contrahi, etiam de eo, quod alteri debetur.*
4 *Mutuum contrahitur etiam ficta numeratione.*
5 *Fictiones duæ, ꝙ possunt concurrere ad causandum vnum effectum nō autem diuersos circa idem.*
6 *Res quæcunque mutuabilis, etiam non præsens duntamen sit parata solutioni, an possit in contractu mutui, & alijs contractibus deduci.*
7 *Lex hæc in principio loquens generaliter in pecunia quomodocunque credita, cur restringatur ad contractum mutui.*
8 *Lectura Guar. ad hanc legem, an sit vera.*
9 *Pecuniæ appellatione venit omnis res mutuabilis.*
10 *Nummi propter commistionem quando fiant commiscentis, non tamen alia res mutuabiles.*
11 *Pecunia, quod respiciat partem quālibet facultatum vbilibet existentium, ita vt non determinetur specie, neque loco.*
12 *Tutor, ꝙ possit contrahere mutuum cum pupillo, & quādo emere etiam clam & tacite.*
13 *Tutor an possit solus sibi soluere ex contractu mutui cum pupillo celebrato, & quid in alijs contractibus.*
14 *Iudicis authoritas quando sibi soluit tutor, an requiratur.*
15 *Pater tutor pupilli, an possit alienare res, quæ seruando seruari possunt ex necessitate.*
16 *Alteri per alterum, an speciale sit in contractu mutui, quod acquiratur, & procedat in alijs contractibus.*
17 *§. Si nummos in l certi cōditio. s̄.eo. loquens in pecunia numerata, an habeat locum etiam in alijs rebus mutuabilibus.*
18 *Decisio casus specialis a iure exorbitantis, an extendatur etiam ex identitate rationis.*
19 *Ius correctorium mediæ iuris prudētiæ reducens ius primum, ꝙ alias erat correctum ad obseruantiam extenditur per identitatem rationis.*
20 *Speciale, an sit in nummis, vt eorum communium pars petatur, habito respectu ad totam quantitatem.*
21 *Speciale, an sit in nummis, vt vsuræ non debeantur etiam pacto incontinenti apposito, nisi stipulatæ sint, & quid in contractibus stricti iuris. numero 22.*
23 *Singularia circa pecuniam respectu aliarum rerum.*
24 *Locatio si est facta pro re alia quam pro pecunia, tunc inuecta & illata non sunt tacite hypothecata, sicut quando fit pro pecunia.*
25 *Specialia in contractu mutui respectu aliorum contractuum.*
26 *Commodans pecuniam ad pompam, si aliquid recipit, quando licite recipiat.*
27 *Mutuum dans, si aliquid recipit a sponte dante remunerationis causa, licite recipit.*
28 *Stipulatio adiecta in contractu mutui, vel alia, quādo impediat actionem oriri ex contractu, & an sit specialis in contractu mutui.*
29 *Confessio facta in alijs contractibus, præterquàm in mutuo, non obligationem, sed probationem inducit.*

Pecunia

30 *Pecunia debita ex vna causa, quando conuerti possit in aliam. & nu. 33.*
31 *Dictio, apud, quid importat.*
32 *Genus perire non potest? Et quot ad debiti conuersionem requirantur? & an huiusmodi conuersio possit sine fictione fieri, & qua ad hanc conuersionem requirantur.*
34 *Debitum mihi ab vno, an conuerti possit in aliud debitum mihi celebrandum ab alio.*
35 *Liberatio debitoris an inducatur totaliter, si mercator promittit creditori debitoris id, quod debitor debet. & nouatione dicatur sublata prima actio.*
36 *Ius corrigens in nouatione non videtur corrigere in delegatione.*
37 *Excußio non requiritur, quando agitur contra mercatorum, vel campsorum fideiussores.*
38 *Verbum, spondeo. non inducit nouationem.*
39 *Testes quorum vnus dixit, quod vidit pecuniam numerari a Titio, alius vero, quod vidit numerari a Sempronio Titio volente & præsente, an sint contrarij.*
40 *Conuersione primi debiti in secundum, quod inducatur liberatio a primo ope exceptionis.*

LEX XLIII.

SIngularia. Hoc dicit secundum lect. Ioā. & Azo. recte intellectam. In cōtractu mutui hoc spāle est, vt res mutuabilis ex quacunque causa debita etiam non præsens, dūtamē solutioni parata, possit in causam mutui conuerti. hoc dicit. Vel sic, secundum lect. Guil. In pecunia numerata hoc est speciale, vt illa ex quacunque causa debita, etiam non præsens, dūtamen solutioni parata, possit in mutuum transferri. h.d. Vel dic & tertio secundum lect. aliorum antiquorum. In quacunque re per pecuniam æstimabili, ex vna causa debita, & in aliam trāslata hoc est speciale. vt illius dominium, si præsens fuerit res in contrahentem intelligatur translatū, etiam absq; traditione. hoc dicit. Vel sic, secundum quartam, quam posuit hic Ceruotus contra naturam & regulam contractus mutui, quæ est, vt mutuans desinat esse dominus. Mutuum aliquādo contrahitur in duobus casibus hic positis. Hoc probatur secūdum illam, quæ est communis, & ab omnibus approbata, excepto Richar. de Salic. cuius intellectum infra referam. Nota 1 secūdum veram lect. † quod res mutuabilis ex quocunque contra2ctu debita, potest transferri in contractum mutui. No. † quod ille, qui per alium numerat, per seipsum fingitur numerare. Ad 3 idem j. de solu. l. qui mandat. cum alijs vulgaribus. † No. quod nō solum de meo, sed etiam mihi debito, possum mutuum contrahere, & hoc est speciale, & cōtra regulam mutui positam 4 s. eod. l. ij. §. appellata. No. † quod non solum vera numeratione, 5 sed etiam ficta, mutuum contrahitur. No. vlti. † quod ad vnum & eundem effectum causandum possunt concurrere duæ fictiones numero. Ad idem j. de iure dot. l. licet. §. quoties. non autē ad diuersos circa idem causandos. C. de dot. promi. l. j. & in l. si seruus communis. §. seruus capto. j. de stip. seruo. in gl. De hoc tamen articulo dicite, vt late per Bar. de Salic. in l. si is qui pro emptore, & ibi dixi post eum. Et pro clariori glo. intelligentia, quia gl. & Doc. confuse in lecturis in eis positis ad l. istam procedunt, declaremus primo lectu. Ioan. & Azo. quæ fuit, quod in hoc sit speciale in contractu mutui, scilicet quòd res quæcunque mutuabilis etiam non præsens, duntamen solutioni parata, possit in cōtractum mutui transferri. Videamus primo 6 quæ † potuit esse ratio mouens prædictos ad hāc lect. Et certe duplex. Prima quia ista l. vult aliqua specialia fore in causa mutui, ergo quod hoc erit speciale, quod dictum est, & in cōtrarium erit ius commune. s. de leg. l. ius singulare. cum simi. Secundo quia nudo titulo ex contractu proueniente regulariter dominium sine traditione non transfertur. j. de acqui re. do. l. nunquam nuda. C. de pac l. traditionibus. Sed hic solo contractu præcedente fingitur dominium in creditorem translatum absque traditione, igitur hæc non vera, & communiter reprobata. Primum enim, quod dicunt esse speciale, scilicet vt quælibet res mutuabilis, & non præsens, solutioni tamen parata, in contractum mutui transferri possit, verum non est. Primo quia & in contractu mandati, hoc idem reperitur, vt j. mand. l. si mandato meo. § fi. Secundo, quia idem in contractu dotis. j. de iure do. l. si sponsalibus. §. j. & l. licet. §. quoties. & l. si mulier debitori. Tertio ad idem l. 3. §. fi. j. de dona. inter vi. & vxo. Quarto, quia & in quolibet contractu hoc esse videtur, scilicet vt dominium rei apud debitorem existens de volūtate domini, in eundem transfertur absque noua apprehensione, seu traditione, etiam si res non sit in præsentia, vt probatur, j. de acqui. ret. dom. l. qua ratione. §. interdum. Institu. de rer. diui. §. interdum. s. de rei vend. l. eius qui. & l. hoc si res. & hoc vltimum fuit Odofre. & Iac. Bal. contra gl. quod tamen non obst. Primo, quia Io. & Azo loquuntur de dominio ficte transferendo in creditorem nolentem sibi debitum ex vna causa in aliā transferri, vt hic patet. Iura autem per prædictos allegata loquuntur in dominio vero transferendo in debitorem, ex creditoris voluntate. Præterea iura prædicta loquuntur in re, quę creditoris est, per alium tamen retenta, prout est exemplum s. eo. l. certi. §. si. Ioan. autem & Azo loquuntur in re, quæ creditoris non est, sed eidem debita, vt hic patet. Vnde capiamus secundam lect. quę fuit Odofr. & Iac. hic addita per Ceruotum in fi. primæ gl. quæ vult, quod hæc lex, quæ ponit quædam specialia in mutuo respectu ipsius mutui, & contra eiusdem regulā & naturam, non autem respectu aliorū contractuum. Videa7mus ergo, quæ potuit † esse ratio, quod principium huius legis generaliter loquens in pecunia quomodocunq; credita, restringatur ad contractum mutui tantum. Et certe duplex. Prima, quia ex primo exemplo declaratur generale dictum legis. j. de vi & vi arma. l. j. §. quod vulgo. de dam. infec. l. damni infecti stipu. pertinet. sed exempla duo hic posita loquuntur tantum in mutuo, vt ex se patet, ergo & dictum legis generale. Sed ad hanc posset responderi, scilicet quòd licet exempla declarent, non tamen restringuntur. j. de iuris & facti ignoran. l. regula. §. penult. & d. §. quod vulgo. cum similib. Sed duo termini hic expressi loquuntur tantum in mutuo, ergo non debet extendi dictum legis ad aliud creditum in genere, quod a mutuo differt, prout genus a specie. s. eo l. 3. §. item creditum. Secundo, quia ratio dubitandi, item & decidendi est alia, quæ declarat legem, & dictum alias generale restringit. s. de calum. l. hæc actio. de leg. ij. l. cum pater. §. dulcissimis. de iure patro. l. adigere. §. quamuis. cum similib. Sed ratio dubitandi in hac l. fuit, quia nummi non erant accipientis vere, & ratio decidendi, quia erant saltem ficte, vt patet hic, in verbo, licet nummos meos nō acceperis. Et hæc ratio concludit tantum in mutuo, non autem in alio credito, de cuius natura est, quod de meo tuum fiat, vt l. ij. §. appellata. s. eod. igitur & in mutuo tantum concludit generaliter dictum huius legis per suam rationem 8 restrictum. Veniamus ad tertiam lecturam Guar. † quæ fuit, quod lex ista velit hoc dicere, scilicet quod in pecunia numerata respectu aliorum mutuabilium, sit hic speciale, scilicet vt illa ex quacunque causa debita possit transferri in contractum mutui, licet non sit præsens, duntamen solutioni parata. Hæc autem communiter per omnes reprobatur, firmiter tamen a Richar. & Bar. de Salic. repetentibus hanc legem. Primoquia quemadmodum voluit Doct. secundum lect. positam per Ceruotum, quod non debeat extendi ad terminos differentes ab expressis, vt a contractu mutui per præallegata, ita dicunt ipsi, quod deberet etiam velle, quod hæc lex loquens in nummis, non extendatur ad alia mutuabilia, a nummis differētia. arg. d. l. Papinianus exuli. cum alijs alleg. Ad quod potes respondere, quod licet exemplum legis loquatur in nummis, nihilomi9nus generale dictum loquitur in pecunia. † cuius nomen large consideratum omnem rem mutuabilem comprehendit, vt s. eo. l. ij. §. item creditum. in glo. & plene no. C. de constitu. pecu. l. ij. de leg. j. l. talis scriptura. per Bar. & l. pecuniæ verbum. de verb. signifi. Secundo mouetur. quia si diuersa & maior est ratio ad constituēdum hoc speciale in pecunia numerata magis, quàm in alijs mutuabilibus, vt infra ostēditur, ergo diuersa inter pecuniam, & alia mutuabilia debet esse iuris dispositio. de pactis. l. quod dictum. cum similib. Maior autem ratio, quod in pecunia numerata, ostenditur. Primo, quia frequentius cum ea mutuum contrahitur, quàm cum alijs mutuabilibus, ergo propter sui maiorem frequentiam, maius meretur priuilegium. j. de vsur. l. [illegible]on iusto. in princip. Secundo, quia pecunia ipsa maiorem potentiam habet in se, & dignitatem, quam aliæ res æstimatæ, quod non est in alijs. j. de fideiusso. l. si ita fideiussorem accepero. Item, quia ipsa pecunia est mutuabilis respectu bonitatis intrinsecæ, quam vbique retinet. vt j. de eo quod certo loco. l. ideo. quod non est in alijs mutuabilibus, maiorem ergo prærogatiuam ex prædictis pecunia consequi debet. Tertio mouetur, & hæc est efficacior, quia ideo pecunia numerata ex alia causa debita potest conuerti in mutuū, etiam si non sit præsens, quia qualitas eius intrinseca semper est certa & mutuabilis tam in specie, quàm in bonitate, vt d. l. ideo. quod requirit natura mutui in quo debet esse certum, ad quid, quale, & quantum obligatio contrahatur. s. eo. l. certum. In alijs autem mutuabilibus hoc non est, quoniam eorum qualitas, bonitas, vel substantia variabilis est, vt ex se demonstratur, vnde tempore conuersionis in mutuum fiendæ præsens sit res alia mutuabilis, vtputa granum, non potest eius qualitas sciri, neque bonitas per ipsum creditorem, vnde deficeret tunc vnum, quod est de natura, quia ignoraretur ad quid, & ad quale, contraheretur obligatio, vt d. l. certum. & l. cum qd. eod. tit. Vnde clarissime sequitur secundum eos, quod licet in pecunia numerata sit hoc speciale, quod illa ex quacunque causa debita, potest etiam sine sui præsentia in mutuum conuerti, tamen in alijs mutuabilibus per præalleg. efficacem rationem, sit contrarium, scilicet vt alia ex alio contractu debita non possint conuerti in mutuum, nisi tempore conuersionis sint præsentia, & tunc secundum eos vera est opinio & lectu. Pi. quæ hucusq; ab omnibus reprobata fuit. Aduertendum,

quia

quia licet hæc opinio videatur colorata maxime per hanc vltimam rationem, nihilominus de mente iuris non ſubſiſtit. Primo,quia ſi in dote hoc eſt,vt non ſolum pecunia numerata,ſed etiam non mutuabilis,vt certum corpus,ex quacunque cauſa,debita,poſſit in contractum dotis conuerti,vt probatur ex generalitate literæ, vt l.ſi res æſtimata.in fine, & magis in ſpecie,vt l.ſi ſponſalibus.§.j.j̃.de iure do.etiam ſi res non ſit in præſentia tempore conuerſionis,vt ibidem, ergo & idem debet eſſe in contractu mutui,qui propter ſui maiorem frequenciam,magis debet priuilegiari,vt d.l.iuſto.& hoc maxime verum eſt.Qua ratione contra prædicta Doct. mouentur ad dicendum id quod dicitur in pecunia numerata, nõ dici in alijs mutuabilibus & contractibus mutui,vendicant ſibi locum in contractu dotis,in quo etiam debemus eſſe certi,in qua qualitate,bonitate,& ſubſtantia res dotalis ſit tradita,quia & in eadem qualitate præciſe ſoluto matrimonio eſt reddẽda.Caſus eſt.j̃.de iure dot.l.res in dotem.Secundo,quia qualitas ipſa rei mutuabilis,præter pecuniam,& in mutuum deducendæ, poteſt ſciri ſine ipſius præſentia,vt ex dicto debitoris conſentiẽte creditore, ergo id quod dicitur in pecunia, debet dici in alijs mutuabilibus,cum hoc priuilegium detur contractui mutui, propter eius frequentiam,non autem rei mutuabili in cõtractum deducendæ,vt hic eſt caſus,in verbo,pecuniæ creditæ,ꝙ debet exponi, id eſt mutuatæ ſecũdum ſubiectam materiam rubricæ, quæ de mutuo ſpecialiter tractat, argu. j̃.de in diem addic.l.Imperator.Teneo ergo communem lecturam, & habeo concluſionem hanc pro indubitata,ſcilicet ꝙ non ſolum pecunia numerata, ſed etiam quælibet mutuabilis res poſſit etiam ſine ſui præſentia in contractum mutui cõuerti.Hic eſt caſus ſecundum Ioan.& Azo.Quartam autem lecturam antiquorum non examino,nec ſimiliter intellectum,quem Ceruotus dedit ad lecturã Azo.quoniam hæc ambo ad plenum hic examinat Bar.nec eſt opus addere.In glo.j ibi,id eſt ſpecialia quædam,quæ in alijs contractibus &c. hæc fuit lectura Io. & Azo.quam ſuperius declaraui,quoniam in hoc non eſt ſpecialitas in contractu mutui reſpectu aliorum, vt in prima re-

10 probatione vidiſti.In ea.ibi, eſt & tertium,† ꝙ facilius conſumuntur nummi immiſtione &c.Supple & conſequenter dominium nummorum alienorum propter commiſtionem, efficitur commiſcentis,vt in d.l.ſi alicui,cum ſimilib. de ſolu. Et hoc eſt ſpeciale in pecunia reſpectu aliarum rerum, quoniam illę propter commiſtionem non efficiuntur commiſcẽtis,vt l.Pomponius ſcribit,ſi frumentum.de rei vend. & Inſtit. de rerum diuiſio.§ ſed ſi frumentum.Sic dicunt omnes communiter.tu adde, quia in quantum primo volunt, ꝙ nummi propter commiſtionem efficiantur commiſcentis, debet intelligi, vbi ob ipſam commiſtionem inducta eſſet impoſſibilis nummorum ſeparatio aut diſcretio,quoniam ſi miſti facile cognoſci poſſunt ab alijs nummis, qui prius erant commiſcentis, ex tali commiſtione nõ inducitur dominii tranſlatio, hoc primo probo per tex. in d.l.ſi alicui. a contrario ſenſu. in verbo,ita ꝙ diſcerni non poſſit. ſecundo per d.l. Pomponius. §.ſed ſi fundum.qui ad hoc optime facit.Secundo hoc intelligo,quando commiſcens bona fide commiſcuit, & præcedẽte cauſa habili ad tr ãſlationẽ dominii,ſecus ſi mala, vt quia eos ſciebat eſſe alterius, quàm commiſcentis. Item nulla cauſa habili præcedente ad tranſlationem, quoniam tunc commiſtio tranſlationem dominij nõ inducit. Iſtud probatur in l.de eo.§.ſi quis.s̃.ad exhiben.& bene facit s̃.eo.l.rogaſti.§.fi. Item dixi,ꝙ oporteret præcedere cauſam habilem ad tranſlationẽ. Probatur, quia ſi nuda traditio non præcedente cauſa habili ad dominij tranſlationem,non cauſat dominium. j̃.de acqui. rerum domi. l.nunquàm nuda, ergo multo minus nec commiſtio,& ita declaro.l.illam,ſi alicui. Secundo in quãtum volunt hoc eſſe ſpeciale in nummis, adeo, quòd in alijs rebus commiſtio nõn inducit tranſlatio.Adde,quòd hoc non videtur verum,quia ratio quare commiſtio in nummis cauſat dominium in commiſcente,eſt,quia per ipſam commiſtionem eſt inducta impoſſibilis nummorum recognitio, vt atteſtatur Iuriſconſul.in d.l.ſi alicui.Sed & iſta pariter locum habent in frumento, vino, & alijs ſimil. vt ex ſe patet, igitur & eiuſdem legis diſpoſitio.l.illud.s̃.ad leg.Aquil.& l.a Titio. j̃.de verbor. obligatio. Non obſt. l.Pomponius. & d.§.ſed ſi frumentum. quoniam illa per prædicta debent intelligi, vbi commiſtionẽ non præcedebat bona fides,neque habilis cauſa ad tranſlationem dominij.Ita hoc vltimum argumẽtatur hic Bal.& recte. In ead.glo. item pecunia ex bonis debita &c.eſt ergo conclu-

11 ſio communis poſt iſtã gl.† quia pecunia partem quamlibet reſpiciat facultatum vbilibet exiſtentium adeo, ꝙ non determinatur ſpecie,neque loco, vt l.fideicommiſ. §. tractatum.s̃. de iudi. quod ſecus eſt in rebus alijs,vt hic in glo. Tu dic hoc in nummis ſpeciale,quia idem eſt in debito generis,quia non eſt ibi determinatum corpus,neque determinatus locus. s̃.de iudic.l.quod legatur.§.j.vnde relinquitur,nec hoc eſſe in pecunia ſpeciale in contractu mutui reſpectu aliorum contractuũ

12 dupliciter.Primo ꝙ † tutor contractum mutui ſola authoritate poteſt cum pupillo celebrare,vt l.quoties.§.ſicut.j̃.de admi. tuto.Adeo,ꝙ non alium contractum,vt l.ſi in emptione.in fi. j̃.de contrahen.emp.Hoc eſt falſum, quoniam & imo poteſt ſola ſua authoritate contractum emptionis cum pupillo celebrare,duntamen palam & bona fide emanat,non autem clã & tacite,vt probatur C.de contrahen.emptio.l.cum ipſe. j.de autho.tuto.ſic dicunt communiter. Quibus adde, ꝙ & celebrari poterit contractus emptionis per tutorem de re pupilli, & clam,& tacite,eo caſu,ꝙ ipſe non noulter emit,ſed rem pupillarem ab alio emptam,ſibi retinere vult, eo, quia primus emptor precium ſoluere nõ poteſt. Allego ſinglarem caſum j̃.de admi.tuto.& l.tutor rerum.ſecundum vnam lectu.quam

13 ibi ſequitur Bar.Secundo principaliter vult glo.ꝙ † ex contractu mutui,per quam pupillus tutori obligatus eſt, poteſt ipſe ſolus tutor ſibi ſoluere,vt d.l.quoties. §.non tantum. §.ſicut. quod ſecus eſt in alijs contractibus. Bart.hic & in l.ij.ad fi.de ſtipu.ſeruo.vbi plenius improbat, & communiter ſequimur, dicens, quod etiam ex alio contractu ex quo tutor pupillum habet obligatum ſibi ſua authoritate ſoluere poteſt. Alleg.caſum notab. j̃.de contrahen.empt.l.fiſtulas.§.fundum. Tu aduerte,quòd ad illum tenendo glo.poteſt reſponderi,quòd ille loquitur vbi contractus emptionis,ex quo tutor ſibi ſoluit,fuit celebratus per eum cum patre pupilli. Quid autẽ ſi cum pupillo celebret? tex.iſte non decidit,vnde remanet hoc dubitabile.Dico tamen,ꝙ aut contractus mutui emptionis,vel alius per tutorem ſua authoritate cum pupillo celebratus,fuit nullus,vt patet in caſibus no.in d.l.5.in princip.de autho tuto. & tunc de ſolutione fruſtra tractatur,quia illa fieri non debet & ſi fiat,eſt nulla.j̃.de condi.indeb.l.quod pupillus. Aut loquimur eo caſu, quo contractus validus cum pupillo celebratur, & tunc puto,ꝙ hoc caſu ſibi ſoluere poterit, quemadmodũ quando celebratus eſſet cum patre pupilli. Primo per identitatem rationis,quæ eſt in vtroque caſu, ſecundo per ea, quæ plenius ſuper hoc no.Barto.in d.l.ij.ad fi.de ſtipu ſer. Iuxta ta-

14 men hoc † cadit dubitatio,nunquid eo caſu,quo tutor ſibi ſoluit,requiratur iudicis authoritas?& certe ſi ſibi ſoluit pecuniã quæ dicitur res,quæ ſeruando ſeruari non poteſt,non requiritur iudicis authoritas,ſecus ſi aliã rem immobilem, quæ ſeruando ſeruari poteſt,vt probatur hæc diſtinctio. C.de admin. tuto.l.lex quæ tutores.ſecundum Bal.hic,& recte,in aliquibus

15 lect.vlterius † dicentem hoc fallere in patre,quia alienare poteſt in cauſam neceſſariam res ipſius pupilli,quæ ſeruando ſeruari poſſunt, quando tutor ſibi deputatus, & etiam ſine iudicis decreto. Allegat ſingulare dictũ Azo.in ſumma.C.de bon. quæ libe.quod dicit eſſe aureum. Dico vtrunque maledicere & contra caſum l.in l.pupillorum. §.ſi pater. j̃.de bus eorum. Et aduerteſ.ꝙ Bal.non bene intellexit Azo. quia loquitur eo caſu,quo pater non tutor eſt filij,ſed legitimus adminiſtrator eiuſdem iure vſusfructus,quem habet,vt in l.j.C.de bon.mat. ſecus ſi eſſet tutor non iure patrio,neque vſusfruc. ſed accidẽtaliter,puta,quia a iudice deputatus.Ita loquitur ille §.ſi pater, & ita forte poſſet ſaluari Azo. circa cuius dicti intellectũ etiã Bal.tetigit in l.j.j̃.de reb.eor.In ead.ibi,per pactum alteri quæ-

16 ritur actio &c.vult † ergo gl.hoc eſſe ſpeciale in mutuo reſpectu aliorum contractuum,quia in illo alteri per alterum quæritur,vt in l.certi condictio.§.ſi nummos. & in l.fi.C.per quas perſo.nobis acqui.quod ſecus eſt in alijs,vt in l.j.C.eod.titu.& ita loquuntur communiter, & male iudicio meo, quia imo idem reperimus in contractu depoſi.vt l.penul. j̃.ad exhiben. Idem in contractu donationis,vt l.quoties.C.de dona quę ſub modo.Idem in dato ob rem.s̃.de calum. l.ſi quis ab alio. Idẽ in indebito,vt j̃.de condi.indeb.l.ſi procura.in glo.vnde relin-

17 quitur hoc in contractu mutui ſpeciale non eſſe.Cadit † tamẽ circa hoc dubitatio vna,ſcilicet an d §.ſi nummos.locum habeat ſiue ſit mutuum in pecunia numerata, ſiue in aliis reb. Bar.hic quod ſic, & verbum pecuniæ poſitum in d.l.cum per liberam.tanquam in materia fauorabili,debet extẽdi ad omnem rem mutuabilem,argumen.de reg.iuris.odia.lib.vj.iuncta l.j.C.de conſtitu.pecu.Item quia eadem ratio eſt in omnibus mutuabilibus,vt ex ſe patet, igitur &c. Bart. de Salic. dicit ſe publice in ſua repetitione tenuiſſe contrarium.Primo, quia ea quæ a iure communi exorbitant,non debent ad conſequẽtias trahi.de reg.iuris.quę a iure.& in c.in argumentum.lib 6. Sed tex.d.§.ſi nummos ponit caſum ſpecialem & exorbitantem a communi regula.d.l.j,igitur. Secundo, quia diuerſa eſt ratio inter pecuniam & alia mutuabilia, quia mutuum in pecunia numerata frequentius contrahitur,quàm in aliis, ergo magis priuilegiatum deberet a iure eſſe, vt dicta l.iuſto precio.

18 Tertio adduco,quia deciſio † caſus ſpecialis a iure communi exorbitantis, non extenditur etiam per identitatem rationis, vt ſolet allegari notab.gl.de hære.in fidei fauorem. in vj.& in c.conſtitutionem.de regularib. eod. lib. Breuiter ſequor Bart.

ratione,

ratione, quia nedum in specialibus casibus, sed etiam in correctoriis verbum legis per identitatem rationis extenditur de stricta significatione ad latam. Gl. sing. allegant Canonistæ de electio. in clemen. i. in verbo, eligant. Cui do consonam de iure ciuili, in authen. minoris. C. quando mulier tut. in verbo, ad curationem. & in authen. vnde sumitur, ergo sequitur quod verbum pecuniæ, positum in dicta l. cum per liberam. propter veram concurrentiam identitatis rationis, extendatur de stricta significatione ad latam adeo, quòd comprehendat quamcunque rem mutuabilem. Secundo hoc ego probo, quia † vltimum ius etiam correctorium mediæ iuris prudentiæ reducens ius primum, quod alias erat correctum ad obseruantiam extenditur, per identitatem rationis. Ista est glo. singularis de præbend. c. statutum. lib. vj. Sed tex. d. l. cum per liberam. reducit in illo casu ius primum correctum, quo cauebatur alteri per alterum stipulari posse, igitur &c. In eadem ibi, item aliud † ex nummis mutuatis, vult ergo glo. quã communiter sequimur, quod in nummis sit hoc speciale respectu aliarum rerum, scilicet vt illorum communium petatur pars, ad totam quantitatem habito respectu, non autem ad singula corpora, vt l. nã & si fur. in fi. in hoc titu. quod non est in alijs rebus. Ego dico cum Bal. contrarium, quia idem est propter identitatem rationis in omnibus alijs, in quibus singulorum corporum difficilis est separatio. Et ad hoc probabiliter præstat argumen. l. antepenul. §. fami. ercisc. & l. 3. C. communi diui. In quantum autem glo. vult † vltimo, quod & speciale sit in pecunia respectu aliarum rerum. scilicet vt nullæ vsuræ non possint deberi sine stipulatione, etiam per pactum incontinenti appositum, vt l. 3. C. de vsuris. quod non est in rebus alijs, vt l. oleo. & l. frumenti. C. eod. tit. Adde, quod hoc fallit in ciuitate, vt in l. etiã. ff. de vsuris. Quinimo hoc est verum in cõtractibus stricti iuris, quoniam in contractibus bonæ fidei vsuræ pecuniæ debentur ex pacto incontinenti apposito. ff. deposi. l. publia. §. i. ff. de vsur. l. cum quidam. §. ex locato. Et vltimo dico, quod † vbi requiritur aliquis contractus stricti iuris, qui habet similitudinem cum contractu bonæ fidei, certè vsuræ pecuniæ debentur ex illo contractu stricti iuris, per pactum incontinenti appositum, quemadmodum si esset contractus bonæ fidei. Ad hoc noto glo. singula. ff. de præscrip. verb. l. Titius. Ex prædictis ergo patet glo. nullam veram specialitatem posuisse, licet communiter quasi per omnia approbetur per Doc. Extra istam autem primã in glo. aliqua vera specialia notari possunt circa ipsam pecuniam numeratam respectu aliarum rerum. Et † primum, quod in generali legato pecunia numerata fœnori deputata, aut faciendæ negociationi, non venit, licet veniat res aliena. de legatis. 3. l. si mihi Meuia §. fina. & l. si chorus. §. j. Secundum, quod sine ea venditio contrahi non potest, vt ff. de contrahen. empt. l. ii. §. fine precio. l. naturalis. §. & cum id. ff. de præscriptis verb. Et idem est in locatione. l. i. §. si quis seruum. ff. depo. Tertium, quod vbicunque mentio fit de pecunia numerata, semper in dubio iudicamus contractum venditionis, vt l. apud Celsum. §. si cum legitima. In glo. parua. super ver. precio accepto. ff. de doli excep. & in l. fi. C. de præd. cu. lib. x. Quartum, quod pœna pecuniæ numeratæ adiecta, præsumitur in dubio adiecta in fraudẽ vsurarum. quod non est ita regulariter, si adijciatur alijs. C. de vsur. l. cum allegas. §. eo. l. rogasti. § si tibi. & ibi dixi post Barto. Quintum, quod si fiat interrogatio in pecunia certo nomine demonstrato, & sequatur responsio non secundum idẽ nomen, sed in nomine sibi conformi & eiusdem significatiuo non vitiatur stipulatio. ff. de verb. obliga. l. quæ extrinsecus. quod nõ cadit in rebus alijs. Sextum & hoc est lac. de Are. hic. quod quælibet res æstimata potest mutuo dari pro pecunia numerata. C. eod. l. si pro mutua. quod non est in rebus alijs. Et vna species posset dari pro alia, nec tunc resultat mutuum. §. eo. l. ij. in glo. Septimum, quod licet pecunia fiat vera & iusta, si tamen fabricata a non habente authoritatẽ faciendi, reputatur falsa, & pœna falsatoris, faciens punitur. C. de fal. mo. l. ij. vbi est notabilis casus, qd est secus in rebus alijs, quia non refert, quomodo fiant, dummodo fiant. de verb. obliga. l. cum seruus. cum similibus. Octauum, quod vna pecunia eiusdẽ materiæ, licet formæ diuersæ, potest pro alia solui. infra de solutio. l. Paulus respondit, C. de donatio. l. si quis argentum. cum ibi no. in glo. & dixi in l. ij. §. j. §. eo. quod non est in rebus alijs. §. eodem. l. cum quid. Nonum, quia per eam quælibet res æstimatur, quod non contingit in re alia, scilicet vt vna æstimetur per aliam. ff. de fideiuss. l. si ita fideiussorem accepero. Item, quia quælibet condemnatio ad interesse succedens loco obligationis facti iuxta materiam. l. stipulationes non diuiduntur. fit in pecunia, non autẽ in re alia. C. de inuti. stipu. l. 3. ad fi. Hæc sunt ea specialia, quæ potui comperire in pecunia respectu rerum aliarum. Quibus etiam potes addere aliud, quod † si fiat locatio in pecunia numerata, tunc censentur obligata pro pensione inuecta & illata, iuxta materiam. l. item quia. §. de pact. secus si fiat in re alia, quia tunc cum illa impropriè locatio fit, non censentur locatori obligata. Singulare est verbum Spec. in tit. de loca. § post. quod tenet Bal. contra. ff. loc. l. prima. quod pro nunc non examino. Est autem videndum, quæ sint † specialia in contractu mutui respectu aliorum contractuum. Et primum est, quod mutuum dans non potest pro co nummũ sperare. aut recipere, vt in scriptura, Mutuum dantes &c. & extra. de vsur. c. consuluit. † quod secus est in contractu alio, vt puta commodato, quia si pro pecunia mercatori ad pompam commodata iuxta formam. l. tertia. §. fina. cum l. sequen. l. commo. paciscatur commodans de certa pecunia danda, licita est pactio etiam iure cano. neque incidit commodans in pactum vsuræ. Ita scribit Bal. & plenius. §. de rei vendi. l. si nauis. referens ibi Theologos hoc tenere. Per hoc ego do singula. glo. extra de vsuris. c. cum questus. in glo. magna. Pro veritate tamen huius aduerte, quia aut volumus dicere, quòd commodans expresse fuerit pactus de aliquo certo dando respectu pecuniæ commodatæ, & non debemus dicere, quod licet hoc sit prohibitum in mutuo, sit tamen permissum in commodato, quia eo ipso, quòd pactum ita sit contractus resultans ex illa pecunia ad pompam præstita non est commodatum, quia de eius natura est, quòd sit gratuitum ff. de præscrip. verb. l. si rem inspiciendam. §. j. vnde omnes male loquuntur in isto facto. Aut non est factum expresse pactum, sed eo animo & intentione, quis commodat, vt eius respectu quid certum consequatur, & tunc similiter hoc non est commodatum. Ad hoc tex. optimus. l. si tibi polienda. in fi. rubr. Aut neutrum istorum interuenit, quia neq; commodans pactus est, neque eo animo commodauit, sed commodatarius liberaliter remunerãdi animo, quid sibi tradidit: & tali casu, licet tunc non desinat esse commodatum, vt probatur ff. mand. l. si remunera di. in princip. nihilominus non erit hoc † solum in commodato, sed idem in mutuo. Potest enim mutuans licite & in conscientia recipere id, quod sibi vltra pecuniam mutuatã remunerationis causa datur, vt terminat elegans disputatio Ioan. And. de regu. iuris. c. peccatum. lib. vj. in mercur. Vnde non tunc erit differentia inter commodatum & mutuum, quemadmodum volunt gl. & Bal. Ita dico ego in hoc passu notabili & subtili. Secundum speciale, quòd licet alias restituatur minor, & si cum iussu patris contraxerit, nihilominus nõ restituitur, si cum iussu patris celebrat contractũ mutui. §. de mino. l. 3. §. sed vtrum. ad fi. Tertium speciale est, quòd licet in aliis contractib. si minor velit restitui, oporteat probare læsum, nihilominus, si petit tanquàm læsus restitutionem aduersus contractum mutui, cum eo fœneratitiè celebrati. oporret mutuantem probare minorem non læsum, neque ei incumbit læsionis probatio. Casus est singu. ſm vnã lectu. C. si aduer. cred. l. j. quã tamen limitabis, vt habetur singulariter. C. qui & aduer. quos. l. j. Quartum speciale, & hoc † est Iac. de Bu. quòd in contractu mutui stipulatio incontinenti secũ adiecta impedit ex mutuo actionem oriri, quia ex sola stipulatione oritur, vt §. eodẽ. l. certi condictio. §. quoniam. ff. de nona. l. si ita. § vno. cum l. sequen. quod secus est in alijs contractibus, vt emptionis, societatis, & alijs simi. Quia in illis sequens stipulatio incontinenti adiecta, non impedit ex ijsdem actionem oriri, quia imo actio erit, & ex contractu, & ex stipulatione. ff. de viuris. l. si stipulatus §. verum. ff. pro socio. l. duo societatem contraxerunt, vt Grammaticam docerent. quæ verba licet simpliciter sequatur hic Bal. tamen Bar. improbat dicens hoc non esse speciale in mutuo, scilicet vt stipulatio adiecta impediat ex eo actionem oriri, quia idem secundum eum est in omni contractu, qui re contrahitur propter identitatem rationis, vt in deposito, commodato, & similibus. Tu aduerte, quia hoc videtur falsum. quia si illa stipulatio adijcitur cõtractui commodati, aut mutui ad fortificandum ius ipsius creditoris. & maiorem cautelam. non debet operari diminutio, qđ esset si ex contractu actio non oriretur, ad hoc in specie licet multa sint similia. ff. vt lega. nomi. cauea. l. i. §. hæc stipulatio. Non obstat §. quoniam. & d. l. si ita. in §. i. Quoniam ideo ibi ex contractu mutui, si stipulatio intercedat, prohibetur actio oriri, quia nihil interest mutuantis, quod oriatur, quoniam & illa est stricti iuris, quæ ex mutuo oritur, vt in §. actionũ. Instit. de actio. sicut illa, quæ ex stipulatione descendit, vnde cum nõ intersit mutuantis duas actiones eiusdem generis habere, & multiplicationem actionum lex abhorret, vt in l. non est nouum. ff. de actio. emp. merito lex considerans mutuanti sufficere actionẽ ex stipulatione ortam, nolit aliam oriri ex mutuo. secus autem est in contractu depositi, & commodati, quia interest creditoris ex istis actionem oriri. Quoniam illa quæ ex his oritur, est actio bonæ fidei, quæ magis priuilegiata est, quàm actio ex stipulatione descendens, quæ stricti iuris est. Vnde in isto passu sum in pura & vera consideratione dicens, quod aut interest creditoris actionem ex contractu oriri, quia illa erit bonæ fidei, & tũc alia ex stipulatione descendens est stricti iuris, non impedit oriri ex contractu. Ita allego notabilem casum in dicta l. duo societatem, quam ad hoc subtiliter considero. Aut

Aut intereſt creditoris in contractu non oriri actionem, &
tunc illa non oritur,ſed tantum ex ſtipulatione deſcendit.Iſte
eſt caſus.C.de iure dot. l. auia.& l. j. §.accedit.C.de rei vxoriç
act.Aut neque intereſt,neque non intereſt, quia vtraque eſſet
ſtricti iuris,& tunc non oritur actio ex contractu, ſed ex ſtipu-
latione tantum.Et ita loquitur.d.l.ſi ita.§.j.cum l.ſequen.Hãc
conſiderationem collegi ex dictis Bar.in ſimili materia,in l. q
bis idem.in diſtinctione ſua magna de verborum obligatio.
ex tex.in l.licet.§.obligatio.ſ̄.de procurat.& in l. ſi tibi manda
uero.§.interdum.j̄.manda.& ex gloſ.ſingul. quæ declarat illa
duo iura, quam omnino vide. Quoniam illa eſt fundamentũ
illius opinionis in l.ſi mandato meo.§.fin.j̄.manda.& iſta no-
uiſſime loquor in hoc paſſu.Habet tamen hæc opinio dubita
tionem,quia nunquã videtur poſſe dari caſus, in quo in ſtipu
latione adiecta, bonæfidei oriatur actio ſtricti iuris, quoniam
licet actio ex ſola ſtipulatione per ſe manente,deſcendens ſtri
cti iuris ſit,vt l.alias. j̄. de in litem iuran. nihilominus deſcen-
dens ex eodem adiuncto contractui bonæfidei, aſſumit natu-
ram bonæ fidei reſpectu contractus,cui adiicitur.vt notat glo.
ordina.j̄.de verborum oblig atio.l.ii cum aliter. & facit. d.l.j.
§.hæc ſtipulatio. j̄. vt ligar. nomine cauea. in hoc eſt cogitan-
dum.Item eſt ſpeciale in contractu mutui reſpectu aliorum,
quia in eo locus eſt tantum ſenatuſconſulto Macedoniano,
non autem in alijs,vt j̄.ad Macedon.l.ſi filius. §.j. & l. ſequen.
Item,quia hic contractus mutui poteſt tripliciter contrahi,ſci
licet re,literis,& conſenſu,quod non eſt in aliis,vt ſ̄.eod. l.ij.in
29 §.verbis.Item ex confeſſione† reſpectu mutui facta. & in lite-
ris deducta oritur obligatio ſtatim, ſi fiat, non ſpe futuræ nu-
merationis: ſi autem ſpe futuræ numerationis, oritur obliga-
tio poſt biennium,vt l.aduerſus.& l.in contractibus. C. de nõ
numerata pecunia.Reſpectu autem aliorum contractuum fa
cta confeſſio non obligationem, ſed ſolam probationem in-
ducit.j̄.depo.l.j.§.fi.C.de non nume pecun.l.generaliter.Item
vbi agitur de ciuitate obliganda reſpectu mutui, oportet cre-
ditorem probare,ꝙ mutuatum eſt in vtilitatem ciuitatis con
uerſum.j̄.eo.l.ciuitas.In alijs autem contractibus,ex quibus ci
uitas obligatur, hanc crediti verſionem non eſt neceſſe credi-
torem probare,vt no.Innocen.extra depo.c grauis.& Bar.in l.
j.C.de ven.re.ciui.lib.xi.licet ibi contra,& male. Et not.in d.l.
ciuitas.& in auth hoc ius porrectum.Quædam alia ſpecialia
Iac.de Are.refert hic Bar.quę omitto,quia additio non eſt ne
ceſſaria & hæc ſufficiant circa hanc primam gloſ. In gloſ.fi.in
princ.ibi,breui manu &c.Alibi dicit tex. fingi creditorem vi-
uentem,quod ſibi debitum,alteri dari longa manu, prius per
30 ſeipſum recipere.j̄.de ſolu.l.pecuniam.† In ea.ibi, ſed contra.
j̄ mãd.l.qui negocia. difficillimum eſt contrarium,quia de di
recto deciditur contrarium eius,quod hic, ſcilicet ꝙ pecunia
debita ex cauſa mandati non poteſt conuerti in cauſam mu-
tui.Bar.Ang.Sali.& communiter omnes ſequuntur ſol.gl.hic
dicentes,ꝙ ideo non cadit conuerſia,quia pecunia conuertẽ-
da non erat parata ſolutioni,ſed cõſumpta.hic autem ſic. Bal.
autem hic,& alij poſt eum repræhendunt hoc dicentes, quod
imo ſolutioni eius erat parata, & patet ex verbis ipſius mitten
tis epiſtolam,dicentis pecuniam apud ſe eſſe &c.Cuius epiſto
læ verba probationem inducunt.j̄.depo.l.Publia.ad fi.cum ſi-
31 mi.Sed ad hoc poteſt reſponderi † quod verbum hoc, apud,
non denotat pecuniam ibi realiter eſſe apud ſcribentem de
neceſſitate,quia verificatur illa dictio,etiam ſi quid neque poſ
ſideatur,neq; detineatur, dummodo ad id habeatur actio.Ca-
ſus eſt.j̄.de verborum ſignificat.l.id apud.& l.pęnas. Pro Bal.
tamen, ꝙ vbi pecunia eſſet ſolutioni parata, neque conſum-
pta,vrget ratio, quia ibidem debebatur pecunia in genere,
32 nec erat reſtricta ad aliquam certam ſpeciem. Certum † eſt au
tem genus conſumi non poſſe.no.j̄.ad leg.Falcid.l.in ratione.
§.incerte.C.eod.l.incendium. Vnde ſoluunt alij ſecundo, mo-
do,ꝙ ille tex.corrigitur per hunc.Hoc eſt refugium miſerorũ.
Quare Bal.ſoluit tertio & rectiſſime, dicens, ꝙ ad hoc,vt hæc
conuerſio fiat,requiruntur tria,ſcilicet cõſenſus,& ꝙ res extet,
aut ſit ſolutioni parata.Item & facilitas ſoluendi,vt probatur
in d.l.qui negocia. licet enim non requiratur vera ſolutio in
actu, tamen requiritur potentia deducendi ſolutionem ad
actum verum.Sed hęc non cadit inter abſentes,igitur conuer
ſio non poterat fieri. Quod autem ad hanc conuerſionem fa-
ciendam requiratur potentia & facilitas deducendi ſolutio-
nem ad actum verum,duo probant,& ita fortifico Bal.Primo
tex.optimus.j̄ de fur.l.falſus.§.ſed ſi is. Secundo, quia conuer-
ſio non fit niſi mediante fictione,de qua hic,ſcilicet quòd pe-
cunia,quam quis propter fiendam conuerſionem iubet dari,
videatur prius profecta a iubente. Ad hoc autem,vt fictio in
actu cadere poſſit, requiruntur duo extrema habilia, ſcilicet
extremum a quo,& extremum ad quod, vt no.Bar.in materia
fictionum in l.ſi is qui pro emptore.Sed hic in extremo a quo
non cadit habilitas, quòd non poteſt videri vere ſoluere pecu
niam recipere debenti,cum ſit abſens, ita nec cadit habilitas
in extremo ad quod,quia non poteſt creditor vere immedia-
te ſolutionem recipere,igitur &c. Et per hanc rationem potiſ-
ſimam fundo ſolutionem Bal. In eadem in fi. ibi. C.eo.l.ſi
33 pro mutua. quia † ibi res erat præſens &c. hanc ſolu. firmat
hic Bart. ſcilicet quòd ideo ibi conuerſio de vna cauſa in aliã
poterat fieri nudo pacto,quia pecunia erat præſens & ſolutio
ni parata. Sed certe hoc ibi videtur falſum, cum ideo tex.ibi
dicat,ꝙ res venalis & æſtimata fuit data in cauſa mutui.quia
pecuniam mutuandam non habebat creditor, neque habe-
bat etiam mutuum petens, quia ſi habuiſſet, mutuo non pe-
tiiſſet,vnde non poteſt dicere.quòd licet ibi non interuenerit
pecunia vere in præſenti,nihilominus interuenit ſaltem ficte,
quia cum creditor pro pecunia mutuanda,quam non habet,
tradit rem vendẽdam æſtimatam,fingitur dare precium, quo
æſtimata res eſt.Quemadmodum cum vxor dat in dotem rẽ
dotalem æſtimatã, fingitur dare precium, quo æſtimata res
eſt,adeo,quòd illud eſt in reſtitutione, vt j̄.de iure doti.l.ple-
runque.ad finem.& l.quoties.Cætera circa hanc glo.declarat
hic Barto.quem vlterius non refero.Vlterius extra glo.in quã
34 tum † idem in articulo illo,an debitum mihi ab vno poſſum
conuertere in aliud debitum mihi debendum ab alio? dicit,
quòd & ſi is, qui alteri ex mutuo obligando numerare iuſſus,
non realiter numerat,ſed per ſtipulationem ſe numerare pro
mittit, quòd non obligat eum, cui numeratio eſt fienda ipſi
creditori,donec numeratio ſequatur. Adde, quod hoc vide-
tur falſum. Primo,quia eſt expreſſe contra glo.ordina.j̄.eod.
in l.ſi & me & Titium.in verbo,peruenit. Secundo,quia pro-
miſſio & ſolutio hoc caſu debent æquiparari, cum non repe-
riatur inter ea conſtituta differentia. C.ad legem Falc. l.fina.
Tertio,quia videtur ſibi imputari debere, ex quo nomen de-
bitoris in ſolutum accepit.j̄.manda.l.inter cautas.§.abeſſe. Et
hoc videtur verius.& ita firmat hic Bart. de Salic. motus ſola
authoritate glo.in dicta l.ſi & me.Item ſecundo, in quantum
35 † idem ponit illam dubitatam & quotidianam quæſtionem,
an ſi mercator promittit creditori meo,quod ego debeo, in-
ducatur totaliter mei liberatio, adeo quòd ſit ipſo iure pro-
pter nouationem ſublata prima actio contra primum com-
petens,tenendo quòd ſic, per tex.in dicta l.inter cautas. §.ab-
eſſe.Adde quòd in hoc ſunt variæ opin.licet Bal.hic, & in l.ſi.
C.de nouatio.ſequatur opin.Barto. Prima enim fuit opinio
eiuſdem Barto.quæ directo videtur contraria,in quodam ſuo
conſilio quod incipit,an ſi tertius mihi committat.manifeſte
conſiliẽtis,quòd & ſi quis mihi promittat, quod tertius debet
dare,nõ inducitur eiuſdem tertij liberatio. Primo ille tertius
reputatur debitor principalis, promittens autem ſecundario
pro eodem reputatur fideiuſſor adeo,quòd cõueniri non po-
teſt,niſi principali nõ exiſtente ſoluendo,ad hoc primo alleg.
glo.ſingula in Authen.de fideiuſſo.circa princip. quæ incipit,
no.differentiam. Secundo,quia licet olim mutatione perſo-
næ ſecundo promittentis,induceretur nouatio primæ obliga-
tionis,& cenſeretur ſublata actio contra primum competens,
vt Inſtitu.quibus modis tolli.obliga.§.præterea. nihilominus
iure nouiſſimo ſecus, quia imo vterque cenſetur obligatus.
C de nouationib.l.fina.& in dicto §.præterea. Tertia fuit opi-
nio eiuſdem.j̄.de nouationib.l.delegare.dicẽtis, quod aut ter-
tius promittit pro me id, quod debeo creditori a me delega-
tus, & tali caſu inducitur mei liberatio, & cenſetur ipſo iure
prima actio nouata,per dictam l.delegare. iuncto §.abeſſe.ſu-
36 pra allega.Neque dicta l.fina.corrigens † iura antiqua loquẽ-
tia in nouatione, videtur corrigere iura loquentia in delega-
tione,cum hæc ſint duo diuerſa, vt patet in rubr. de nouatio.
& delegatio. & diſpoſitio correctoria non debet extendi. aut
tertius promittit pro me ſine iuſſu meo, & ſic abſq; eo, quod
eũ delegem,& tunc nouatio nõ inducitur,neque prima actio
contra principalem debitorem competens fuit ſublata, niſi
hoc expreſſe agatur, per caſum in dicta l.fina. C. de nouatio.
Quarta fuit opinio Ang.in l.qui vſumfructum. de verborum
obligationib.dicentis,quòd neque de iure antiquo,neque no
uo,nouatio propter ſecundo loco promittentem eſt inducta.
Quod de iure nouo.probatur in dicta l.fina. quod de iure an-
tiquo, patet, quia vbi in ſecunda promiſſione nihil aliud eſt
plus,quàm in prima,nunquàm ſecunda iure nouationis tollit
primam, vt l.qui bis. j̄.de verborum obligationib. & j̄ de no-
uationib.l.ſi pupillus.§.qui actum. & hoc idem ipſe firmauit
in repetitione l.primç.C.de iudiciis.per tria iura, ſcilicet per l.
Stichum. §.fina. l a te. & l.ſi is cui. j̄.de nouationib. Penulti.
fuit opinio,quam idem ſenſit in l ſecunda j̄.de nouationibus.
dicens, quòd aut quæritur, an ſit introducta nouatio de iure
antiquo,& tunc clarum eſt, quòd ſic, quia perſonæ debentis
mutatione iure illo nouatio introducebatur tacite & ipſo iu-
re,vt in §.præterea.quibus modis tolli. obliga. Aut quæritur,
an ſit introducta nouatio iure nouo,& bene eſt verum, quod
introducitur,non tamen ipſo iure,ſed ope exceptionis, & no-
uatione liberabitur primus debitor.Et ad hoc alleg. gl. in l.ij.

& in l. Valerianus. de præto. stip. & in d. l. fi. C. de noua. volentem, q vbicunque olim de iure antiquo, tacite ipso iure intro ducebatur, vt est in casu nostro, per d. §. præterea. hodie introducatur ope exceptionis. Vltima fuit opinio eiusdem in d. l. delegare. dicentis, quòd aut quæritur, an tollatur obligatio primitiua per secundo loco promittentem in vim nouationis, & tūc remittit se ad d. l. ij. Aut an tollatur per secundo loco promittentem in vim delegationis, & tunc dicendum, q aut delegatio fit per stipulationem, & tunc tollitur primitiua obligatio ipso iure, per dictā l. delegare. Aut fit delegatio per pactū nudum seu in vim constituti, & tali casu non tollitur primitiua obligatio, & consequenter non liberatur primus debitor, neque ipso iure, neque ope exceptionis. per tex. in l. item illa. in fi. infra de constitu. pecu. Relinquitur ergo passus multum dubitabilis ob maximam opinionum varietatem. Vos vero iudicio meo potestis sic concludere, quòd aut interuenit secūdus promissor in vim delegationis, & tunc licet communis sit opin. quòd tollatur primitiua debitoris obligatio ipso iure, per dictā l. delegare. quæ hodie secundum Bar. ibi non est correcta. per dictā l. fin. & etiam Angel. ibi hoc tenentem tribus rationibus. Prima, quam supra retuli, referendo Bart. in dicta l. ij. quia nūquam iure antiquo reperitur cautum, ita demum per delegantem primam tollit, nisi hoc expresse agatur, vt dicta l. Stichum. §. legata. & in dicta l. ij. eodem titu. Vnde patet, quòd facilius tollitur primitiua per delegationem, quam tollatur per nouationem. Tertio, quia tex. in dicta l. delegare. dicit, quòd delegatus succedit vicem delegantis. Sed certum est, quòd si prima delegantis obligatio non tolleretur, delegatus non possit intrare vicem & locum suum, sed essent duo debitores diuersis temporibus constituti. Ergo & quarta ratio assignari potest, quia certum est, quod delegans videtur soluere, vt infra ad Velleia. l. interdum. Sed per solutionem ipso iure extinguitur prima obligatio, vt Institu. quibus modis tol. oblig. in princip. ergo & per delegationem, tamen mihi videtur contrarium. Primo, quia in contrarium allego casum expressum, qui non potest cauillari in dicto §. præterea. iuncto prin. cum versic. fin. Ibi enim dicitur, quòd licet olim de iure antiquo quando id, quod debebam Titio, stipulabar eidem deberi a Seio, & sic quando interueniebat delegatio, introduceretur nouatio, seu sublatio primæ obligationis ipso iure, tamen hodie non inducitur, nisi expresse hoc agatur. Vnde habeo expresse ibi casum rotundum contra communem opinionem. Secundo, hoc probo efficaci ratione, quia tex. in dicta l. fi. de noua. dicit se velle corrigere iura antiqua dicentia, quòd per mutationem personæ inducitur tacita nouatio obligationis primæ, vt tacite ipso iure, ergo sequitur de viua necessitate, quòd velit corrigere, quando interuenit mutatio personæ in vicem delegationis. Quoniam si mutatio alio modo interueniat, vt puta, quia creditor ex se stipuletur ab alio id, quod alter sibi debet tali casu, etiam de iure antiquo non inducebatur nouatio, nisi hoc actum esset, hic est casus expressus in dicta l. Stichum. §. fin. in dicta l. a te. & dicta l. si is cui. vnde nis nouum in hoc non corrigeret antiquū, imo concordaret. Teneo igitur per hæc, quòd hodie de iure nouo per delegationem non tollatur prima obligatio, nisi hoc expresse agatur, vel nisi ex aliquibus verbis in delegatione adiectis comprahendatur coniecturata voluntas contrahentium, hoc volentium, tunc enim inducitur nouatio, etiam si expresse non sit dictum, quòd prima nouaret, & per tex. in dicta l. fin. in fine dicentem, voluntate nouationem induci, etiam si verbum nouatio non exprimatur. Exemplum, pone si dicat primus debitor creditori acceptanti, promittit tibi talis vice, vel loco mei. argum. dictæ l. delegare. vel dicat, suscipit talis in se nomen, vel debitum meum. argum. C. de noua. l. si pater. & hoc de primo. Aliquando vero quæritur, an tollatur prima obligatio ipso iure, quoniam sciens promissor interuenit, quia creditor stipuletur ab eo, quod alter sibi debet, & sine voluntate primi debitoris, & tunc non tollitur ipsius primi obligatio aliquo modo, neque ipso iure, neque ope exceptionis. Casus est in d. l. Stichum. §. fi. cum alijs duabus insimul allega. & in dicta l. fin. C. de nouat. Aliquando interuenit aliquis alius ex se promittens, quòd alius debet, tunc aut interuenit per ista verba, promitto tibi pro Titio, vel id quod tibi debet Titius, & tunc videtur, quòd inducatur ipso iure sublatio obligationis primi debitoris, & hoc probatur, quia si speciale est in campsoribus, scilicet quòd quando vnus campsor promittit nomine alterius, non inducitur liberatio primi, sed habet creditor facultatem conueniendi, quem velit, vt est casus coniuncta glos. in §. agnoscant. in verbo, argentariorum. in Authē. de fideiuss. ergo in contrarium in alijs est ius commune. Hoc tamen est falsum, quia idem est in omnibus, quoniam in tali casu dubio censentur isti secundo loco promittentes accedere, vt fideiussores ad primam obligationem, & hęc est doctrina glos. nota. in l. sed & Iulianus, §. item si duo. infra ad Maced. & l. vir vxori. §. fin. infra ad Velleia. volentis, quod quando duo, ad quorum vnum tantummodo peruenit pecunia mutuata, obligāt se ad eandem reddendam, & dubitatur an promittens ad quē nihil de pecunia peruenit, promiserit, vt principalis, an vero, vt fideiussor, debet in dubio fideiussor intelligi. Non obst. dict. 37 §. agnoscant. in verbo, argentariorum, quoniam ille non † introducit, quòd licet, non posset peruenire ad fideiussorem, nisi excusso principali debitore, tamen hoc fallit, nisi mercator, vel campsor sint fideiussores, vt ibi est casus singu. secundum vnū intellectum glo. quem tenet Bal. C. de non numera. pecunia. l. cum fidem. Et idem est, quod nouatio non inducitur, si quis 38 secundo loco promittat pro alio, per hoc verbum † spondeo. Quoniam & ille censetur vt fideiussor secundum glos. dictæ authen. in §. fin. infra de constitu. pecun. Et hæc sufficiant pro examinatione præsentis quæstionis & quotidianæ. Vltimo inquantum Bar. deducit materiam huius legis ad q. quæ quotidiæ contingunt in instrumentis confectis, dic de his, vt plene dixi post eundem in l. prædia. infra de acquiren. possess. Et adde, quod hæc dicta per eum faciunt ad quæstionem testium, 39 an † sint contrarij, si vnus dixit, quòd vidit pecuniam numerari Titio. Alius vero, quòd vidit numerari Sēpronio Titio volente & pręsente. Et breuiter dicendum, quod non, licet tu dixeris contrarium, quoniam Sempronio est facta numeratio actualis, Titio vero est facta ex intellectu iuris volentis, quòd si volo seu iubeo te numerare alteri pecuniam illam, numeras in mea præsentia, quod diceris in præsenti prius numerasse. Quoniam rei præsentia, id est aspectus inducit dominij acquisitionem, & etiam fictam numerationem, licet res corporaliter non tangatur, & hoc per dictū §. si iusserim. & d. l. quod meo. §. si vendiorem. & dictā l. pecuniam. infra de solu. Erūt ergo tales testes concordes, & ita notan. consuluit Bar. in suo consilio, quod incipit, in præse nti causa, solum ad hoc allega-40 re, & consulere intendo. Et posset esse † dubium circa materiā præsentis legis, an facta conuersione de primo debito in secundum, inducatur liberatio a primo ipso iure, vel ope exceptionis, & videtur quod ipso iure. per tex. infra de iure dotium. & l. si ei nupiura. Contrarium tamen est verius, q ope exceptionis, & ita declarat notabilis litera. l. si res æstim te. in fi. eodem tit. Et inquantum Ang. vult hæc esse in mutuo respectu aliorum contractuum specialia ea, quæ dicuntur in l. absentis. C. eodem. Adde, quod hoc est falsum, & idem est in debito, vt in hoc mane vidisti extraordinariam gl. infra de condict. indeb. l. si procurat. Cætera de materia huius legis dicite, vt hic per Bario. & alios, quoniam aliqua omisi tanquam suppletione non indigentia.

De iureiurando &c. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in litem est duplex.*
2 *Iuramentorum species inuenire laboriosum esse magis, quam subtile.*
3 *Testi deponenti de peritia, satis est, si deponat de credulitate.*

¶ Rub. continuatur hoc modo, quia Iurisconsul. tractauit de contractibus, sed quia pro veritate ipsorum cōtractuum deuenitur ad iuramentum, ideo ponit istam rub. Vel aliter, quia Iurifcon. vult tractare de contractibus ex quibus oritur actio, ideo posuit istam rub. ita communiter continuatur secūdum Doc. in rub. C. eo. Vel aliter, quia Iuriscon. in hoc libro tractat de his contractibus, in quibus quis sequitur alienam fidem, sed in iuramento sequuntur fidem alienam, ideo posuit istam rub. In gl. rub. ibi, item iuramentum in litem. Et dicit, q istud 1 iuramentum † est duplex, scilicet affectionis, item in odiū morum committentis. In ea. gl. ibi, item est calumniæ. & istud iuramentum defertur tam actori, quam reo. In eadem glo. po-2 sunt † addi aliæ species iuramenti, quas inuenire magis est laboriosum quam subtile & dic, vt Spec. in tit. eo. §. j. versi. non est omittendum. Item est aliud iuramentum, scilicet fidelitatis, vt in cap. primo, de noua for. fideli. & c. & 22. quæst. vltima, de forma. Sed contra istam glo. potest opponi in eo, quod di-3 cit, quòd testis debet deponere de veritate, quia † aliquādo sufficit, aliquem iurare de credulitate, vt patet, quando quis iurat de peritia sua, vt l. prima, in fi. de vent. inspi. & in l. iurisiurandi. C. de testib. & per Bar. in proœmio Digest. & per Ioan. extra, de testib. cap. cum proposuisti.

SVMMARIVM.

1 *Iusiurandum, quod pariat exceptionem litis finitæ.*
2 *Iuramentum maximum remedium dirimendarum litium.*
3 *Pactum, per quod promittitur resarcire omne damnum, quod quis iurauerit se passum fuisse, an valeat.*
4 *Iuramentum litis decisiuum non potest deferri a procuratore sine speciali mandato, & ibi quid in tutore, & curatore prodigi.*
5 *Iuramentum istud, an deferri possit post conclusum, in causa, remissiue.*

LEX PRIMA.

MAximum. Iurisiurandi religio inducta est ad lites decidēdas.h.d. No. ꝙ iusiurādum † parit exceptionem litis decisæ,seu finitæ. vnde ista ita impedit litis ingressum, sicut exceptio rei iudicatę & trāsac. vt est casus hodie in c.i. de li. contes.lib.6.& dicitur.j.l.nam & postea.Se-
2 cundo no. hoc iusiurandum † esse litium expediendarum maximum remedium.In gl.i.& pro introitu arguitur sic,quia omne superlatiuum præsupponit suum comparatiuum,vel positiuum,vt l.vbi autem non apparet.j.de verb.obl. Sed hic dicitur maximum, ergo apparet,ꝙ sunt alia remedia magna. Sed quæro vbi sunt:huius timore est facta ista gl. Et adde aliud remedium,s.renuncia. vt l. postq̄ liti. C.de pact. Et ista lex facit solum ad vnam quæstionem,quid si † de omnibus damnis &
3 & omni interesse,quod passus sum,sit controuersia?Et dicis ꝙ omne damnum,quod tu iuraueris te passum esse,promitto te sarcire tibi,an valeat istud pactum? Doct. in hoc dubitauerūt, & tractatur per Cy in l si quis in conscribendo. C.de episco.& cler.& dicit ꝙ non valet,quia daret occasionem delinquendi, & sic non valet,vt l.iurisgentium. §. generaliter. ff. de pact. & Spec.tenet istam opi.in tit.de probat.§.videndum.ver.quid si. Sed certe ista ratio non est bona, vt per Bar.in l.vlt.j.de præto. stipu.& in l.Theopompus.j.de dote prælig.& tenet ꝙ valet,& hoc per l.pe.de act.'oā. And. autem dicit, quod si iurauerunt minus, ꝙ potest peti.vt reducatur ad arbitrium boni viri,'per l.videamus.j.de in litem iuran. Sed ista opinio fallit in aliqui-
4 bus casibus, sed istud † iuramentum absque speciali mandato fieri non posset a procuratore,quia non potest,per l. iurisiurādi j.e.la.i.iuncta gl.tua. Ratio,quia non potest procurator donare sine speciali mandato,vt l.creditor. §. Lucius.j. mandati. Idem concludit in tutore per illam legem . Fallit in curatore furiosi, vel prodigi, vt est casus in l.tutor. §.prodigus. j.eod.de
5 quo in l.certi condictio.§.quoniam.s.tit j.Bal.hic † quæsiuit,an iuramentum possit deferri post conclusum in causa, de quo per Bar.in l.admonendi.j eo. & j. eo.vbi dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum est species transactionis,& vide num 3*
Transactio est nomen generis.non autem speciale contractus.
2 *Iuramentum est maioris authoritatis, quam res indicata.*
4 *Transactio est contractus nominatus.*
5 *Transactio num actionem producat.*
6 *Appellari,quod possit a iuramento in litem.*
7 *Maior iurans non restituitur contra iuramentum litis decisiuum.*
8 *Iuramentum voluntarium & iudiciale non retractatur.*
9 *Actio an oriatur ex iuramento, & ex quo. & num. 10. vbi,an ex iuramento in litem.*
11 *Pactum,quod non vestiatur iuramento.*
12 *Actio qua oritur ex iuramento.qua actio sit.*
13 *Iuramentum,an habeat exeutionem paratam, & vim sententiæ.*

LEX II.

IVsiurandum. Iusiurandum est species transactionis, & maioris est authoritatis,quàm res indicata. hoc dicit. No.
1 iuramentum † speciem transactionis esse. Ex quo probatur,quod transactio est nomen generis,non autem speciale vni tantum contractui conueniens, quod inferius ponderabitur.† Secundo no. iuramentum maioris authoritatis es-
2 se,quàm rem iudicatam.In glo.super verbo, maiorē. Et illud quod dicit glo.non habet locum in iuramento voluntario, & sic hic potest colligi ratio ,quare valet potius pactū de renunciando iuri futuro , quam iuri renunciatio vnica tantum . In
3 glo.super verbo,cōmet.& dic quòd † aliquando sumitur pro genere, & tunc accipitur iuramentum , vt species transactionis . Aliquando accipitur pro specie , & tunc non capitur sic, sed supra de transact.per totum. vel dic,quòd speciem transactionis obtinet, id est dirimitur ita quod per iuramentum , sicut per transactionem.Et prima solutio fuit Bar.an transactio
4 † contractus nominatus sit,vel innominatus? & dicit,quod est nominatus,qui habet nomen, quod non conuenit alteri contractui, vt l.prima.de rer.permu. Transactio est nomen generis,igitur &c. de quo in l.fine apud acta. C. de transact. Et est maioris authoritatis respectu modi inducendi, quia trāsactio non fit, nisi aliquo dato vel retento,sed iuramentum sic. Et il-
5 lud,quod † dicit gl.ꝙ ex transactione non oritur actio,est verū quando nudo pacto celebratur, secus si stipulatione, vt l. si ex fundo.& l.cum proponas.& l.si non apud acta. C.de transac. In ea.gl.ibi. §.naturalis. Dic,quòd nunc est in l.fin.infra eodē. Gabriel.de Cun.hic dicit quem sequuntur Docto.quòd illa solutio procedit in voluntario & iudiciali. Ratio,quia nihil est tam naturale &c. In quibus versatur consensus vtriusque partis,quia defertur a iudice,& ita probatur per Barto. quia sicut sententia non tollit naturalem,vbi non interuenit consensus, vt l.Iulianus.infra,de condict.indeb. ita & iuramentum. Sed contra istud facit tex.qui præsupponit obligationem inesse, vt Institu. de excep.§.æque si debitor,de quo dicam in l.vlt.infra
6 eodem.tamen cogita . In eadem glo.ibi. item † a iurando intellige nisi a iuramento in litem,quia tunc potest appellari, vt tenet Innoc.in cap. fin quod met. cau.Sed an istud sit verum,
7 dicam in l.videamus.infra de in litem iurando. † Et intellige, quod dicit,quod contra iuramentum minor non restituitur, intellige quando ipse iurat,quia si defert posset restitui, vt l.nā & postea.§.si minor.infra eodem. In eadem gl ibi.l.admonen
8 di.intellige in iuramento † necessario, quia retractatur, sed in voluntario & iudiciali est secus , vt infra eodem l. non erit. §.
9 data. Et ad illud, an † actio oriatur ex iuramento, fuerunt duæ opiniones,vna fuit Placen.qui voluit, quod ex necessario non oritur,ex voluntario sic & iudiciali. Ratio quia actio oriri debet ex causato,& non ex causante,vt l.si Stichum. §.si quis ita. & §.fin.cum l.seqn. infra de noua. Et etiam quia post tale iuramentum,non speratur sententia, sed vbi speratur sententia sufficit nasci ab ea.arg.l.cum quærebatur.in fi.infra iud.sol.Et hanc sequitur Innoc.in cap.cum venisset. extra,de institu. alii Docto. tenent opinio.contraria , quia ex necessario etiā actio oriatur , vt probatur in l. nam & postea. §. numerando. infra eadem, vbi indistincte loquitur.Secundo probatur in § fin. In eodem glos. ibi, in verbo, petitor.quia verificatur in litis contest.vt l.amplius.rem rat.hab. Probatur in l.sed si possessori §. pen. infra eodem. Item probatur, ꝙ iuramentum habet vim conuentionis, vt l.qui iurasse.§ fin. infra eodem . Item habet vim contractus, vt l.depositi. §.primo, infra de pact. & sic tenent Doct. In necessario autem habet locum opinio. Placen. quia actus agentis non debet operari vltra eorum intentionē. Sed iudex detulit ad probandum,non autem ad causandum actionem, igitur. Et sic habetur, quod ex duobus iuramentis oritur actio,scilicet ex iuramento iudic ali, & voluntario,non
10 autem ex necessario.Sed quid † in iuramento in litem ? de hoc Innoc.tangit in d.§.extra. quod metum cau. quòd non oritur actio,de quo est glo. singu.in § præterea quaedam. Institu. de
11 act.Sed an pactum vestiatur † iuramento.Innocē. tenet quòd non,in cap. nonit.extra,de iudic.& Bar in l.si quis pro eo.infra de fideiusso.& per Bal.in authen.sacramenta puberum. si aduer.rem iud. & in l.j.de oper.liber. & Docto. in l.j.in fi.de verborum obligatio. & Cano. in cap.cum contingat.de iureiurā.
12 Sed quæro,quæ est ista,quæ † oritur ? & dic, quòd aliquando præstatum formiter,aliquando informiter.Primo casu, & tunc non oritur ex ipso iuramento, sed oritur ex ipso contractu,propter iuramentum . Secundo modo oritur actio in factum, vt l.actori C.eodem.& l.nam & postea. §.fi.infra codem.& l.sed si possessori.§.penult.infra eodem. de quo per Doct. De isto iuramento formi,vel non,in l.si duo patroni. §.si quis iurauerit. infra eodem,de quo est glo.in §.si quis postulante. Institut.de
13 actio vbi glo.singu.Bart.autem dicit, quod † iuramentum ha-
a bet executionem paratam , & dicit ꝙ est vnus ^a singularis effectus iuramenti, & probatur per l sed si possessori. §.pen.infra eo.& l.quod post rem.de re iudi. Et dicit, quod dat cautelam, vt omnia instrumenta habeant executionem,videlicet ,quod dicat,qa de prædictis dubitari posset, an esset debitor & actor detulit iuramentum ipsi reo , quod tūc habebit executionem paratam,ita tenent Doct.& maxime Bal.in l.j.C.eodem. Sed an sit verum ? dic,quia iuramentum æquiparatur sententiæ, quia sicut ex sententia oritur actio in factum, vt d.l.actori. C. de iureiur. Sed actio, quæ datur ex sententia requirit processum ordinarium,vt l. item veniunt. §.recte. ff. de peti. hæred. Ita & actio,quæ prouenit ex iuramento, & ita concluditur cōtra Bart. Vlterius est tex in l.iusiurandum & ad pecunias. §.fi. j.eo.Et ipse allegat,sed non respōdet,& sic non potest respondere,& hæc procedunt quando iuramentum est præstitum difformiter, & facit alind , quia nulla actio ex contractu habet executionem paratam,vt l.pacto,quo penam. C.de pact.Item & tertio, iuramentum habet vim cōtractus,& conuentionis, sed actio,quæ descendit ex contractu, habet executionem paratam. Et responde ad iura Bar.quia iuramentum non habet vim sententię,quo ad omnia,sed quo ad quedam,vt dicitur in confessione,vt l.j j.de confes. Nec obs.l.post rem. quia non sequitur,ꝙ non debeat fieri sententia condemnatoria, sicut dicimus in confessione,quia imo in confesso solet fieri condemnatio,si est confessus post litem contest. vt l.j. C. de confes.

ADDITIO.

a ¶ Vnus singularis. Adde tu, & vide alium mirabilem effectum huius iuramenti appositi super contractu,quem posuit Bar. & Doct.sequuntur,in l. nam & postea.§ si is qui temporale.infra eodem.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum,vt valeat, necesse est,vt deferatur ,*
2 *Delinquendi occasio auferenda est .*
3 *Quæstio status,& libertatis.per iuramentum terminatur, si pro ea iuretur.*

Iura-

4 *Iuramentum deferri debet scienti veritatem, & quando non scienti.*
5 *Iuramentum excusat a præsumpta calumnia.*
6 *Iuramentum inter alios præstitum, alijs non prodest.*
7 *Iuramentum, an deferri possit in causa criminali. & quid de necessario & voluntario. & num. 9.*
8 *Iuramentum in supplementum probationis, quod non defertur, vbi quis probauit præsumptiue.*
10 *Iuramentum, quod non facit semiplenam probationem, sed plenam.*
11 *Iuramentum non reuocatur.*
12 *Iuramentum in causa criminali, num reo ab actore deferri possit.*
13 *Iuramentum in causa criminali, an deferri possit post litem contestatam.*
14 *Iuramentum de quo hic, an deferatur in causa matrimoniali.*
15 *Testis dictum non iuratum, an valeat.*
16 *Iuramentum calumniæ, an excuset ab expensis. remissiue.*

LEX III.

AIt prætor. Iuramento delato & præstito super quacunque actione, si delatũ fuerit, standum est quo ad ipsos litigantes, non autem quo ad extraneos. hoc dicit. No. q † ad validitatem iuramenti necessaria est delatio, vnde non sufficit probare iuramentum, nisi probetur delationem præcessisse. Secundo no. auferendam † esse occasionem delinquendi. Concor. de pact. dot. l. conueniri. cum simi. † No. etiam status quæstionem per iuramentum terminari posse, vnde similiter terminabitur quæstio libertatis, quod verum est, si pro libertate iuretur, vt j. eod. l. eum qui. §. pen. secus si contra, vt l. si iurauero. j. de iure patro. C. de liber. cau. l. nec si volens. Ibi, denique. quæ † loquitur, q licet iusiurandum a iudice deferente nõ possit deferri, nisi scienti veritatem, vt no. glo. j. de quæstio. l. maritus. C. de reb. cred. l. in bonæ fi. lei. nihilominus iuramentum a parte deferendum deferri potest, etiam ei, qui veritatẽ ignorat, si tamen dicat se non velle iurare, non cogitur. j. eadem l. rerum amo. l. Marcellus. § j j. de in litem iuran. l. videamus. Nota q † iuramentum excuset a præsumpta calumnia, quod inferius ponderabitur. Vltimo † no. iuramentum inter alios præstitum alijs non prodesse, neque nocere. In glo. super † verbo, agatur. ibi, quid in criminali causa? Respondeo idem. Alia in l. maritus. j. de quæstio. tenet indistinctè, q in causa criminali non potest deferri iuramentum. Et ratio, quia in iudicijs criminalibus non potest deferri iuramentum in defectũ probationis. Est & alia, quæ est contra communem opi. Docto. in c. tam literis. de testib. quæ loquitur in necessario iuramento. Spe in tit. de iureiu. §. j. vers. vt autem cautius. tenet quod non possit iuramentum necessarium deferri in defectum in causa criminali. Idem Host. in summa huius tit. §. & quib. & d. Ant. tenet hic, & Bal. in l. in bonæ fidei. C. eo. idem tenet. Concludendo autem dic, q aut quæritur, an iuramentum deferatur ad absolutionem, & tunc potest, per l. Marcellus. §. fi. rer. amo. & l. furti. §. sed & si iureiurando. s. de infamib. Sed quo ad purgationem innocẽtiæ est casus in l. præsenti. §. sicubi. de his qui ad eccle. confug. & authen. sed nouo iure. C. de pœna iudic. q male iudi. Sed ista doctrina, non videtur bona, quia actore nõ probante reus debet absolui, vt l. qui accusare. C. de edendo, cum simi, etiam sine iuramento, ergo multo fortius cum iuramento. Aut quis debet probare, & supplere semiplenam probationem per iuramentum, & tunc non potest. Et tu dic, q aut ista causa criminalis intentatur criminaliter, & tunc sit vera doctrina Doct. Aut intentatur ciuiliter, & tunc potest deferri iuramentum actori per istum tex. & hoc si probauerit semiplene. Si autem probauit præsumptiue, & tunc iuramentum non defertur etiam in semiplena probatione, vt est gl. in d. c. tam literis. & probatur, quia non defertur in ciuili, vt vult gl. in l. verisimile. s. quod met. cau. & l. iii. §. penul. de min. ergo multo minus in criminali. Sed quid in iuramento volũtario, vel necessario, an possit deferri iuramentum volũtarium, vel necessarium in causa criminali? & dic, q aut non intentatur criminaliter, sed ciuiliter, & tunc potest vt hic, aut ciuiliter, & tunc loquitur ista gl. in qua fuerit opinio. & Spec. tenet istam gl. Sed Gul. dicit, quod aut queritur an istud iuramentum possit deferri ipsi actori, per ipsum reum, & tunc non potest, quia in criminalibus probationes requiruntur &c. vt l. fi. C. de proba. non deberet assumi de domo ipsius actoris, vt l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. Sed hic assumeret, igitur. Iacob. But. tenet cõtrarium & Bar sequitur eum, quia eo ipso, q reus defert iuramentum actori, videtur velle confiteri omnia, quæ per actorem iurantur, vt l. qui iurasse. §. fin. j. eo. Sed ex confessione sua condemnatur reus, vt l confessus. de custod. reo. & l. proinde. §. notan. s. ad legem Aqui. & sic patet, quod probationes sunt clariores, vt l. generaliter. de non num. pecu. Et ita sequuntur Doct. & Bal. vult sustinere opi. Guliel. quia nulla lex reperitur, quæ approbet, q iuramentum debeat deferri parti, igitur. vt l. illam. C. de colla. vnde ista lex dicit, q põt in pęnali, ergo in accusatione videtur prohibitum, vt l. cũ prætor. s. de iud. & l. maritus. Præterea probatio esset suspecta, vt s. est dictum. Præterea sequeretur aliud, quia eo ipso, q si actor iuraret, etiam falsè, ille esset puniendus etiam corporaliter, quia iuramentũ non debet retrahi, etiam si reperiatur veritas in contrarium, vt l. non erit. §. data. j. e. Sed contra hoc cantant omnia iura, vt l. absentem. de pęn. Nec obst. illud quod dicit Iaco. But. quia videtur confiteri esse verum conditionaliter, quia videtur confiteri, si ille probauerit, igitur. Et sic tenet opi. Guliel. de Cun. sed certe tenenda est opi. Iac. But. & Bar. Et probo per l. eum qui. §. in popularibus. j. eo. Nec obstat q dicit, quod puniretur reus &c. quia istud fallit in causa criminali, vt dicitur in l. si iurauerit. j. eod. Et dic, quod concor. quod aut quæritur, an valeat in vim confessionis. & tunc valet, & ita habet hæc opin. Iacob. Butr. & Bar. Ex quo † resultat aliud dubium, q si iuramentum resultaret in vim iuramenti, sequeretur q iuramẽtum faceret plenam probationem, quod esset absurdum. Si vero resultat in vim confessionis, tunc facit semiplenam probationem, quia confessio facta extra iudicium, tunc facit semiplenam probationem, vt gl. in c. 5. de adult. extra. Item resultat † aliud, quia si valet in vim iuramenti, nunquam potest reuocari, vt j. eod. l. admonendi. secus si in vim confessionis. quia potest reuocari post, etiam si esset condemnatus, vt est in l. j. § si quis vltra. j. vbi est tex. sing. Sed an actor † possit deferre reo? In hoc fuerunt opiniones. Guliel. tenet q sic, per istam gl. igitur post Iaco. But. tenuit contrarium, quia iste accusatus agit causam fisci. Sed ille, qui agit causam alienam, non potest deferre sine speciali mandato domini, vt l. iusiurãdum, quod ex conuentione. §. fi. j. eo. Vlterius quæritur, an † ista iuramenta post litem contesta. deferri possint? Et dic, aut iste reus negauit, & tunc non potest deferre. quia deferret in detrimentum iuris publici. Præterea præsumeretur, q accusator deferret animo calumniandi, quia scit, quod reus semper negaret. Præterea si ipse reus est confessus, igitur non indiget probatio. Item sequeretur aliud quia incideret in Turpil. ita tenet hic Bar. & in l. maritus. de quæstionib. Sed Bart. de Salic. sentit, quod aut quærimus, an possit deferri iuramentum voluntarie, & tunc non potest, vt l. ius publicum. de pac. Aut quæritur, an possit de iudiciali, & tunc dic, quod sic per gl. ibi, in l. iii. in l. transactio. C. de transact. & respondet ad rationes, quia illud verum, quando quis agit pro priuata persona, secus in eo, qui agit authoritate legis, vt in tutore & similibus, vt l. tutor. infra eodem. Sic poterit deferre, vt l. iurisiurandi. §. ex conuentione. Nec illud, quod dicit Bar. de calumnia obstat, quia defertur coram iudice, & sic cessat calumnia, vt l. j. C. de prædijs curia. lib. x. Non obstan. quod dicitur quod incip. in Tur. quia nõ est verum, quia pęna tendit contra desistentem. sed hic non desistit, sed perseuerat, & sic non cessat. Sed pro Bart. de Sali. est casus in l. eum qui. §. in popularibus. j. eo. Et sic dic, quod aut constat ipsum actorẽ habere sufficientes probationes, & non potest deferri, quia cẽsetur in mala fide. Probatur etiam alia ratione, quia in cõfessum potest, quãdo defuerint probationes, vt l. tutor. j. eo. item non fit præiudicium reipublicæ, quia etiam si deferretur sibi iuramentum, reus absolueretur, si non probaret actor, vt l. qui accusare. C. de eden. In ea. gl. ibi, item quid † in casu accusationis matrimonii? Et dic q illud, quod dicit, q potest transigi, non est verum, vt in c. fi. extra, de transac. Sed Iaco. Butr. distinguit in causa matrimonii, quia aut defertur iuramẽtum pro matrimonio, & tunc potest. Aut contra matrimonium, & tũc non potest. Bal. allegat ad hoc. ii. q. 5. si quis clericus. vbi Arch. & est gl. in c. super eo. extra, de eo qui cog. consang. vxo. suę. Iste tex. facit ad duo. & † an testis, quando addit ad testificandum & iudex non defertet iuramentum, an valeat dictum suum, de quo per Bar. in l. post legatum. j. de his quib. vt indign. & per Bal. in l. presbyteri. de epis. & cler. Item † facit ad aliud, an iuramentum calumniæ excuset ab expen. & euitet ipsas? Guliel. hic posuit late. & hic Bal. per Bart. in l. j. ad Turpil. & in l. cum quo. s. de iudi. & in l. properandum §. fin autem. de iud. Iaco. But. & Bal. in auth. generaliter. de episc. & cler. & Bal. in l. non ignorat. de fruc. & litium expen. & Canoni. in c. finem litibus. de dolo & cont. vbi Cano. ponunt, & est gl. sing. in Auth de iudi. in §. in primis, & istę gl. loquuntur, quod excuset. Bal. autem sequitur in consilio Andre.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum non prodest, nisi iuretur eo modo, quo delatum est.*
2 *Iuramentum habetur pro veritate.*
3 *Iuramentum habetur pro probatione. & num. 24.*
4 *Iuramento per religionem reprobato non statur.*
5 *Iuramentum præstitum, an reuocetur, & quod.*
6 *Dictio negatiua, quod excludat.*
7 *Mandatum factum vni ad accipiendum decem tantum, an extendatur, vt possit accipere sub vsuris.*
8 *Statutum remouens omnes exceptiones non remouet exceptionem nullitatis.*

9 *Statutum remouens omnes exceptiones, an tollat exceptionem incompetentiæ.*
10 *Iuramento Saraceni an sit standum.*
11 *Iurare per creaturas, quando liceat.*
12 *Iurari, q debeat secundum consuetudinem loci, vbi iuratur. Et vbi non est consuetuno iuratur per sancta Dei Euangelia.*
13 *Tangi scripturam quando debeat, quando iuratur.*
14 *Tangi scripturam cum pede, an sufficiat.*
15 *Iurare in qualibet charta, quando sufficiat.*
16 *Iuramentum an intelligi debeat secundum mentem deferentis, vel iurantis, remissiue.*
17 *Nutus an sufficiat ad iuramentum.*
18 *Statutum, q stetur simplici iuramento damnum passi, qualiter intelligatur, remissiue. Et an hæres damnum passi poterit iudicare.*
19 *Iuramento præstito per aliam religionem, quando stetur.*
20 *Iuramento Iudæi præstito per suam religionem, q stetur etiam si defertur per Christianum.*
21 *Iudæus an possit esse tutor.*
22 *Iuramentum præstitum per verbum, crede mihi, q valeat.*
23 *Promissio facta sub fide sine iuramento, q valeat.*

§.Iurari autem. Iurari debet eo modo, quo iuramentum delatum est, dumtamē modus deferendi sit licitus, & iuriiurando præstito standū est. 1 hoc dicit cum duobus seq. vsque ad §.si. †No. q iuramentum 2 non proficit, nisi eo modo iuretur, quo delatum est. †Secundo no. iuramentum pro veritate haberi. concor. j. eo. l. sed si possessori, §.pen. 3 †Tertio no. iuramentum haberi pro probatione, 4 quod inferius ponderabitur. †Quarto no. iuramento reprobato per religionem, præstito non esse standum, de quo inferius 5 dicetur. In gl. super verbo, aliud. in l. admonendi. Et ratio differentiæ est, quia iuramentum conuentionale habet vim contractus, vt l. qui iurasse. in fi. j. eo. & l. depositi. §.j. j. de pecu. secus autem in necessario, quia non dicitur quæstio contrahi in eo, quia defertur a iudice. Sed contra istud, q iuramentū reuocetur, videtur tex. j. de in litem iur. in l. fi. & l. videamus. §. sed videndum. Sed dic, q ibi loquitur in iuramento in litem, hic autem loquitur in iuramento conuentionali, & sic non obst. In glo. su 6 per verbo, idoneum. Ex hac gl. no. †aliud, quod dicitur de dictione negatiua, quia dicitur excludere, vt l. iij. §. cum Titius. j. de ali. leg. quia illud est verum quo ad extraneos ab illo contractu, non quo ad substantialia ipsius contractus, vt per cle. exiui de paradiso. §. cum natura. extra, de verborum significa. 7 †Et sic facit ad aliud, data fuit potestas vni, q acciperet decem tantum, vel duntaxat, & ipse accepit ad vsuras, an videatur excessisse mandatum? & videbatur quod sic. Sed obtinui q non, quia videtur fecisse id, quod est de natura contractus, quia est quodammodo consuetudo, q mercatores ad inuicem isto 8 modo mutuent. Item †facit ad aliud, quod statutum, vel lex remouens omnes exceptiones, non tn̄ prohibet actus annullationem, vt per c. ex parte. de officio dele. & ita probatur hic. 9 †Item facit ad id, q uod in c. j. extra, de sequestratio. possessio. & fruct. Et pro hoc est nunc text. in l. scire oportet. §. fina. j. de excusatio. tutorum. & in l. j. §. fina. j. ad Turpilianum. & Canonistæ habent glo. contrariam in c. j. de re iudicata. videlicet, quia si excluditur omnis exceptio, quod non poterit opponi exceptio incompetentiæ iudicis, cuius contrarium tenet glo. supra allega. Sed concord. in l. de pupillo. §. qui opus. de noui oper. 10 nunciatio. In glo. super verbo, propria. †sed quid in saraceno, si iurat, an sit standum? & videtur quod non. In tex. ibi, iurari &c. in cap. & si Christus. extra, de iureiuran & 22. quæst. j. 11 c. monet te. vbi dicitur, †quod iurare per creaturas est prohibitum. dic quod aliquando tractamus de iuramento voluntario & iudiciali, & tunc iurandum est prout sentiunt hic. Aut loquimur de iuramento necessario, & tunc prohibitum est iurare per creaturas, vt in dicto cap. & clarius in 22. quæst. j. c. si per caput. & ita dicit Innocen. in d. cap. & si Christus. Sed quamuis istud iuramentum per creaturas non sit validum, est verum, nisi partes consentirent in tale iuramentum, quia tunc valet. j. quæstio. l. c. quoties cordis oculus. Sed quid si partes de nihilo consentiant, quia defertur simpliciter? & tunc dicit Bar. 12 quod †iurandum est secundum consuetudinem illius ciuitatis, vt l. iij. §. primo. C. de testi. & l. fin. §. pen. C. de iuramen. calum. Sed quid, si non est aliqua consuetudo? & tunc iuratur per sancta Dei Euangelia, vt l. & iurandum. C. eodem. & in ca 13 pit. fina. extra, de iuramen. calum. Sed †an debeāt tangi scripturæ? In hoc dic, quod aliquando dicit ius simpliciter iurari, & tunc sufficit sine tactura. Aliquando ius disponit vlterius, & tunc debet tangi scriptura, vt in cap. circa. de electio. lib. vj. 14 & in clemen. prima. de hære. †Sed an sufficiat tangi cum pede? & certe glo. in dicto cap. circa. tenet quod non. Et ratio, quia consuetudo est in contrarium. Item quia quodlibet 15 membrum habet suum officium &c. Sed †an sufficiat iurari in qualibet charta libri? dic, quod aliquando ius disponit, quod iuretur simpliciter, & tūc pōt iurari in qualibet charta. Aut disponit, vt tactis sacris scripturis; & tunc debent tangi 16 scripturæ, per l. generaliter, in fi. C. eod. Item potest inferri, †q iuramentum debet intelligi secundum mentem deferentis, non autem eo modo, quo iurat ille, cui defertur. Sed istud est magnum dubium, de quo in gl. in Auth. iuramentum, quod præstatur ab his. in principio. extra. & in cap. ex literis. extra, de sponsalib. vbi plenius. & xxij. quæstio. v. §. quæritur, vsque ad §. 17 ex his. vbi latissime tractatur de ista materia. Item facit †ad aliud iste tex. quod ad iuramentum sufficit nutus. Bal. posuit s̄. eod. l. ij. & tenuit quod sufficiat, per l. seruo inuito, §. si pupillo. ad Trebel. Sed ille tex. non facit. Barto. in l. qui iurasse, j. eod. dicit, q requiruntur verba, per §. sed neque, in Auth. de mand. princip. Sed dic saluando, quia aliquando quæritur, an in iuramento requirantur verba. & in hoc dic, quod aut est nutus, & tunc sufficit nutus, vt in c. cum apud. de sponsa. Aut iurat, qui potest loqui, & tunc requiruntur verba, vt dicto §. sed neque. & extra de sponsa. c. tua. & in l. cum notissimi. de præscrip. xxx. 18 vel xl. ann. In tex. ibi, dato. Sed an istud, quod hic dicitur habeat locum in statutis, vt quia statuto cauetur, si quis damnum dederit, stetur simplici iuramento. & istud est dubium, de quo vide, quod dixi post do. Ang. in l. qui bona, §. qui. de damno infe. & Bal. posuit in l. ait prætor, s̄. eo. & dom. Iaco. posuit in summa, in ti. de prob. Sed quid si damnum passus est mortuus, an stetur iuramento hæredis? Bald. posuit in l. ait prætor, s̄. eod. in princ. & dicit, q ista probatio non transit ad hæredem. Et alle. casum singu. in l. generaliter, in prin. C. eo. Et istud probat in l. ij. j. de condictio. indebi. Sed istud non est verum, glo. in l. si per alium, §. fina. s̄. ne quis eum qui in ius voca. est vi exi. vbi ipse no. sed non fuit recordatus. Sed est in d. l. generaliter. Sed dic, q aut loquimur in iuramento necessario, vel voluntario, vel iudiciali, & tunc loquitur d. l. generaliter. Et ratio, quia in ipso iuramento videtur requirere fidem ipsius iurantis, & ideo non transit, vt no. in l. cui. locus, j. de iure fisci. Idem in delegato, quia non potest alium substituere, vt in cap. is cui. de offic. delegati. Ita in proposito. Aut non est voluntarium generaliter, neque necessarium, sed a lege, & tunc transfertur ad hæredem, vt dicit glossa singula. in dicto §. fina. Et sic in proposito, quia iuramentum defertur a statuto, quia non cadit ratio differentiæ inter defunctum, & hæredem, quo ad men19 tem statuti, igitur. In textu ibi. †sed si quis. Contra istud videtur text. in dicto cap. & si Christus. de iureiuran. & in cap. monet te. vnde dic, aut loquimur in iuramento iudiciali, vel necessario, vel voluntario, & tunc non statur tali iuramento, si iurat per aliam religionem, vt probatur in l. generaliter. §. pen. C. eodem. Et sic habet locum iste textus. Aut loquimur de iuramento promissorio, & tunc habet locum d. cap. & si Chri20 stus. & dicto cap. monet te. In glo. super †verbo, propria. circa finem. Ex hoc nota, quod quando Christianus defert iuramētum Iudæo, quod valet si iurat secundum religionem suam. Sed quid si statutum defert iuramentum simpliciter, an sufficit, q Iudæus iuret secundum religionem suam? & certe sic, vt in c. monet. Et ita tenet Specu. in titu. de iuramento calum. in §. restat videre. §. sed pone Iudæus. & in cap. fin. extra, de iura21 mento calum. vbi do. Anto. de Bu. Bar. autem dicit, †q Iudæus potest esse tutor secundum iura Digestorum, vt l. spadonem. §. iam aūt & Iudæi. Sed hodie est correctum, quia tutor debet iurare, vt l. generaliter. §. fi. C. eo. Sed Iudæus non potest iurare secundum Deum, igitur. ita tenet Bar. in rub. de iusti. & iu. Sed istud non teneo, quia sequeretur quod Iudæus nunq̄ posset iurare, neq; voluntarie, neq; necessario contra istū tex. Itē sequeretur, quod Iudęus nō posset esse testis pro Christiano, vt l. qm̄. C. de hære. Item sequeretur istud, quod Iudęus non posset iurare de calūnia, & ideo non teneo dictum Bart. Sed quid qn̄ iu22 ratur per crede †mihi? & certe valet, per d. c. & si Christus. Sed quid si non iurauit, sed solo verbo promisit, an valeat? & certe sic, vt in gl. in Auth. quibus modis natu. effi. legi. §. quoniam. & in c. si peccatum. xxij. q. j. & probatur in d. c. & si Christus. & huius ratio est, quia inter loquelam & iuramētum Deus non facit differentiam, ita tenet Io. And. in c. j. de sepult. lib. vj. in nouel. Et est casus in c. iure. xxij. q. j. & faciunt ista ad istos armigeros ñn do. Ang. qui reddunt se sub fide, quia perinde est, ac si 23 iurarent. Item facit †tex. quod iuramentum sit probatio vera, vt l. sed si possessori, §. fi. j. eo. Idem in l. fi. §. licentia. C. de iure delib. & in l. generaliter. in prin. C. de iureiu. & ita tenent Doc. Sed contra hoc vr̄ tex. in l. eum qui. j. e. vbi dr̄ q releuat, nō autem probat. Et istud facit ad statutum, qn̄ quis debeat probare intra terminum, an si sit elapsus terminus, possit admitti iuramentum? Bal. s̄. eo. in rub. tenet quod sit releuamen, non autē probatio, per d. tex. eum qui. & respondet ad istum tex. quia est dictio, quasi, quæ est impropria nota veritatis, igitur. Pro quo facit l. ob carmen, j. de proba. sed necessaria tamen est probatio, vt j. eo. l. admonendi. Item probatur, quia iuramentum habet vim confessionis, sed confessio non est probatio, igitur, vt tenet Io. And. in c. bonę. extra, de elec. & Bal. in rub.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum, quod non prosit, nisi fuerit præstitum statim post delationem.*
2 *Iuramenti remissio idem operatur, quod ipsum iuramentum.*
3 *Priuatio præsupponit habitum.*
4 *Iuramentum, vt habeat effectum, tria necessaria esse.*
5 *Iuramentum, an præsumatur in continenti præstitum post delationem.*

§. Si neque iuratum. Iuramento delato inest conditio tacita, vt in continenti iuretur, aut remittatur, & si neque iuratum, neque remissum fuerit, habetur perinde, ac si iuramentum delatum non esset. hoc dicit cum l. seq. Nota† iuramentum nihil proficere, nisi præstitum fuerit incontinenti post delationem, vel post saltem acceptatum, & petitus sit terminus ad deliberandum, vt l. iusiurandum & ad pecu. §. i. j. cod.† Secundo no. ex l. remittit. quod iuramẽti remissio idem operatur, quod ipsum iuramentum. Vltimo† no. ex fine eiusdem, & ita communiter allegatur, quod priuatio præsupponit habitum. Concord. de verborum obliga. l. decem. de iusti. & iure. l. manumissiones. cum simi. Sed contra istam opi. secundum Bar. de l. iusiurand. & ad pecu. §. i. j. eod. & respondet, quod iuramentum nihil operatur. Intellige nisi habuerit terminum, vt ibi, secus si non est datus terminus, vt hic. Ex hoc† tex. inferius, & s. l. ait prætor. quod tria sunt necessaria ad hoc, vt iuramentum habeat effectum, scilicet quod iuramentum sit delatum. Secundo, quod sit præstitum eo modo, quo delatum, vt l. ait prętor. in fi. s. eod. Item quod prestetur incontinenti, vt hic. Sed quid si† reperitur in actis, quod iurauit, nec apparet, ꝙ fuerit sibi delatum, videlicet incontinenti? Bald. in l. ait prætor. s. eod. tenet quod non, per Innocen. in c. innotuit, extra, de eo qui fur. or. suscep. Sed quid in voluntario? quia Bald. loquitur in iudi. & dic, quod non præsumitur, quia ista est solennitas intrinseca, quæ non præsumitur, vt l. quęcunque. §. fin. de publi. & per Barto. in l. sciendum, & Docto. j. de verborum oblig. Bart. hic facit opp. ad l. remittit. de l. si quis iusiuran. de quo in l. si non fuerit. j. eod.

SVMMARIVM.

1 *Ius excipiendi ꝙ transeat in singularem successorem.*
2 *Dispositio legalis loquens super toto, habet locum in parte totius. Et quid in dispositione contrahentium ibi.*
3 *Iuramentum parit exceptionem impeditiuam litis ingressus.*
4 *Exceptionum tres sunt species, remissiue.*
5 *Probatio agendi orta ex prætore non tollit actionem ipso iure, sed ope exceptionis.*
6 *Statutum, ꝙ nulla actio detur bannito, intelligitur ope exceptionis, non ipso iure. Et quid in criminalibus. ibi.*
7 *Exceptiones litis ingressum impedientes, quæ sint. & nu. 12.*
8 *Iudex an possit reseruare admissiones exceptionum dilatoriarum, etiam parte consentiente.*
9 *Exceptio impeditiua litis ingressus, si dubitatur, an sit opposita in vim peremptoriæ, vel impeditiuæ, quid iudicandum.*
10 *Exceptio impeditiua litis ingressus opposita & repulsa, an poterit opponi post litem contestatam.*
11 *Reus, qui renunciauit exceptioni litis impeditiuæ, an possit postea illam post litem contestatam opponere.*
12 *Verba exceptionis, qualiter formentur.*

LEX VII. VIII. & IX.

Ait prętor. Ex iuramento oritur exceptio iuranti, quam eius successori, proficit etiam si iurauit, & impeditur litis contestatio, nisi altiorem requirat indaginem. hoc dicit. No. j. 1 †& ita communiter allegatur, ꝙ ius excipiendi transit in singularem successorem, de quo dicendum, vt plene per Dy. in c. si quis ius. de reg. iur. lib. 6. & per Bart. in l. si tertius. §. si prius. de aqua plu. arc. & ibi dixi post eum, & per ea & maxime An. 2 in c. quia V. extra, de iudic. & per Bal. hic. No. ꝙ† dispositio legalis super toto, habet locum in parte totius. Concor. ad illam l. 3. §. si quis tabulas. Quid autem in dispositione contrahentium? dic, vt plene dicitur in l. si dictũ. §. in stipula. j. de euictio. 3 & plenius in l. j. eo. ti. vbi gl. plenior.† No. tertio ex iuramento exceptionem oriri impeditiuam processus, nisi altiorem re4 quirat indaginem, quod infra declarabitur. Et præmitte,† ꝙ exceptionum tres sunt species, vt l. si quidem. & l. pen. C. de exceptio. & l. exceptionem. de prob. & c. exceptio. eo. ti. quia vna est declinatoria, alia peremptoria. In gl. super verbo, actionem 5 dabo. No.† ꝙ probatio agendi orta ex prætore, non tollit actio6 nem ipso iure, sed ope exceptionis.† Et sic facit ad statutum, quo cauetur, ꝙ nulla actio detur bãnito, intelligitur ope exceptionis, nõ autem ipso iure, vt l. 3. §. fi. j. ad Macedo. & l. j. §. 1. j. ad Trebel. Ita dicit hic Bar. & hoc in actionibus ciuilibus. Sed quid in criminalibus, puta in accusationibus? Bart. hic allegat Iaco. de Are. in disputatione sua, qui dixit, ꝙ ipso iure tollatur per l. j. § quod autem. de aleat. & idem tenuit in l. j. §. j. ad Trebellia. idem in l. vbi lex. j. de fideiusso. vbi reddit rationem differentiæ. Et an istud sit verum, habetur plene per eum in dictis locis, & per Bald. in l. non dubium. C. de legib. & in l. cũ mulier. j. solu. matrimo. & in disputatione sua, quę incipit, Statuto cauetur, si fœnerator. & Io. And. in c. super literis. de testi. & in additionibus in titu. de senten. §. iusta. in princi. vbi recitat, ꝙ Ia. de Are. tradit. Et ibi dicam in l. elegãter. §. si post. j. de 7 condict. indeb. In glo. super verbo, exceptioni. No.† ꝙ omnes exceptiones, quæ possunt opponi, impediunt litis ingressum, si possunt incontinenti probari, secus autem, si requirunt altiorem indaginem. Et quæ sit ratio, ꝙ exceptiones peremptorię non impediunt litis ingressum, sed dilatorię sic? Et fallit in tribus exceptionibus, scilicet iusiurandi, sententiæ, & transactionis, quia impediunt litis cõtestationem. Et dic, quod istę exceptiones dicunt̃ litis finitę, vt patet in l. j. s. eo. Sed contra hoc videtur facere c. si papa. de exceptio. Et ratio est, quia notoria est, vt dicit Specul. in tit. de exceptio. §. dicto. versic. de consuetud. Et ratio, quia in notorijs non seruatur ordo iuris, vt in c. ad nostram. de iureiurando. Sed qualiter potest notoria? dic in excommunicatione, quia erat excommunicatus apud populum. Item fallit, nisi exceptio posset incontinenti probari, vt dicit Ioan. And. in additio. in d. titu. de exceptio. §. dicto. versi. sed an reus. Anto. But. in c. fin. de libel. obl. & in c. j. de reg. iuris. & in c. ex parte B. extra, de foro compe. & in c. pastoralis. & c. exceptionem. extra de exceptio. & in c. super literis. de rescriptis. Item fallit, nisi probaretur per instrumentum, quod non posset reprobari. Ita ponit Ioan. And. in d. ver. sed an reus. Sed dictum Ioan. And. in d. versicu. de quo Ange. facit festum, fuit dictum Innocen. in c. publicata extra de electioni. & alij Docto. non dixerunt aliquid. Sed certe dicerem, ꝙ papa non bene dixit in c. si papa nisi dicamus, quod istæ tres exceptiones, ita demum impediunt litis ingressum, si possunt probari incontinẽti, vel post paucum tempus. Sed alię exceptiones impediunt, si incontinẽti probentur, adeo, ꝙ si post paucum tempus possunt probari, non impediunt, & sic tunc erit specialitas in d. c. si papa. ꝙ non posset procedere, vt probatur in l. is a quo. ad Trebellia. & l. is a quo. vt leg. nomi. cauea. Et quibus probatur 8 secunda conclusio supra posita.† Sed quid si opponuntur exceptiones dilatorię iuris, & iudex dicit, quod vult admittere istam exceptionem, sed vult differre examinandam post litem contestatam? Iaco. Butr. posuit in l. fideussor. qui satisda. cog. & argu. Et Bald. posuit in l. exceptionem. C. de probatio. vbi refert istas opiniones, vbi dicit, ꝙ potest. Sed de hoc non potest casus allegari secundum Legistas, ideo oportet, vt per rationes concludamus quid iuris sit. Sed de hoc est casus in c. exhibita. extra, de iudi. & probatur in l. j. C. de ferijs. in princip. Sed an parte consentiente possit fieri? Bal. posuit in l. j. C. qui accu. non poss. & l. de causis, eod. titu. & l. peremptoriam. C. senten. rescin. non posse. Sed hoc non est verum, ꝙ immo iste ordo non potest omitti, vt l. vt debitum. s. de hæred. act. Præterea ꝓ hoc facit glo. in c. de causis. extra de offi. deleg. & vide in clem. sępe. de verborum signi. vbi ille ordo, qui est inuentus propter publicam vtilitatem, non potest tolli per partes, vt l. 2. §. sed quia veremur. de iuramen. calum. Sed istę exceptiones sunt inuentæ propter publicam vtilitatem, igitur. Sed contra hoc videtur c. cum olim. extra, de causa possess. & proprieta. vbi glos. Et istud credo, ꝙ sit verius, quod possint reseruari post litem contestatam de consensu partium & iudicis. Et sic differentia est in hoc casu, quia litis contestatio perimitur per illam exceptionem, ꝙ sit reseruata, vt l. ait prætor. §. si cõtrouersiam. s. de damno infecto. vnde quando reseruatur, ꝙ non potest incontinenti probari. Si vero reseruatur de consensu partium, tamen poterit incontinenti probari, tunc litis contestatio est 9 valida, & sequitur absolutoria. Sed quid si ista exceptio sit† opposita litis contestatę impeditiua? Et dubitatur, an pars opponat, vt quamlibet peremptoriam, vel vt impeditiuam? Bal. posuit, & fuit contrarius, & posuit in l. j. C. qui accus. non pos. ꝙ vt impeditiuam videatur opposuisse, sed in l. peremptorias & in l. elegantet. §. si post. dicit contrarium, ꝙ videtur opposuisse, vt aliam peremptoriam. & hoc allegando Nicol. Mat. in l. 3. C. ad Macedo. sed ille tex. facit multum a remo. Ad hoc facit melior tex. ꝙ vbicunque vnus actus potest fieri via iuris communis, & via iuris specialis, & tunc præsumitur fieri via iuris communis, vt l. quanquam. & l. in testamento. C. de testa. mil. Sed hic distinguit ponendo veritatem, quia aut ista exceptio opponitur ante litis cõtestationẽ, & tunc pręsumitur opponi, vt litis impeditiua, si vero post, & tunc vt quęlibet peremptoria. Et ratio, quia qñ quis facit, potius videtur facere, vt res potius valeat, quam pereat, vt l. quoties. de reb. dub. Pro qua distinctione facit d. l. elegãter. §. si post j. de condictio. indeb. 10 †Sed quid si post libellum immediate apposui istam exceptionem litis impeditiuam, & iudex repulit, an postea possit opponi post litis contestationẽ, vt alia peremptoria? Bal. posuit in multis locis, & Bar. in extrauagã. ad reprimendũ. Et hic ꝓ tex.

in c.veniens. extra, de testib. Bal. autem in d.l. eleganter. in §. si post. dicit ꝙ aut iudex plene cognouit, & tunc ista exceptio nō potest postea opponi. & probatur, quia si cognitum fuit plene, & tunc frustra de ipsa contenditur, cum semel iudici notū fuerit, vt l. si iudex. de his, qui sunt sui vel alie. iur. & l. nō libet. §. siue parens. de libe. agnosc. Si vero iudex non plene cognouerit, sed summarie, & tunc potest opponi, vt probatur in d.l. si iudex. & l. si liberis. §. patēs. & in l. a diuo Pio. §. super rebus. de re iud. in c. veniens. de testa. secundum Bar. in l. qui Romę.

11 §. duo fratres. de ver. obl. † Sed quid si pars renunciat huic exceptioni, ante litem contestatam, an postea possit opponere, vt peremptoriam? Bal. aliter, q̄ hic distinguit in l. eleganter. §. si post. & in d.l. peremptorias. Et dic, ꝙ aut renunciatur, vt exceptioni peremptoriæ, vel simpliciter, & tunc non potest, vt l. j. §. nunc videndum. de acq. pos. Aut renunciatur, vt impeditiuę, & tunc potest postea opponi, vt probatur in d.l. j. §. sed videndum. de succes. edic. & etiam probatur in d.l. si damnum. de ser. vrba. præd. & in l. serui. de iure delib. C. & per Bar. in l. si

12 quis. §. hæres. de acquir. hæred. Sed † qualiter debent probari ista verba, ad exceptionem opponendam, & dic sic. Ego non teneor tibi ad hæc decem, quia habeo exceptionem pacti, de non petendo, adeo, ꝙ si diceret, nolo respondere libello, tunc potest reiici per l. j. §. Labeo. de flumi. Ita tenet Spec. in titu. de

13 excep. §. dicto. in pe. col. & ratio est ibi notabilis. † Bart. hic posuit vltimo de exceptionibus litis ingressus, scilicet impeditiuis, de quibus etiam tangit in l. si seruus. C de his qui ad eccle. confug. & Bal. in l. peremptorias. & l. eleganter. §. si post. Item dicit, ꝙ potest dari alia exceptio litis ingressus impeditiua, vt exceptio solutionis, per l. cum quærebatur. §. proinde. j. iudic. sol. de quo dicam in d. §. si post. vbi ponam omnes exceptiones litis ingressus impeditiuas.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio quæ competit reo, competit & fideiussori.*
2 *Actio quæ ita oriatur ex iuramento remisso, sicut ex delato.*
3 *Actum in veritate esse gestum, vel haberi pro gesto, parificantur in actione danda.*

1 §. Iureiurando Ex iuramento oritur actio, item & exceptio. hoc dicit. † No. exce-
2 ptionem iuris competentem reo, proficere fideiussori. † Secūdo no. ex iuramento remisso, ita oriri actionem, sicut ex iura-
3 mento præstito. Tertio no. ꝙ † actio, quæ oritur in actu, in veritate gesto, oritur etiam quando ipse actus, etiam in veritate gestus non est, sed pro gesto habetur. In gl. super verbo, actionem. ibi, si quis iurauerit. de hoc dic, vt dixi in l. j. s̄. eodem tit. allegam hanc glo. sing.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra probationem validam, valet.*
2 *Sententia lata super famoso crimine prætextu iuramenti, reddit quem infamem.*
3 *Sententia lata contra sententiam, an & quando sit nulla.*

1 §. Si damnetur. Sententia contra iuramentum valida est. hoc dicit. † No. ꝙ sententia
2 lata contra euidentem probationem valida est. † No. secundo, secundum alium modum, ꝙ sententia lata super famoso crimine prætextu iuramenti reddit quem infamem. Vnde extraordinaria probatio non tollit incursum infamiæ. j̄ de publ.
3 l. ordo. In gl. super ver. damnetur. † Ista gl. concludit, ꝙ sententia lata contra sententiam, est nulla, vt l. j. Si vero sit lata contra iuramentum est aliqua, vt hic. Bart. quærit, an hoc sit semper verum, ꝙ sententia contra sententiam sit nulla? & dicit, ꝙ aliquando sententia, quæ fertur contra sententiam, fuit lata ex nouo processu & noua instantia, & valet, vt l. duobus. j̄. de excep. rei iudi. iuncta gl. Si vero fuit lata ex veteri processu, & noua instantia, & valet, vt d. l. duobus. j̄. de excep. rei iu. iuncta gl. Si vero fuit lata ex veteri processu, & tunc nulla, vt d. l. j. Et ratio, quia sententia nulla sine instantia, est ipso iure nulla, vt l. Plautius. de procu. Vel dic aliter, ꝙ certum est, ꝙ prima sentētia fuit lata, & certum est de validitate, & tunc non valet, vt d. l. j. Aliquando est dubium an valeat prima, & tunc secunda valet, vt c. intra monasterium. extra, de re iud. facit quod habetur in simili in l. post rem. de transac. l. eleganter. j̄. de cond. indeb. Et ratio, quia secunda fit, nulla. Bar. dicit quia sententia est lata sine instantia, sed non est sic in iuramento, quia quamuis sit iuratum, tamen requiritur nouus processus.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum quòd habeat vim litis contest. & vide num 4.*
2 *Actio in factum subrogata loco actionis de dolo, an perpetuetur per iuramentum.*
3 *Statutum, ꝙ si creditor non petierit intra annum in iure, cadat a suo debito, ꝙ non habeat locum, si in instrumento sit appositum iuramentum.*

§. Si is, qui temporali. Iuramētum actionem temporalē perpetuat, & vim habet litis contestatæ. h. d. quod inferius pōderabitur.
1 Nota † iuramentum habere vim litis cōtestatæ, quod inferius ponderabitur. In glo. super verbo, litis. & per hoc intelligatur de iuramento iudiciali, videtur casus in l. si duo patroni. §. i. j.
2 eo. In gl. ij. † sed actio in factum. & dic, ꝙ non, quia subrogatū sapit naturam subrogantis, sed actio in factum subrogatur in locum actionis de dolo, sed actio de dolo non perpetuatur, ergo nec ista. Sed Doct. ad hoc respondent, quia hic loquitur de alijs actionibus in factum, quæ multæ sunt, vt enumerantur
3 Instit. de interd. §. j. † Ex isto tex. sumitur cautela, quia statutum dicit, ꝙ si quis habuerit aliquem personaliter obligatū, si non petat intra annum in iure, cadat a debito suo, ꝙ ad hoc nō cadat, dat cautelam, ꝙ in instrumento apponatur, ꝙ iurauit debitor, de quo in l. naturaliter. de acq. pos. alias de vsucap. Item
4 facit ad aliud. † Pone, ꝙ est aliqua instantia sine litis contestatione, qualiter perpetuabitur? & dic, ꝙ iuramento, ita dicitur per tex. istum. Item alius effectus, quia per litis contestationē, an interrumpatur? & certe sic, quia iurabitur per istum tex. sed necessario hoc habet fieri, quia quando non cōtestatur lis, sed primus actus censetur, inducitur litis contestatio, vt l. nulla. C. de procur. & per Bar. in l. ab executore. §. j. de appel. & per Cano. in cap. j. de elect. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum habetur pro veritate, nec vltra id quæritur, non tamen quo ad extraneos.*
2 *Alternatiuæ vltima pars, an vera esse debeat.*

§. Sed & si quis. Contra iuramentum a debitore præstitum in fraudem suorū creditorum, competit ipsis creditoribus doli exceptio, aut re-
1 plicatio. hoc dicit. No. † iuramentum pro veritate haberi, adeo quòd nil vlterius quæri potest, quo ad ipsum iurantem & deferentem tantum, vt supra eodem l. non erit, §. dato. Non autē quo ad extraneos, vt hic est casus, & in l. sequen. §. fin. supra eodem. & l. ait prætor. §. denique. In gl. super verbo, dari. & ratio huius glo. est, quia nemo admittitur allegando turpitudinem suam, vt l. creditoribus. si ser. pign. da. sit. In gl. fin. in verbo, op-
2 ponitur. † No. quòd in alternatiua, vltima pars debet esse vera, an hoc sit verum, dic, vt in glo. in l. ea lege. & ibi per Bart. C. de codi.

SVMMARIVM.

1 *Procurator quando quærat domino sine cessione. Et ibi quid si appareat iuramentum.*

§ Iusiurandum. Ex iuramento delato per procuratorem, vel defensorem oritur actio, vel exceptio domino. hoc dicit. Et ille dicitur defensor, qui agit ad vtilitatem alterius sine mandato, procurator cum mandato. In gl. super verbo, parit. Bar. aliter dicit ad solutionē
1 contrarii, † ꝙ aut procurator habebat speciale mandatum, & tunc quæritur dominium sine cessione. Aut non habebat speciale, & tunc non quęritur, vt l. iusiurandum quod ex conuentione. §. procurator. j̄. eodem. Sed istud non est verum, quia imo procurator sine mandato speciali potest ad vtilitatem domini, vt est tex. in dicto §. procurator. & debet intelligi quo ad præiudicium domini, non potest sine speciali mandato domini. Et ex hac no. quòd quotiescunque dominus vult sibi quæri actionem vtilem ex facto procuratoris, tūc dominus faciat interponere iuramentum. & Bart. in l. possessio. §. & si possessio. de acquir. possess. dat cautelam, quia dicit, quòd vtilis quæritur sine cessione, & quòd si est instrumentum guarentigiæ, tunc sine cessione quęritur vtilis domino. Dico quòd est alia cautela, scilicet quòd apponatur iuramentum in instrumento, nam tunc quæritur vtilis.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex iuramento descendens contra deferentem, & eius successores datur.*
2 *Actio publiciana an competat iuranti rem suam.*
3 *Actio in factum, ꝙ oriatur ex iuramento, tam iudiciali, quàm voluntario.*
4 *Actio, an oriatur ex iuramento necessario.*
5 *Actio in factum, quòd dicatur data a prætore, vbi per eum actio datur, & non apparet de qua.*
6 *Actio in factum, quòd oriatur ex sententia arbitri.*
7 *Actio ex sententia arbitratoris an oriatur.*
8 *Actio ex iuramento proueniens, quòd sit semper natiua.*

§. Si petitor. Ex iuramento delato reo, quęritur exceptio, delato vero actori, quęritur actio. Et si iurauerint rem suam, ambobus quæritur actio vtilis & in factum. Item iuramentum prodest & nocet hæredibus ipsius deferentis & iurantis, non autem alijs. hoc dicit cum sequen.
1 & sequen. vsque ad finem. No. ex §. si petitor. † actionem ex iuramento descendentem non contra alium cōpetere, quàm
2 deferentem, & eius successores. In gl. super verbo, actio. tibi, si petenti. & ille. §. si petenti. dicit totū ꝓrium eius, ad quod gl. alleg. quis Doct. transeant cum gl. Et primo ea, quæ proficiscunt

ex

ex rei vendicatione, omnia insurgunt ex publiciana, vt l. eum qui. §. in publiciana, ff. de public. & quòd ille tex. probet, patet in illo tantum. & saluari potest gl. ꝙ publiciana potest contra alios, non autem tanquam orta ex iuro, sed orta ex traditione, & tunc non solum competit contra iurantem, sed etiam contra omnes alios, quod patet, quia publiciana competit quando traditur res bona fide & iusto titulo, vt l. j. ff. de publ. competit contra omnes, nisi contra dominum. d. l. j. & est gl. quæ hoc dicit in d. §. si petenti. Et contra hoc oppo. ꝙ isti non competit publiciana, quia aut iurat rem suam esse, & tunc datur rei vendicatio, vt l. eorum. §. de rei vend. Aut iurat, & iurat falsè, vel mala fide, & tunc non competit publiciana, vt l. in traditione. ff. de public. Et dico ꝙ aliquando intentatur publiciana contra dominum, qui possidet, & non opponit, & iuro me dominum esse, & tunc secuta sententia competit mihi rei vẽdicatio, vt l. iij. §. item quæri. de reb. eorum. & l. Pomponius. §. si fideiussor. de acq. pos. Aliquando ago publiciana contra eũ, qui non est dominus, & iuro, & tunc ago publiciana, quia ille tradens non fuit dominus, & ideo non potuit facere me dominum, igitur, vt dicit gl. in d. §. si fideiussor. & intellige legis traditionem, quando traditio non fuit facta ex iuramento, quia secus esset, per l. nõ etit. §. dato. ff. eo. Si autem quæritur an deieranti mala fide competat publiciana? & dic ꝙ non competit, nisi contra deferentem, vel eius successorem, quando agitur publiciana ex iuramento descendente ex traditione, tunc datur contra quemlibet, nisi contra dominum, vt d. l. traditio-

3 ne. In ea. gl. ibi, datur † actio in factũ. & ita tam ex iudiciali, quã voluntario, & ita communiter sequuntur Doct. quod probatur expresse in l. actori. C. eo. probatur in l. sed si patri. j. eo. & l.

4 si duo patroni. §. j. j. eo. † Sed quid in iuramento necessario, nũquid oriatur actio? & communiter Docto. tenent ꝙ non in l. actori. C. eodem. & bene. Et Doctores tenent, ꝙ ex voluntario, & iudiciario oriatur actio in factum, de quo in l. j. ff. eo. vbi tractaui plene de ista materia. Vltramon. tenent contrarium, & refert Cy. in l. actori. C. eo. & tenent ꝙ non oriatur actio in factum, sed actio iudicati, & ita dicunt arguendo de sententia ad iuramentum. Sed Bar. idem tenet in l. miles. §. iudicati. de re iudic. Bal. tenet contrarium, ꝙ imo actio in factum, vt d. l. actori. & Cano. tenent in clem. fin. de elect. & isti, qui tenent contra Vltramon. respondent ad tex. tenentes, ꝙ quando tex. dicit, actio iudicati, & actio in factum, quæ descendit ex re iudicata, sicut dicitur in simili in rub. ff. eod. Sed quæ est verior? credo ꝙ ista, quicquid dixerit Bar. & probo sic, ex iuramento nõ oritur actio, sed ex edicto prætoris, vt ff. eo. l. ait prætor Sed vbi

5 prætor † statuit aliquam actionem, & non apparet de qua, semper præsumitur, ꝙ sit actio in factum, vt habetur gl. in l. idem ait. §. hoc edicto. ff. nau. cau. sta. Sed actio iudicati est prætoria, vt l. iiij. § prætor ait. j. de re iud. ergo est actio in factum. Item

6 probatur † alia ratione, quia ex sententia arbitri oritur actio in factum, vt l. ne in arbitris. C. de arb. ergo idem in iudiciis, quia arbitria & iudicia æquiparantur. Item pro hoc facit. d. l. actori. quam illi allegant pro se, isto modo, actio ex iureiurando datur in factum ad similitudinem actionis in factum, quę prouenit ex re iudicata. Præterea si hoc non esset, Imperator non fecisset talem comparationem de iuramento ad sententiam, quia argumenta de similibus ad similia. Si ergo est simile, ergo dabitur actio in factum, non autem actio iudicati, per d. l. actori. Sed pro istis vltimis potest allegari vnum argumẽtum, scilicet quia vbi possumus habere specialem actionem, nunq̃ recurrimus ad actionem generalem, sed ex sententia potest oriri actio specialis, scilicet actio iudicati, ergo non datur actio generalis. Vnde conclude, ꝙ aut loquimur de iure prætorio, & tunc datur actio in factum, vt d. l. iiij. §. ait prætor. & l. idem ait. §. hoc edicto. ff. nau. caupo stabu. Aut loquimur de iure ciuili, & tunc datur actio iudicati. In glo ea. in fi. sed contra hanc gl. est tex. in l. & in fine magnæ glos. ff. de iureiuran. Bart. tenet istam glo. in l. iiij. §. ait prætor. ff. eodem. Et an ex sententia ar-

7 bitratoria † oriatur actio? & certe sic secundum Bar. in l. a diuo Pio. §. j. de re iudica. pro quo est casus in l. si postulauerit. §. libe-

8 ra. j. de adult. † Bar. hic quærit, an actio ex iuramento sit natiua, vel datiua. & dic quod si iuratur super re, & tunc est datiua. Aut oritur super actione personali, & tun est natiua, vt hic, & l. si duo. §. si iurauerit. Sed contrarium, quod imo semper sit natiua, quia quamuis vni rei non pręsupponit obligationem, vt §. j. Institu. de actionibus. tamen iuramentum præsupponit obligationem. Quod patet quia iuramẽtum habet vim quasi contractus, vt l. depositi. §. primo. infra de peculio. & l. qui iurasse. in fine. infra eodem. sed ex quasi contractu oritur obligatio, igitur. non sunt hic alia.

SVMMARIVM.

1 *Minor, quòd restituatur aduersus delationem iuramenti a se factam.*

2 *Restitutio minori, vt concedatur, requiritur minoritas, & læsio, & quod dolo aduersarij.*

3 *Probatio vnius non sufficit, vbi ad alicuius executionem necesse est plura probari.*

4 *Restitutio in integrum conceditur causa cognita.*

5 *Restitutio in integrum per viam exceptionis. vel replicationis postulata, temporalis est, sicut quando officio iudici nobili petitur.*

6 *Replicatio temporalis est, sicut est actio.*

7 *Restitutio in integrum quando per minorem petitur, quæ sint in libello explicanda.*

8 *Minor non debet allegare in libello restitutionis in integrum id, quod est causa intentionis rei volentis libellum reijcere.*

Libellus restitutionis in integrum satis est, quod præsumptiue concludat.

9 *Restitutio in integrum, de qua hic, an requirat libellum & litis contestationem?*

10 *Restitutio in integrum, an possit incidenter peti coram iudice incompetenti?*

11 *Minor, qui non appellauit intra tempus, si vult petere restitutionem in integrum aduersus appellationem, quid probare debeat. Et quæ probatio requiratur, an plena, an vero semiplena. ibi num. 12. vbi distinguit quatuor casus.*

13 *Probatio facta in iudicio summario, an faciat fidem in plenario.*

14 *Minor qui appellauit, si produxit vnum instrumentum, per quod de iure suo manifeste constat, an cogatur illud producere in causa appellationis.*

15 *Minor, quando petit se restitui aduersus vsurarium, vsurarius debet probare eum non læsum.*

16 *Minor, quando petit se restitui, quis probare habeat, an minor, an aduersarius.*

17 *Exceptio quando perpetua, & quando temporalis.*

Si minor. Vbi ad actum rescindendum subuenitur alicui officio iud cis, potest ipse illo vti excipiendo & replicando, dumtamen eo modo, & intra eadem tempora vtatur. h. d. secundum Bart. Vel sic & aptius ad literã. Aduersus delationem iuramenti præstiti a minore factam, restituitur minor in vim exceptionis, aut replicationis debito tempore oppositæ, dum tamen probet se minorem & læsum.

1 hoc dicit. † No. ꝙ licet contra iuramentum a se præstitum minor non restituatur, vt in authent. sacramenta puberum. C. si aduer. ven. & l. si alterius. C. si minor se ma. dix. Attamen aduersus delationem iuramẽti a se factam, restituitur. Casus est hic & ita debet intelligi. ff. eodem l. j. No. ꝙ ad consequẽdum

2 † restitutionem non solum debet probari minor ætas, sed læsio. Item & tertio, ꝙ hæc læsio aut minoris facilitate, aut aduersarij dolo cõtingit. ff. de mino. l. ex facto. §. sciendum. & l non

3 omnia. & l. quod si minor. §. non semper. † No. ꝙ vbi ad executionem alicuius necesse est plura probari, non sufficit proba-

4 tio vnius. † No. ꝙ restitutio in integrum concedi debet causa cognita, ad idem ff. de mino. l. in causæ. §. causa. de in integ. rest.

5 l. omnes. extra, eodem tit. cap ex literis. † No. vltimo, ꝙ restitutio in integrum per modum exceptionis postulata, aut replicationis, temporalis est, quemadmodum & postulata principaliter per iudicis officium nobile. Vnde inferuntur duo, primo, ꝙ fallit regula. l. pure. §. fin. j. de doli excep. Secundo quod

6 replicatio est ita temporalis, † sicut actio. Ad idem l. quærimũ. §. pe. j. de pe. hær. Ad idem facit. l. si factum. secundum vnam lectu. C. de excep. in tertio notabili. ff. posito. Sed stat dubium,

7 an † necesse sit ista tria in libello exprimere, ad hoc vt procedat, sicut debet exprimere ista tria ad hoc, vt restituatur. Et primo necesse est. ꝙ duo exprimantur, vt in l. minoribus. C. de in integ. rest. Sed quid de tertio, ꝙ fuit læsus, aut facilitate sui, aut dolo aduersarij? In hoc fuerunt variæ opi. Doct. Bart. posuit in l. fi. C. de in integ. resti. & dicit ꝙ necesse est, ꝙ adijciatur, & dicit ꝙ si hoc non exprimatur, potest reijci, vt d. l. fin. de in integ. resti. hanc sequitur Bal. in d. l. fin. Idem sequitur Spec. de in integ. rest. § qualitas. in princ. vt refert Vber. de Bobio. & tribus rebus. & l. fi. C. de edic. diui Adri. & l. ii. si sęp. in integ. rest. pe. Secundo probatur, quia iste libellus restitutionis æquiparatur actionis personalis libello, in c. fin. de off. iud. Sed clarum, ꝙ libellus actionis personalis desiderat causam proximam & non remotam, vt dicitur in l. i. in prin. ff. de ede. Tertio probatur, quia ista restitutio non debet concedi, nisi causa cognita, vt l. in causæ. §. causa. supra de mino. ergo debent omnia exprimi. Hanc sequitur Ant. de But. in c. constitutus. el j. de in integ restit. Sed mihi videtur, ꝙ sufficiant ista duo prima exprimi absque tertio. Quod probatur sic, & primo in d. c. constitutus. vbi admittitur libellus, in quo solum duo erant expressã, igitur. Probatur ex tex. in d. l. minoribus. C. de in integ. restit. vbi tex. non facit mentionem de tertio, ergo non debet exprimi. Item probatur in d. l. verum. §. sciendum. Sed quid est, quamuis admittatur iste libellus, attamen necesse est probare illud tertiũ per iura supra allegata. Hoc tamẽ limita, quia dicitur, ꝙ libellus admittitur &c. Fallit nisi petatur restitutio aduersus sententiam, quia tunc necesse est, ꝙ exprimatur qualibet particula, vt l minor magistratus ff. de mino. vbi Bar. hoc ponit. Sed nunquid sit necesse in libello hoc adijcere se minorem læsum, & dolo aduersarij, vel ipsius facilitate? Sed requiritur quòd dicat, ꝙ ipse est intra tempora petendę restitutionis. domi. Anto. Roman. in ij. ff. veter. par.

in c.fi.de in integ.reſt.tenet ꝙ debet exprimi, alias non admit
titur,ſed ipſe dixit ꝯ calum.l.in l.ſi minorem te.C.de in integ.
8 reſt. Pro hoc†facit ẽt,quia minor non debet allegare id, ꝙ eſt
cauſa intentionis rei volentis libellum reijcere, vt l. ciuitas. ſ.
ti.j.& in auth.hoc ius porrectum.de ſacroſ.eccl. Probatur in l.
j.C.de eden.in c.fi.de lib.obla.per Innoc. Item vr̃ illud,ꝙ dicit
D.Ant.quia libellus reſtitutionis debet neceſſario cõcludere,
ſed eſt falſum,quia nulla lege cauetur,igitur ſufficit,ꝙ preſum
9 ptiue,vt l.omnes.§.Lucius.de his quæ in fraudem cred.†Vlte-
rius dubitatur.an iſta in integ. reſt. requirat litis cont. & libel-
lum?Bar.dicit ꝙ vbi petitur incidenter.tunc nõ requiritur. Ita
dicit Bar.hic per c.fi.extra,de offi.iud.Bal.hic concludit latius,
& D.Bar.de Sal.aut iſta reſtitutio petitur principaliter,& tunc
requiritur,vt l.in cauſæ.§.de mino. & c.ij.de off.iud. & l.intra
vtile.de in integ.reſ. Aut eſt petita incidenter,& tunc nõ req-
ritur,vt tangit in l.iiii.§.hoc iudicium.de dam.inſec. C.rub.de
interrog.act.& Spe.de offi.iud.§.incidenter.& l.Lucius.de reſ.
in integ.in §.fi. & Bart.latius in l.ab hoſtibus. §.ſed quod ſim-
pliciter.ſ.ex quib.cau.ma.quia ipſe ibi tria membra ponit, &
ibi vide plene per eum,& tangit,& dicit cõſideranda quatuor,
quia aliqñ petitur incidenter,& tunc requiritur, vt ſ.dictũ eſt,
aut petitur principaliter,& tunc ſi petitur,requiritur, vt d.c.ij.
Aliqñ petitur aduerſus ſententiam,& tunc Innoc.dicit,ꝙ non
requiritur conteſtatio.Bar.tenet ꝯ Inno.reſt.in integ.& ſñia ę-
quiparantur,vt l.preſes.ſ.de in integ.reſt. & l.peremptorias.ſ.
ſen.reſc. non poſ. Sed in ſententia, ſi petitur reſtitutio aduer-
ſus ſñiam, requiritur litis conteſt.vt l.fi. C.de temp.appell.igĩt
& in integ.reſt.aduerſus ſñiam.Fallit,niſi ſi vna pars eſſet prę-
ſens,& alia abſens,quia poteſt procedi lite non cont. vt eſt ca-
10 ſus in l.in cauſæ.§.cauſa.ſ.de min. Sed nunquid†reſtitutio poſ
ſit peti coram iudice incompetenti incidenter?quia debet pe-
ti tñ coram illis perſonis,de quibus in l.fi.de in integ.reſtit. &
dicit Bar.ꝙ non,niſi in caſu huius §. Et probat,quia ſententia
& iur̃m æquiparantur. Sed clarum,ꝙ iudex non poteſt retra-
ctare ſententiam, ita & iur̃m præſtitum nõ poteſt retractari,
ergo nec idem in integ.reſt.videlicet ꝙ iudex non poterit co-
gnoſcere ſuper in integrum reſtitutione,ita dicit Bar. Bal. aũt
tenet ꝯrium in l.j. C. de ord.cog. vbi ſi vnus iudex non eſt cõ-
petens, fit competens ſi incidenter proponatur, ita tenet hic
D.Sali.per l.cum proponas.C.de reb.cred.Sed dic aliter,& ſic,
aliqñ ipſe minor vult petere reſtitutionem in integrum corã
iudice incompetenti in vim replicationis, & tunc bene loqui
tur Bar. quia in replicationib. quis dr̃ agere,vt Inſtit.de replic.
in prin.& l.j.de excep.Sed ſi principaliter,non poſſet.igĩr. Prę-
terea imputari debet ſibi,ſi ſciebat petere in integ.reſt.& non
petijt,ſed ſibi reſeruauit,ſicut dr̃ in ſimili in l. ſi qñ.C.de dilat.
Aut petit incidenter in vim replicationis. & tunc bene põt co
gnoſcere,q̃uis ſit incompetens,vt l.fi.in fi. C.vbi & apud quẽ.
& in c.cauſa reſtitutionis.extra,de in inte.reſt.vbi eſt caſus ſin.
de eo,ad qđ Bar.alleg.gl.in d.l.cum proponas.in fi.ſuper verſ.
11 captus ſit.Ex quo†infertur ad vnum, minor non appellauit in-
tra tempus appellationis, vult petere reſtitutionem aduerſus
appellationem,an ſit neceſſe probare,ꝙ ipſe habet aliqua in-
ſtrumenta,vel teſtes, propter quæ obtinebit in cauſa appella-
tionis:& tenet ꝙ ſic.In hoc Bar.fuit ſibi varius in l.fi. C.vbi &
apud quem. vbi vult, ꝙ ad conſequendum reſtitutionẽ aduer
ſus appellationem ſufficit,ꝙ tp̃s appellationis eſt elapſum. &
Bal.tenet ibi ꝯ Bart & alleg.iſtum tex.qui hoc probat per iſtã
gl. ꝙ debet probare, ꝙ ipſe habet aliqua inſtr̃a, vel aliquos te-
ſtes,propter quę obtinebit in cauſa appellationis.Item quęrit
12 †hic Bar.an requiratur plena probatio,an ſufficit, ꝙ probet ſe
miplene? dicit ꝙ ſufficit ſemiplena probatio. Ad hoc põt ad-
duci illud,ꝙ dr̃.ꝙ vbi ſunt duo iudicia, quorum vnum eſt præ
paratorium,ſufficit, ꝙ proponatur vnum, ꝙ ſit cum ſemiple-
na probatione,vt hr̃ in l.iij.§. ibidem.ſ.ad exhib.Sed in propo
ſito,quia ad hoc,vt conſequar in integ.reſt.ſufficit ꝙ probem
ſemiplene,& ꝙ habeam inſtr̃a vel teſtes, quia in ſecundo iudi
cio appellationis plene examinabuntur dictæ probationes. In
hoc tñ dic,ꝙ aut petitur in integ.reſtit.aduerſus probationem
omiſſam teſtium vel inſtr̃orum, aut petitur aduerſus ꝯtum,
vel præſcr. Aut petitur aduerſus tẽpus appellationis elapſum.
Primo caſu qñ petitur reſtitutio aduerſus probationem omiſ
ſam,in hoc fuerunt plures opi.& fuit Bar.hic,qui dicit,ꝙ ſuffi-
cit ꝙ ſemiplene probet, habere inſtr̃a,vel teſtes, ad quæ produ
cenda petit reſtitutionem.Idem ſequuntur oẽs.Spe.in ti.de in
integ.reſt.§.ii.ver.idem tenet ꝯrium,quia dicit,ꝙ ſufficit ꝙ mi
nor alleget ſimpliciter, non aũt requiritur,ꝙ ſemiplene pro-
bet,vt vult Bart.Inno.in c.coram procu.extra, de in integ.reſt.
tenet cum Bar.in c.auditis.extra,de reſt.in integ. & D.Ant. te-
net Inno.& dicit,ꝙ aliqñ minor petit reſtitutionem aduerſus
probationem omiſſam inſtrumentorum,vel teſtium, & tunc
dic, ꝙ debet producere illa inſtrumẽta in iudicio, vt probatur
in c.cum veniſſet.eo.ti.vbi papa vult videre illa inſtrumenta,
ad hoc, vt reſtituantur, & tunc dicit, ꝙ ſufficit ſemiplena pro-
batio,vt probatur in d.c.auditis.ad fi. Ita diſtinguit D.Ant.ſed
ipſe in c.communi ex ipſis.extra eo.dicit aliter, quia ad hoc,
vt minor habeat reſtitutionem in integrum aduerſus proba-
tionem teſtium,debet facere vnum articulum, ſuper quo iu-
dex debeat videre ſemiplene. Sed dic,ꝙ opi.Bar.eſt vera,vt pa
tet hic.Nec obſt.d.c.auditis. quia ibi non permittitur,ꝙ petat
aduerſus probationem teſtium, vel aduerſus petitionem in-
ſtrumentorum.vnde debet declarari per c.cum veniſſet. eo.ti.
Sed plus non eſt facienda differentia inter teſtes & inſtrumen
ta, vt l.in exercendis.de fi.inſtru. Igitur debet eſſe idem, & ea-
dem reſtitutio.Secundo caſu quando aduerſus ſententiam.&
in hoc fuerunt opi. Et Bar.de Sal.qui vult,ꝙ neceſſe eſt, ꝙ be-
ne probet. Et probatur tali ſimili,quia quando petitur reſtitu
tio aduerſus contractum, debet probari plene, vt l.j. C. qui &
aduer.quos.Idem in ſententia,vt l.omnes iudices. ſ.de iud.&
Ant.in c.ex literis.tenet oppo.quia dicit,ꝙ nihil eſt neceſſe ꝓ-
bare ſe læſum,vt d.c.ex literis. Et probatur hoc. quia iura dñt,
ꝙ ad hoc,ꝙ minor reſtituatur, ſufficit ꝙ ꝓbet ſe læſum & mi-
norem.Sed probat ſe læſum,& probat ſententiam,& etiam in
hoc dico,ꝙ ſufficit ſemiplene probari,ſicut dicimus in reſtitu
tione aduerſus iuramentum, debet probare ſe habere inſtru-
menta vel teſtes. Sed iuramentum & ſententia æquiparãtur,
igitur.Item probatur, ꝙ qñ ſunt duo iudicia,quorum vnũ eſt
præparatorium ſufficit &c. Sed in caſu iſto vnum eſt prępara
torium alterius,quia reſtitutio eſt præparatorium ſecundi iu-
dicij,ergo ſufficit,ꝙ ſemiplene probet,ſicut in ſimili dr̃, d.l.iij.
§.idem.ad exhib.licet Spec. tenet opi.Bar.de Sal. in ti.de in in-
teg.reſt.in §.ij.ver.in hoc.Nec obſt.d.l.j. C.qui & aduer. quos.
Tertio caſu, quando petitur aduerſus contractum vel præſcri
ptionem,& in hoc dic.ꝙ vnum eſt iudicium reſidens,& tunc
idem eſt iudicium reſciſſorium, & illud eſt. quod ſubrogatur
in locum primi,vt l.fi.de in integ.reſt.& d.l. ab hoſtibus.§.ſed
quod ſemiplene.de capti.In hoc dic ſm D.Sali.& Bal. ꝙ ſuffi-
cit ſemiplena probatio.per l.j.C.qui & aduerſ.quos.D.Ant.te
net ꝯrium in d.c.ex literis.diſtinguendo,ꝙ aliquando eſt lęſus
in iure,& neceſſe eſt plene probare. Aliquando eſt læſus in iu
re,& in poſſeſſione,& tunc ſufficit ꝙ probet ſemiplene de iu-
re ſuo, ſed in ſecundo iudicio plene probabit. Tu dic, ꝙ p iſtã
reſtitutionem quis conſequitur hoc, quod ſolũ aduerſus ſub-
iectum lædens reſtituit, & tunc ſufficit ſemiplene probare de
iuramento,per rationem.ſ.allegatam,quando ſunt duo iudi-
cia,& vnum eſt præparatorium &c.Aut per iudicium reſtit.in
integ. non ſolum reſcindo ſubiectum lædens, ſed conſequor
rem,& tũc debeo plene probare,vt d.l.j. C.qui & aduer.quos.
Et pone exemplum per l.in cauſæ.§.cauſa cognita.& l.ꝙ ſi mi
norem. §. i. Quarto caſu. qñ petit reſtitutionem ad appellan-
dum.& vna fuit Bar.in l.fi.in quib.cau.in integ.reſt. nõ eſt ne-
ceſ. & dicit, ꝙ neceſſe eſt probare tempus appellationis eſſe
elapſum. Sed hic dicit, ꝙ debet probare etiam aliqua inſtru-
menta hr̃e,& tũc ſufficit ſemiplene probare, & iſta eſt verior,
13 vt hic per iſtum tex. Et†aduerte ad vnum dictum Bar. qui di-
cit hic,an probatio facta in iudicio ſummario, faciat fidem in
iudicio ordinario? & tenet hic ꝙ non ſ.ꝙ ſemiplena nõ faciũt
ſemiplenam fidem in ordinario. Et ratio,quia probationes fa
ctæ in iudicio ſummario,faciunt ſemiplenam probationem,
quia in ſummario ſemiplene cognoſcitur,igitur. Facit.cap.ve
niens.extra,de teſtib.Sed quid ſi eſt plene cognitum in iudicio
ſummario, an faciant plenam fidem? & in hoc fuerunt duę
opi.Prima fuit Pe.in l.quod tempore. & ibi Cy. de in integ.re
ſti.mil. & tenet ꝙ ſolum ſemiplenam.Et ratio,quia probatio-
nes factæ in vno iudicio impertinente,non faciunt fidem,igi-
tur.Ia.But.tenet contrarium in d §.ſed quod ſimpliciter. & di
cit,ꝙ factæ ſunt pinguius non impertinentes,igitur.& Bal.in l.
ij.C.de eden.ſequitur opi.Pe.& Cy.& Bar.in l.ij.§.hoc edictũ.
vi bo.rap. tenet indiſtincte Cy.opi.d.An.de Bu.in d.c.veniens.
tenet d Ia.Bu.& iſta eſt verior, per l.ſi nauta.§.non quocunq;.
ſ.de neg.ge. & per no. per Bar.in l.qui Romę.§.duo fratres. ff.
de ver.obl.& per reg.Inno.in c.eum qui.extra.de teſti. & per l.
ſed ſi patri.§.ſi j.eo. Facit quod no.Inno. in d.c. cum dilectus.
extra,de ord.cog.vbi fides facta in iudicio ſummario, facit fi-
dem in ordinario.Item fallit,ſi partes eſſent contentę,& con-
fiterentur,vt eſt gl.ſing.in d.c cum dilectus.Sed quid ſi minor,
14 †qui reſtituitur,produxit inſtrumentum, per quod plene pate
bat de iure ſuo,deinde appellauit, an cogatur in cauſa appel-
lationis producere illud inſtrumentum? videbatur ꝙ non po-
teſt, qñ ſemel conſtitit de dicto inſtrumento, ſed contrarium
tenuit Fed. de Se. in conſ.ſuo, conſ.55. Et ratio, quia aduerſa-
rius forte multas exceptiones habet aduerſus inſtrumentum,
quas forte non potuit obijcere in cauſa reſtitutionis. In gl. ſu-
per verſi.docuit.ibi,quæ eſt.j.Sol. quia hoc eſt in odium fœne-
15 ratoris,vt d.l.j.ſi aduer.credi. ;†Ex quo no.ꝙ qñ minor petit ſe
reſtitui aduerſus vſurariũ, vſurarius debet probare ipſum nõ
16 læſum. In ea.gl.ibi.l.ſi prædium. †dic,vt dicit gl.in l.prædiorũ.
C.eo.& dicit ſic. Aut minor petit reſtitui aduerſus contractũ,
qui

qui valebat, & tunc debet probare ſe eſſe læſum, vt hic. Fallit in odio ſœneratorũ. Aliqñ petit reſtitui aduerſus actũ, qui eſt nullus, & tunc tali caſu ſufficit ſe probare minorẽ, & aduerſarius debet probare illum non eſſe læſum, vt d. l. prædium. & d. l. prædiorum. Sed tu dic, ꝙ aliqñ minor apparet læſus re ipſa, & tunc debet probare aduerſarius non eſſe læſum, vt l. j. ſi aduer. cre. & l. ſi prædiorum. C. de præd. mino. Aliqñ non apparet læſum re ipſa, tunc minori eſt neceſſe probare ſe eſſe læſum, vt hic. In gl. ſuper ver. tempus. ibi. pure. §. fi. Bar. hic declarat latius. Sed quia non eſt neceſſe addere, ideo non refero. In 17 ea. gl. ibi. † Sol. hic exceptio ponitur. Doct. ſoluunt aliter dicendo, ꝙ aliqñ ipſa exceptio non eſt nata, ſed expectatur eius natiuitas, & tunc quemadmodum illud, quod cauſat natiuitatẽ eſt tẽpale, ita & ipſa natiuitas. Aliqñ ipſa exceptio eſt nata, & quemadmodum ipſa exceptio eſt perpetua, ita & natiuitas ipſius perpetua, vt habetur in l. j. §. exceptio. de doli exce. & facit ad no. per Cy. in l. ſuperuacuam. C. de temp. in integ. reſ. vbi dicit, ꝙ illa quæ ſunt temporalia ad agendum, ſunt temporalia ad replicandum. Item fallit in petitione hæreditatis, de quo plenius per Cy. in d. l. ſuperuacuam.

S V M M A R I V M.

1 *Iurare rem meam eſſe, & rem tuam non eſſe, ſunt diuerſa.*
2 *Actio, quæ a principio non eſt orta, oritur ex poſt facto.*
3 *Iuramentum, an cauſet retranslationem dominij? Et an publicianam?*
4 *Condemnato ad rem, quam reſtituit, ſi res ipſa reuerſa ſit, an contra ipſum poterit agi actione in factum ex prima ſententia.*
5 *Iuramentum ſuper principali præſtitum, quãdo trahitur ad acceſſorium etiam in teſtibus.*
6 *Iuramentum æquiparatur ſententiæ.*
Reus conuentus ad fundum, ſi probaui fundum meum, quod teneatur ad fructus.
7 *Reus, ſi probat ſe dominum, an fieri debeat ſuper hoc declaratoria.*
8 *Inductum per præſumptionem tantum durat, quantum inductum per veritatem.*
9 *Verba impropriantur, vt intentio agentis ſaluetur, & ne in periurium incidat, & etiam ad inducendam plenam probationem.*
10 *Emphyteuſis, ſi reperitur conceſſa, ſed dubitatur, an duret, qualiter præſumetur conceſſa, & iuramentum deferatur. Et quid in emphyteuta priuati. numero 11.*
12 *Emphyteuſis, quæ dicitur præſcripta, tantum durat, quantum ſi fuiſſet contracta per contractum.*
13 *Libellus, vt ſaluetur, impropriantur verba.*
14 *Error iuris, quòd excuſet a pœna periurij.*
15 *Iuramentum habet vim veritatis, & vim ſententię latæ præcedentibus plenis probationibus.*
16 *Sententia declaratoria non facit ius quo ad omnes, ſed tantum quo ad litigantes.*
17 *Sententia lata in iudicio vniuerſali, vel iuramentum ſuper eo præſtitum, mandatur executioni in rebus poſtea poſſeſſis.*
18 *Acta iudicij facta inter plures, quod non proſint, nec noceant extraneis, ſicut nec ſententia.*
19 *Actio ex confeſſione & iuramento quando oriatur. Et quid in confeſſione extraiudiciali.*
20 *Iuramentum, an habeat executionem paratam.*

LEX XI.

1 SEd & ſi poſſeſſori. Collige notabilia. & † primo nota. diuerſa ſunt iurare rem meam eſſe, ſeu negatiue, rem tuam non eſſe. Secundo no. ꝙ aliqñ id, ꝙ inducitur, non prodeſt agenti ad cauſandum exceptionem. 2 † Tertio no. ꝙ actio, quæ non eſt orta a principio, aliqñ oritur ex poſt facto. In gl. ſuper ver. actio. in prin. Iſta ſolu. non placet Bart. ratio, quia actio in factum, non datur vbi competit alia ſpecialis, vt l. quoties. j. de præſcri. ver. & l. iij. §. ex hoc edicto. ſ. nau. caup. ſtabu. Sed primo iſta gl. præſupponit, ꝙ habebat pu 3 blicianam, quæ eſt ſpecialis, igitur. † In ea. gl. ibi, ſed an poſſeſſori. & ideo quia ad cauſandum publicianam ſufficit eſſe fictam traditionem, vt l. ſiue autem. §. ideo. ſ de publi. Sed iſtud non placet Bar. quia nullo modo competit publiciana. requiritur ergo traditio. Nec obſtat, ꝙ dicit gl. quia negatur iuramẽtum tranſactioni æquiparari, ſed retẽtio, quæ fit in tranſactione, non habetur pro traditione, vt l. ſi pro fundo. C. de tranſa. igitur. Item æquiparatur ſententiæ, ſed per ſententiam inducitur tranſlatio dominij per fictam traditionem, igitur. Nec p iuramentum, vt in gl. d. l. ſi pro fundo. C. de tranſact. Et ad intellectum. l. ſi quis pro fundo. aduerte, quia non probat, ꝙ retentio non cauſat trãſlationẽ dominij, & hoc per l. ij. de euic. vbi ſimile habetur. Præterea ideo ibi non tenetur de euictione, quia tranſactio fuit hoc modo concepta. ſ. des mihi illum fundum, & ego dabo quicquid iuris habeo, nunquid tenetur de euictione? vt l. quod ſi in venditione. j. de hære. vel act. ven. & non ſequitur illud, quod Bar. hic dicit, non habet regreſſum de euictione, ergo retentio habet vim tranſlationis dominij. Et ad illud ꝙ dicitur de ſententia, quia fuit pronunciatũ rem eſſe petitoris, & ſic concluditur cum gl. per regulam. l. clauib. j. de contrahen. emp. Quia eo caſu quo quis facit aliquid, propter quod eſſet transferendum dominium & non transfertur quia forte non erat dominus, tunc transfertur poſſeſſio. Sic in caſu iſto, quia ſi fuiſſet dominus tranſtuliſſet dominium, ergo 4 ſaltem debet transferre titulum publicianæ. † Et per iſtud principium terminatur vna quæſtio ſecundum Doct. Pone, ꝙ egi contra te rei vendicatione, vlterius ꝙ fuit facta executio, pone ꝙ iſta recedit a me, & peruenit ad te, an autem poſſum agere contra te actione in factum ex ſententia? In hoc fuerũt opiniones, & dicit Bart. ꝙ ſic, arg. iſtius tex. quia iuramentum, & ſententia æquiparantur. Præterea ex ſententia oritur actio in factum, alia eſt, quę dicitur officium iudicis. Sed contrariũ tenet in l. permiſceri. §. ſpecies. de acq. poſſ. vbi dicit condemnatus reſtituendo rem, eſt omnino liberatus. Adeo ꝙ quamuis poſtea peruenit ad ipſum, non poteſt agi contra ipſum. & probatur per gl. in l. Pomponius. §. fi. & habes. j. de pig. & in l. Claudius. in fi. gl. mag. qui pot. in pig. ha. & l. fundus §. creditor. j. de pig. & quæ ſit verior opi. Et dic, ꝙ videtur verior opin. quæ eſt in d. §. ſpecies. arg. l. inter Caſtellianum. ſ. de arbi. ſumpto argumento a ſententia arbitri ad ſentẽtiam iudicis. Sed ad hoc poſſet reſponderi. quia ibi arbitrator mandauit illos fines ſeruari, & in tractum futuri temporis, igitur. Pro Bar. facit idem, ꝙ ipſe Bar. no. in l. adulterium. de adult. Sed tenendo opi. Bar. in §. ſpecies. quę eſt verior, & rñdet, ꝙ non eſt ex titulo ſententiæ, ꝙ muri non reficiantur, quia hoc eſſet ex diſpoſitione iuris communis, vt l. ſacra. §. muros. ſ. de rer. diui. & pro opin. Bar. in hac l. facit iſte tex. ꝙ adhuc poteſt agi contra ipſum, ſi ſemel reſtituit, & poſtea ad eum peruenit. Non ob. iſte tex. qa oritur actio in factum, quia per prius non fuerat orta, per l. j. §. interdictum. j. vnde vi, & conclude per glo. in c. querelam. & c. tranſmiſſam. extra, de elect. dicendo ſic, ꝙ aut iſta res reſtituta eſt ſtatim reuerſa ad ipſum reſtituentem, & tunc oritur iſta actio in factum, vt l. non videtur omiſſa. de acq. poſſ. aut fuit reuerſa ex interuallo, & tunc ſit vera opi. Bart. poſita in d. §. ſpecies. Sed quid eſt, ſi eſt dominus, qui tradidit rem, & tunc tibi competit rei vend. vt l. Pomponius. §. ſi iuſſu. de acq. poſſ. Aut ille, qui tradidit non erat dominus, & tunc competit mihi publiciana. & hoc per gl. in c. querelam. de offic. del. & in c. tranſmiſſam. de elect. Et prædicta habent locũ in actione reali. Sed quid de actione perſonali? & de hoc in d. l. Põp. ex his. de procu. de quo etiam per Doct. in d. l. permiſceri. §. ſpecies. de acq. 5 poſ. † No. ꝙ iuramentum ſuper principali præſtitum, extenditur ad acceſſorium, & iſtud verũ in iuramento partis. Sed quid in teſte, an iuramentum ſuper principali re, extendatur ad acceſſoriam? & dic per Inno. in c. ij. de confeſ. & in ca. paſtoralis. extra, de excep. & in c. inquiſitionis. extra, de accuſat. Vlterius 6 † iuramentum æquiparatur ſententiæ, vt l. ij. ſ. eod. & ſic facit iſte tex. nunquid ſi reus cõuentus ad fundum, & probaui rem meam, an conſequar fructus? & certe ſic, vt per Inno. extra, de 7 reſt. ſpol. c. ex conqueſtione. Item facit, † nunquid qñ reus probat dominum ſe eſſe, an debeat fieri ſuper hoc declaratoria? iſte tex. facit ꝙ ſic per Inno. in d. c. ex conqueſtione tenet ꝙ ſic Hoſtien. tenet contrarium. & Bal. hic examinat iſtum articulum. & tractaui in l. Pomponius. §. ſi iuſſu de acq. poſſeſ. Ideo 8 hic non curo. † No. ꝙ tantum durat illud, ꝙ inducitur per præſumptionem, quantum id quod per veritatem. Secundo no. 9 iuramentum haberi pro veritate. Tertio † no. ꝙ ad ſaluãdum intentionem agentis, & ne incidat in periurium impropriantur verba. No. ꝙ verba partis iurantis non ſolum impropriantur ad euitandam pœnam periurij, ſed etiam ad inducẽdam plenam probationem, licet ſecus in verbis teſtis. extra, de teſti. 10 & plene dixi. ſ. tit. proximo. l. ij. §. appellata. † Arguitur ad vnã quæſtionem, pone ꝙ dubitetur an emphyteuſis duret, vel qualiter emphyteuta teneat, & ſic de qualitate. Iſte tex. facit, ꝙ pręſumatur, ꝙ vſque ad vitam, quia ſicut in vſucap. quia acquiritur per iuramentum vſque ad vitam, vt hic, ita & in emphyteuta. Sed in contrarium facit, quia attenditur id, ꝙ conſueuit fieri, ſed conſuetum eſt, ꝙ præſtetur vſque ad quartam vel quintam progeniem, igitur. Præterea facit, quia ſicut pactum pręſumitur reale, vt l. ait prætor. §. de vendendo. ſ de pact. Sic in iuramento, vt l. qui iuraſſe. §. fi. j. eo. igitur. Sed D. Bal. aliter diſtinguit, qu a debet attendi iuramentum, ꝙ tu iurares, ꝙ emphyteuſis erat tibi conceſſa vſque ad tertiam vel quartam progeniem, & tunc ſi ſimpliciter iuratur, videtur iurare ſm ꝙ delatũ eſt. Præterea ipſum iuramentum debet interpretari ſm votũ deferentis, vt l. ait prætor. §. fi. cum l. ſequ. ſ. Sed ſi defero, ꝙ tu iures, an conceſſa fuerit in tertiam vel quartam, & tunc ſi iuras, præſumitur ꝙ iures ſecundum quod detuli. Aut iuramentum defertur ſimpliciter, & tunc præſumitur, ꝙ vſq; ad tertiã generationem, attenta conſuetudine, vt in Authent. de non alien. §. emphyteuſium, & hæc habeant locum in emphyteuſi eccleſiæ.

11 ecclesiæ. Sed quid in emphyteusi priuati?& † dic, ꝙ licitum est argumentum de locatione ad emphyteusim, vt §.adeo.Instit. loc.& l.j C.de iu.emphy. Sed locatio præsumitur facta ſm qđ consuetum est fieri, vt l.excepto.& ibi gl.& Bart.C.loca. Ita & emphyteusis, præterea feudum concessum, in dubio præsumitur concessum ſm qualitatem ipsius feudi, ita in emphyteu. Sed clarum, ꝙ in emphyteusi priuati consuetudo est, ꝙ conceditur in perpetuum, igitur. Ita decidit Guil. in l.male. de præscrip.xxx.vel xl.anno & in l.j.si ager vecti.vel emphy.pe.& hoc nisi consuetudo esset in ɔ̃rium. Item facit idem quod dicitur

12 de vsufructu, vt §.finitur.Insti.de vsufruc. Sed † quid si dico, me præscripsisse emphyteusim?& dic, ꝙ duraret tantum quātum duraret, si contracta fuisset per contractum, vt dicit Bal. se consuluisse in l.j.de iure emph.& in c.i.de feu.dato. Aliud notabi-

13 le ꝙ improprientur verba &c. † Et facit ad aliud, primo ꝙ ad saluandum mentem libellantis improprientur verba. facit. l. si quis intentione ambigua. ſ.de re.dub. Præterea dicit Bart.si dico de dominio, intelligitur de directo. Pone ꝙ quis libellauit de dño.& tunc verba improprientur, vt saluetur intentio libellantis, de quo vide per Bar.in l.si mater. §.actiones. vel §. eadem.de excep.rei iud.& per d.Bal.in l.si testamento.de condi.insti.& in l.cum res.de prob.& tenet Bar.hic. Et ad euitandam periurij pœnam & concordiam inducendam, verba debēt improprieri? vt hic, & in l.eius qui ſ.ti.j. Et ad aliud quādo quis iurat sibi deberi vsumfructum in re, in qua proprie non cadit vsusfructus, & sic in pœnam periurij incidit. sed non est verum, quia ille, qui iurat, nescit distinctiones iuramenti. Et sic

14 no. ꝙ † error iuris excusat a pœna periurij, de quo per canon. in c.homines falsum iurant.44.q.5. In tex.ibi, sed si de hæredita-

15 te. † No. iurm̄ habet vim veritatis. Ad idem in l.non erit.§.dato.ſ.eo. Item no. ꝙ iurm̄ habet vim sententiæ latæ præceden-

16 tibus plenis probationibus. † No. sententiam declaratoriā non facere ius quo ad omnes, sed tantum quo ad litigantes. No. ꝙ

17 sententia † lata in iudicio vniuersali, siue iurm̄ super eo præstitum mandetur executioni in rebus postea possessis. Vlt. nota

18 † tex si.cum l.seq. ꝙ eo casu, quo sententia lata inter plures non præiudicat, nec prodest extraneis, eodem casu nec illis iudicij acta seu probationes præiudicant, aut prosunt. Ita tradit Inno. ex hac l.extra, de testi.c.causam quæ.& Bar.refert in l.cum lite mortua.j.iud.sol. In gl.super ver.ideoq;.de quo dixi in l.ij. ſ.e. Sed qñ iurm̄ est præstitum formiter, aut informiter. In gl.sup

19 ver. † probatum.& allegatur pro singulari, videlicet, ꝙ solū ex confessione & iuro oritur actio, intellige de confessione iudiciali, non autem extraiudiciali. Patet ꝙ non oritur obligatio, vt l.Publia j.depo.igitur Sed hoc limitatur, nisi ista sit geminata, tunc habet vim confessionis iudicialis ſm Bar. in l.cum scimus.de agric.& censi.li.x. Item limitatur, nisi ista confessio extraiudicialis haberet clausulam guarentigiæ, quia tunc oritur actio, quia confessio, quæ habet in se clausulam guarentigiæ, habet vim confessionis iudicialis, vt dicit Bal.in l.sicut maior. de rep.hær.igitur. Item limitatur, nisi super ista confessione extraiudiciali apponatur iurm̄, quia tunc oritur actio, vt no.gl.j. q. 7. quoties cordis oculus. Et pro hoc obtinui vnam quæstionem. Quidam agebat ex confessione extraiudiciali, aliqui tenebant, ꝙ non poterat agi ex tali confessione, quia non oritur aliqua actio, igitur. Sed contra ego dixi, ꝙ non est verum, quia oritur ex geminata confessione. In gl. in ver.si cum de hæreditate.de hoc in l.ictus fustium. ſ.de his qui no.infa.& per Bart.

20 in l.infamem.de publ. Et ad vltimum no.quæro, † an iurm̄ habeat executionem paratam: Bar.in l.ij.dixit ꝙ sic, & Bal.in l.j. de hær.act. Sed quid in iudiciali?& Bar.respondet ꝙ sic. & Bal. tenet idem in l.j.de execu.rei iud. In hoc aduerte, quia habet executionem paratam.s. ꝙ nullæ probationes admittūtur, sed an habeat executionem paratam, quo ad hoc, vt non expectet sententiam declaratiuā?& certe non, quia confessio facta post litem contestatam, non habet executionem paratam, imo requirit sententiam declaratoriam, vt habetur in l. proinde. §. notandum.ad leg.Aquil.& l.qui Stichum.de confes. Idem in iuramento. Præterea probatur per tex.in l. iusiur.& ad pecu. §. penultimo.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum, an sit probatio plena.*

2 *Publicianam, quod ille habet, qui obtinuit in vniuersali iudicio.*

LEX XII.

IDem est. No. ex † isto tex. ꝙ iuramentum habet vim probationis. de hoc an sit probatio plena, vel non, dixi in l.nō erit.§.dato. ſ.eodem. Et sunt opin. de quo in l.non verisimile. ſ.quod met. cau. tenent, ꝙ si sit probatio facta in vno iudicio inter duos, non prosit, neq; noceat alij. ita no. hic. in gl.in ver.

2 idem est. No. ꝙ † ex vniuersali iudicio, in quo obtinui, habeo publicianam ad consequendum illas res, quæ non sunt mihi traditæ. Pro hac facit. l.cum sponsus.§.is cui.de public.

1 *Iuspatronatus in se est indiuisibile.*

2 *Acta inter alios, an prosint extraneis, quo ad aliqualem præsumptionem.*

3 *Iuramentum ab alio delatum, non prodest extraneo, nisi quo ad aliqualem præsumptionem.*

4 *Iuris sui conseruandi causa potest quis petere, vt alius deliberet ius suum.*

5 *Rei vendicatione contra vnum si duo agant, & alter deferat iuramentum, oritur præsumptio pro altero, & ibi quid prodest dicta præsumptio.*

6 *Iuramentum in defectum probationis, quod deferatur habenti duas præsumptiones.*

7 *Probantium se dominos, si vnus ex eis vltra id habeat etiam præsumptionem pro se, qui habet præsumptionem, obtinebit.*

8 *Portio deficiens, quando accrescat socio.*

9 *Ius accrescendi, an habeat locum in legitima filiorum.*

10 *Iuramentum delatum alicui super ætate, quod quo ad alium faciat qualem qualem præsumptionem.*

11 *Confessio facta interrogationi, an quis sit hæres, quod faciat aliqualem præsumptionem.*

LEX XIII.

SI duo patroni. Exclusio vnius ex patronis à iuramento proueniens, non prodest alteri patrono, quo ad successionem, licet faciat qualē qualē p̄sumptionē pro

1 eo, qui se insolidum patronum dicit.h.d. † No. ꝙ licet iuspatronatus in se indiuisibile sit, vt l.quædam mulier. dicitur res di-

2 uisibilis. Secūdo no. † ꝙ acta inter alios prosunt alijs extraneis,

3 quo ad qualem qualem præsumptionem. Tertio † no. ꝙ iurm̄ ab alio delatum, non prosit extraneo, quo ad plenam probationem, prodest tamen quo ad qualem qualem præsumptionem, quod j. pōderabitur. In gl.super verbo, alteri. ibi, sed qua-

4 liter. † No. quo ad conseruationem iuris sui, potest quis petere, vt alius deliberet ius suum, de quo per Innoc. in c.cum querela.extra.de elect.& hęc habent locum in petitorio. sed quid in possessorio?dic, vt habetur in l.j. C.de Carb.edi. vbi de hoc videtur casus, & plene ibi dixi. In gl.super ver.iurasset quæ inci-

5 pit, ar.ſ.quemad.ser.amit. Ex hac gl. † potest inferri ad practicam, duo agunt rei vendic.contra vnum, & vnusquisque dicitur dominus insolidum, vnus ex istis detulit iuramētum reo, & iurauit, ꝙ tunc præsumptio est pro altero. Et si quæratur, quid operatur ista pręsumptio?dic, ꝙ hoc operatur, quia ista præsumptio facit transire onus probandi in eum, vt l.siue possidetis.de rei vend. vbi si præsumptio non esset, oporteret pro-

6 bare dominum me esse, vt l.pen.& fi.C.de rei vend. † Sed quid si habeo vnam præsumptionem, quo casu non defertur iuramentum in defectum probationis, vt l iij.§.j.ſ.de mino. & l.j. C.qui & aduer.quos. Scilicet si habeo duas p̄sumptiones, quæ faciunt semiplenam probationē, vt l.ij. §.ætas. de excus.tuto.

7 Igitur iuramentum defertur. † Item resultat alius effectus, ꝙ si sumus duo, quorum quilibet dicit se esse dominum insolidū, & quilibet probat per duos testes, ꝙ præsumptio operatur, ꝙ ille qui habebit præsumptionem obtinebit in causa. Quia sola pręsumptio est sufficiens ad causandum victoriam. Et probat ex gl.fi.circa fi. Probat istud in c.licet causam. exta, de proba.& Bar.allegat in l.si duo j.vti possid In ea.gl.ibi, ipso iure.

8 Ex qua no.ad illud, † ꝙ portio deficiens accrescit socio. Limita, ꝙ est verum, quando deficit ipso iure, secus si ope exceptionis, ita singulariter limitat istam gl. Sed nunc muto consiliū, quare non probat, quia imo deficiebat ipso iure, & probatur sic, quia iuspatronatus tollitur nuda conuentione, vt l.fi.de iure patro.sed iuramentum habet vim conuentionis, vt l.qui iurasse.in fi.ſ.eo.igitur. Ideo videtur mihi, ꝙ vera sit opinio Ia. & Bal. ꝙ imo accrescat alteri patrono, per d.l.j. & intellige aliter istum tex.q̄ gl.& supplet ibi, nec.s.hæredi patroni, & ita teneo

9 contra omnes per dictam rationem. Tamen retenta † communi opinione Doct. potest inferri ad aliam, & primo, an in legitima filiorum habeat locum ius accrescendi? de quo dixi in l.j. C.quando non peren.par. & sic limitatur illud, quod ibi dicitur arguendo de legitima filij ad legitimam patroni, quod est verum, quando deficit ipso iure, vel ope exceptionis. quod

10 no.singulariter. In gl.super † verbo, habiturum. Iste tex.facit ad quæstionem, quidam dum deferretur sibi iuramētum de ętate, iurauit se maiorem, modo alius vult agere contra eum vigore istius iuramenti, quod tale iuramentū non prodest quo ad plenam probationem, sed quo ad qualem qualem pręsum-

11 ptionem. † Item facit ad ea.quæ habentur in l.fin.de interrog. actio. vbi dicitur, ꝙ confessio facta, quem esse hęredē &c. non probat.s.plene, sed facit qualem qualem pręsumptionem, ita limitatur singulariter.

§. Iulianus ait. Iuramentum effectum pręscriptionis consummatę tollit, inceptam autem pręscriptionem interrumpit. h. d. secundum lect. positā hic in gl. Vel sic, licet actionem ex præscriptione quæsiuerim, nihilominus ex iuramento alia quęri potest.h.d. Vel sic. actio quęsita ex iuramēto potest per pręscriptionem duplicari. h.d. Vel sic. Iuramentum quo ad effectum temporalem actionem per-

perpetuat.h.d. Et secundum vnum intellectum facit ad illud, quod habetur in l.nam & postea.§.si is qui temporali.ſ. quòd perpetuat temporalem actionem, non ipso iure, sed ope exceptionis. Et sic facit, ꝙ præscriptio iuramento non tollitur ipso iure, sed ope exceptionis In glo. super ver. præscriptionem. & dic secundum istum intellectum. Facit ad quod habetur in d. §. si is qui temporali.ſ. ꝙ ille. §. habeat locum in iuramento iudiciali, licet contrarium ibi tenuerim, ita iste tex. declarat illum singulariter.

SVMMARIVM.

1 *Probatio, quod non admittatur contra id, quod decisum est iuramento.*
2 *Probatio super eo, quod iam est probatum, non admittitur.*
3 *Interrogatio, quod non admittitur super eo, quod iam est responsum.*
4 *Testis dictum deponentis extra articulum, an probet.*
5 *Testis interrogatus, si deponit, ꝙ est infamis, quòd valeat eius dictum. Quid si sponte dixerit se infamem.*
6 *Testis, qui dicit se infamem, an puniri possit.*
7 *Articulus, si dubitatur, an sit pertinens ad causam, ꝙ iudex debeat admittere cum protestatione, si fecerit ad causam.*
8 *Testis productus per vnam partem, poterit dicere veritatem pro alia parte.*
9 *Iuramentum præstitum super furto, quando tollat condictionem furtiuam.*
10 *Sententia lata super iudicio ciuiliter moto, an præiudicet iudicio criminaliter mouendo.*
11 *Minor iurans non venire contra contractum, an possit beneficio restitutionis in integrum venire.*

§.Idem Iulianus scribit. Iuramentum super facto præstitũ negatiue tollit omnem actionem ex eo descendentem, item non debet iudex admittere probationem contra id, ꝙ semel 1 iuratum est.h.d. † No.ꝙ non admittitur probatio aliqua con-2 tra id, ꝙ iam iuramento decisum est. †Secundo no. secundum alium intellectum, ꝙ non admittitur probatio super eo, quod 3 iam est probatum. Tertio no. †non admittitur interrogatio super eo, ꝙ iam est responsum. Ad hoc. C. de iur. calum. l.ij.§. qđ 4 obseruari. in gl. In gl. quæ incipit, †& no. ꝙ testis. Ad hoc facit alia in l. si quis momentanea. C. qui legi. perso. de hoc habent casum Cano. in c. de testib. extra, de testib. Bar. autem hic, sic dicit, ꝙ aut iste testis iurauit deponere super contentis in articulo, & tunc si deposuit extra, non valet dictum suum. Ratio, qa non iuratus non potest deponere, vt l. iurisiurandi. C. de testib. igitur dictum talis testis non iurati, non valet. Quia aut iurauit dicere veritatem super tota causa, & tunc si deponit extra articulos. ſ. qui sint de causa, valet, quia veritas. Et ꝓbatur per Spec. in tit. de teste. §. sequitur. ver. illud. vbi plene dicit. Et hæc theorica probatur per casum in c. cum dilecti. extra, de accus. Tu dic latius, & sic, aut iurat dicere veritatem super contentis in articulo, & tunc si dicit aliquod extraneum. ſ. extra illũ, nõ valet, vt d. l. iurisiurandi. aut deposuit super aliquo separato, & sic super accessorio, & tunc valet, quia iuratus super principali iurat super accessorio. ita no. Inno. in c. ij. extra, de testi. & c. pastoralis. de excep. & in c. inquisitionis. de accus. & idem Spe. in d. ti. de teste. §. j. ver. sed quod deposui. & d. vers. illud. & probatur per d. l. sed & si possessori. in fi. s̃. eo. Aut iurat dicere super tota causa, & tunc si deposuit aliquid extraneum, non valet, vt d. l. iurisiurandi. Aut deposuit super aliquo pertinenti ad causam, & tunc valet, ita colligo ex dictis Spe. in d. ver. sed qđ deposui. & d. ver. illud. Sed quid si aliquis articulet, ꝙ quis debet. x. & produxit testes, & vnus testis dicit, ꝙ est verum, ꝙ sibi mutuauit. x. sed postea testis dicit, ꝙ fecit pactum de non petẽdo, an valeat istud dictum talis testis? videtur ꝙ non valet per dicta iura s̃. allegata. & Bal. posuit in l. peremptorias. C. sen. rescin. non pos. & tenet contrarium per no. per Innoc. in d. c. pastoralis. & d. c. inquisitionis. Sed dic aliter, ꝙ aut istud pactum videtur inesse obligationi, quia iuramentum præstitum super principali trahitur ad accessorium, ꝭm no. per Inno in d. c. pastoralis. & Spec. in d. ver. illud. Et ratio, quia officium testis est deponere plene super facto, igitur. vt l. Lucius. s̃. de insti. Aut istud pactum de non petendo est factum ex interuallo, & tũc si iurat deponere super contentis in articulo, & tunc nõ probat, quia deponit non iuratus, per d. l. iurisiurandi. Si autem iurauit dicere veritatem super tota causa, & tunc valet, quia iuratus deposuit. Ita no. Spec. in tit. de teste. §. i. vers. quid. Ex quib. habes qualiter debeat intelligi iuramentũ testis, vt ponit Spec. in d. ver. illud. Sed quid si deponit aliquid extraneum ad causam? non probat. Sed quid si deponit super aliquo, quod est adminiculum ad causam, puta quis agit super possessorio recuperandæ, & testis deponit, ꝙ ille qui deiecit erat dñs, an valeat dictum? videtur ꝙ non, quia istud est extraneum a causa, ergo tanquam non iurati, non valet dictum suum, vt d. l. iurisiurandi. Sed Bar. tenet contrarium, & allegat Inno. in c. j. de 5 ord. cog. Sed debuit allegare in c. j. de rest. spo. † Sed quid, si testis deponit & interrogatus, si est infamis, dicit ꝙ sic, an valeat dictum suum? & certe sic, per cap. i. extra, de exce. de quo vide in cap. cum causam. extra, de testi. Spec. latius in tit. de teste. §. iam de interrogatoriis. ver. Legiste. In Authen. de testi. §. si nõ dicatur. Sed quid si testis non interrogatur, sed ipse sponte dicat, ꝙ est infamis, vel inimicus, an euitet depositionem? Inno. dicit ꝙ debet deponere per c. inquisitionis. extra, de accus. & idem tenet Bart. in l. decem. de ver. obl. & Bal. idem in auth si dicatur. de calu. Et ratio, quia præsumitur dixisse in fraudem depositionis. Spec. tenet contrarium in tit. de teste. §. j. vers. qd 6 si testis. Sed † quid si iste testis, ita dicens se infamem, an possit puniri per iudicem, coram quo deponit? Et quid si probatur per aduersariam partem, ꝙ sit infamis? de quo vide, per Cano. in c. ii. extra, de ord. cog. & in c. ij. extra, de confess. Specu. ponit hoc in d. tit. in §. j. ver. hoc autem sciendum. vsque ad vers. sed quid est. Bar. in l. ij. §. hoc edicto. de adul. & Bal. in l. mercalem. 7 C. de cond. ob tur. cau. † Sed quid si dubitetur, an iste articulus sit pertinens ad causam, vel non, an iudex teneatur admittere cum hac protestatione, si fecerit ad causam? & certe tenetur admittere. Ita dicit hic Bar. de quo per Cano. extra, de offi. delega. cap. cum contingat. & c. per tuas. extra, de simo. & in l. ad 8 probationem. de probat. Bar. dicit vltra prædicta, † ꝙ quamuis testis producatur per vnam partem, nihilominus, dicit veritatem pro alia parte. xi. q. i. c. episcopus. iii. q. i. c. hortamur. In 6 gl. super verbo, cõdictitia. sol. † hic per exceptionem, ibi ipso iure. Lectura ista esset falsa, quia esset ponere legem verbis, non autem rebus, contra l. ij. C. commu. de leg. Præterea nõ est differentia, an actio tollatur ipso iure, vel ope exceptionis, vt l. nihil interest. j. de reg. iu. Ideo gl. transiuit ad secundam lect. Ista secunda lectu. potest esse bona & tertia lectura. Ratio differentiæ est, quia quando transigo pro furto, tunc reus videtur confiteri se furtum fecisse, quare ex transactione non tollitur condictio furtiua. Et ꝙ videatur confiteri, patet in l. quoniam. j. de his qui no. infa. Sed ille, qui iurat, omnino negat, igitur. In ista tertia potest esse locus. Bar. autem dicit, ꝙ aut fuit iuratũ specialiter super furto, & tunc remanet condictio furtiua, aut iuratur siue pronũciatur super furto generaliter, & tunc tollitur condictio furtiua, & actio furtiua, vt hic. Vel dic, licet Bar. non dicat, ꝙ secũda solutio potest esse bona, qa in d. l. si ꝓ fure. fuit transactum ibi super vna re tantum, scilicet, super actione furti, non autem pronunciatum, igitur, vt l. si de certa. C. de transact. Sed hic fuit pronunciatum generaliter, igitur. Et in hoc verbo deciditur, vt probatur in l. inter omnes. §. hæc actio. j. de furt. Sed ibi tex. vult, ꝙ fuerit transactum, igitur. & ꝙ in d. l. si pro fure. solum agebatur actione furti, non autem de condictione furtiua. Probatur in d. l. si pro fure. in damnum, igitur. Quia illud dicitur damnum, quod est diminutio patrimonii, quia fur non patitur damnum, quando res subtracta condi-10 citur ab ipso, igitur. Iste tex. inducitur ad quæstionem. † an sententia lata super iudicio ciuiliter moto, præindicet iudicio criminaliter mouendo? Iste tex. facit in argumentũ, aut fuit pronunciatum super facto negatiue, & tunc ista sententia videtur obstare. Aut fuit pronunciatum super iure tantum. i. super illa actione, quæ intentatur, & tunc non præiudicat, vt l. quæritur. de except. rei jud. Ista quæstio est multum dubia, de quo vide per Dy. in c. nullus pluribus. de reg. iur. lib. 6. Cy. in l. i. C. quando ciui. ac. & Barto. in l. j. §. hoc edicto. infra vi bon. & per glos. 11 & Doct. in l. ex morte s̃. ad legem Aqui. Item facit † iste tex. ad aliam quæstionem. Minor iurauit se nolle venire contra contractum ratione minoris ætatis, pone ꝙ non potest renunciare suo beneficio restitutionis, vt l. si intra C. de in integ res. hẽ pone, ꝙ non minor iurat contra contractum, non posse venire, vt in authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. Qui tex. dicit ꝙ contractus, super quo iuratum est, non potest rescindi. Dyn. consuluit super ista q. ꝙ ad hoc, vt minor non rescindat talem contractum, debet certiorari ꝙ beneficium restitutionis ipsi competit, quia si ignorasset posset rescindere talem contractum, super quo iuratum est per minorem. Nũquid autem habeat locum illa auth. etiam si non sit certificatus? Dy. super hoc consuluit, vt refert Barto. in l. sciendum. de verb. oblig. qui tenet, ꝙ debet certiorari. sed Bar. hic tenet contrarium. Et primo per istum tex. quia ille, qui iurat super facto iurat super omni, igitur ita si iuratum est super cõtractu. Præterea contra Dy. tex. in d. authen. non facit mentionem de certioratione, igitur non debemus addere. vt l. de precio. s̃. de publi. Sed Cy. in l. ij. tenet Dy. præceptorem suum. Bal. in l. j. C. eo. dicit se consuluisse, & tenet opi. Bart. & hac ratione, quia eo ipso, ꝙ minor iurat videtur esse maior, vt in c. in aliis. de iudi. lib. 6. & hoc tenet glos. in l. ij. C. de rescind. vend. igitur non potest competere, tanquam maiori, & sic non excluditur ex renunciatione, sed quia fuit factus maior. Sed in l. ii. C. de rescin. vendi. dicit aliter, quia aut iste minor contraxit cum authoritate curatoris, & iurauit, & tunc non est necesse, ꝙ certioretur, qa scientia curatoris dicitur esse scientia minoris, vt l. si pupillus. j. de acquir. hæred. Sed clarum, ꝙ ille qui semel scit, amplius certiorari non debet, vt l. i. de act. emp. Aliquando iurat sine authoritate curatoris, & tunc sit vera opi. Dy. Sed ista opin. est vera

vera de æquitate, quia pupillus, & mulier, & rusticus præsumitur ignorare ea, quæ iuris sunt, vt l. regula. de iur. & fac. igno. Sed quis non præsumitur renunciare iuri, quod non scit sibi cõpetere, vt l. nec nos. de capt. & postlimi. Præterea iuramentũ nunquam trahitur ad illud ius, quod minor ignorabat sibi competere, vt cap. pe. & cap. ad nostram. de iureiu. facit l. fi. j. ad municip. Igitur istud iuramentum non trahitur ad illud, quod ipse ignorabat sibi competere. Nec obstat d. auth. sacramenta. quia ibi non fit mentio de certioratione, quia debet subaudiri, sicut dicimus in Velleiano. Sed gl. supplet, quia mulier non potest renunciare Velleiano, sed gl. supplet, si certioretur, vt l. fi. §. i. ad Vell. Ita in proposito. sed de rigore iuris est verior opi. Bart. & maxime propter illam rationem Bal. quicquid dixerint alij.

SUMMARIUM.

1 *Iuramentum habet vim contractus vltro citroque obligatorij.*
2 *Posito vno ex correlatiuis, necessario ponitur aliud.*
3 *Contractum approbatum per me, non possum reprobare.*
4 *Verba, non negauerim, prolata per Iurisconsultum, quando affirmationem faciant? Et quid in parte.*
5 *Pactum an vestiatur ex iuramento? remissiue. Et vbi iuratur super contractu, quod duplex actio oriatur, num. 6.*
7 *Iuramentum habetur pro veritate ficte, & non vere.*
8 *Actio quæ oriatur ex contractu, qui pro veritate habetur, & vere non sit celebratus.*
9 *Actiones diuersæ quod oriri possunt ex diuersis causis.*
10 *Iuramentum, quod habeat vim rei iudicatæ.*
11 *Confessio. factam pro vno, quando quis teneatur acceptare contra se.*
Instrumentum productũ per partem quando quis teneatur acceptare contra se.
12 *Iuramentum, an habeat executionem paratam.*
Exceptio precij non soluti, quando opponi possit in executione.
13 *Statutum quod contra instrumentum guarentigiæ, non possit opponi exceptio. an poterit opponi exceptio precij non soluti.*
14 *Dictio &c. quod significat ea, quæ insunt de natura contractus.*

§. Si quis iurauerit. Iuramentum formiter præstitum parit actionem vtilem ex eo contractu, quem continet iurm. eo tñ tpe illa intentabit, quæ intentari potest, si ex contractu vere descendat. h. d. vsque ad §. si quis iurauerit. † No. quod iuramentum habet vim cõtractus vltro citroq; obligatorij. Secundo no. quod † posito vno ex correlatiuis, necessario ponitur aliud. Concord. C. de indic. vidui. l. fi. j. de accepti. l. fi. C. de cupres. ex luco Daphn. l. j. li. 11. † Vlterius no. quod contractum, quem pro me approbaui, non possum contra me reprobare, imo cogor contra me acceptare. Vltimo no. ex fine, quod hæc verba, non negauerim responsiue prolata per Iuriscons. affirmationem significant. Sed quid in parte? dubium est, & pendet ex c. is qui tacet. de reg. iu. li. 6. † In gl. super verbo, eum teneri. in prin. Et ex ista gl. Guil. vult, quod ex iuramento pactum vestiatur, sed illud non examino hic, quia non est materia nostra, sed dic, vt in l. si quis pro eo. j. de fideius. per Bar. & per Bal. in l. cum antea. C. de arb. & in authen. sacramenta puberum. si aduer. vendit. & in l. j. de oper. libe. & in l. iurisgentium. §. quinimo. s. de pact. & per aliquos Moder. post Ang. in l. j. de ver. oblig. per Inno. in c. nouit. extra, de iud. & c. cum venissent. extra, de instit. & per D. Anto. in hospitali Canonistarum. s. in c. cum contingat. extra, de iureiur. & etiam Bal. s. eo. in rub. † In eadem glo. in fi. Bart. larius concludit, quod gl. quia quando iuratur super cõtractu formiter, & tunc oritur duplex actio. vna ex ipso cõtractu, vt hic, alia est in factum. s. eo. l. nam postea. §. iureiurando. Item oritur actio directa contra primum. & in quãtum Bar. dicit, quod oritur actio vtilis, arguitur, quia ex contractu, qui vere celebratur, orĩt directa, vt in toto ti. de actio. emp. Sed clarum, quod iuramentũ habet vim veritatis, igitur. † Ad hoc dic, quod habetur pro veritate ficte, non autem vere, nisi aliter probetur, vt hic. † Ex quo no. quod quando ex cõtractu, qui pro veritate habetur celebratus, cũ in veritate non sit, oritur vtilis, non autem directa, vt hic. & s. eo. l. idem Iulianus. Et contra id, quod Bart. dicit, quod oritur actio in factũ, arguitur sic, quia † ex vna eademq; causa non potest duplex actio oriri, s. vtilis & directa in vna persona in eodem tẽpore, quia impossibile est hoc esse, vt l. si hæres institutus. ad Trebel. Respondeo, quod non est verum ex eadem causa, sed ex diuersa potest oriri directa & vtilis, vt d. l. si heres institutus. Vlterius op. contra gl. & Bart. ad id, quod dicitur, quod oritur in factum actio &c. quia aut volumus, quod sit actio generalis, & tunc non potest procedere, quia datur, vbi deficit alia. Sed hic non deficit, quia datur vtilis. igitur &c. Aut quod oriatur actio specialis, & tunc nõ potest procedere. quia vbi ius ciuile subuenit de actione, nunquam prætor subuenit de alia, vt l. j. §. j. s. de publ. Probatur in l. idẽ ait. §. i. s. nau. caup. stabu. Sed hic ius ciuile prouidet de vt. li. igitur. Nec obst. §. iureiurando. & tex. in l. sed & si possessori. quia ibi iuramentum fuit præstitum informiter, igitur oritur actio ex tali iuramento, sed hic fuit iuratum formiter, igitur. Et teneo quicquid tenuit hic glo. Ita concludo. Bart. hic. & gl. in §. si quis postulante. Instit. de actio. vbi glo. sing. de iuramento formiter præstito. In gl. super verbo, † teneri. ibi. l. euidenter. melius facit in l. j. in fi. qua. rer. act. non da. l. quod iuramentum habet vim rei iudicatæ. Et facit, † an confessio. factã pro vno, cogatur acceptare contra se? Et nunquid productio. instrumenti pro vno, teneatur contra se acceptare? de quo vide per Bar. in l. Aurelius. §. idem, quæsiuit. de libe. lega. & Bald. in l. j. C. de confes. & in l. ti. C. de donat. ante nup. & in l. j. §. editiones. s. de edendo. & Inno. in c. cum olim. de censib. Et facit † iste tex. ad vnam quæstionem, an iuramentum habeat executionem paratam, de quo in l. ij. C eodem. & dicit Bar. quod non. & allegat Specu. in titu. de execu. senten. in §. fin. ver. idem ponit. Sed Spec. loquitur in executione sententiæ, non autem in executione iuramenti, & tenet d. Spec. quod non solum, quia ista est dilatoria exceptio, ideo debebat opponi ante, vt l. exceptio. ff. de proba. & l. peremptorias. Sed dico, quod Bart. non bene vidit Specu. quia Specu. fuit sibi contrarius in titu. de except. in §. dicto. vers. pone. Ad hoc allegat istum textum. §. Marcellus. & ad istum §. Bar. respondet, ideo non respondeo. Contra omnes tenent opin. Bart. hic. & Bart. probat sic, quia ista exceptio precij non soluti potest opponi in appellatione, vt l. per hanc C. de tempo. appel. Secundo videtur, quod esse possit in executore. Ang. tenet hic istam opi. Bal. in l. peremptorias. C. de rescin. non pos. tenet contrarium, & hac ratione, quia quando debitor opposuit exceptionem soluti precij in exceptione talis traditionis, vt l. hæreditarias, C. de hær. vel. act. ven. in l. Iulianus, §. offerri. de act. emp. Sed si de ista hypothecaria non fuit cognitum in principali, potest opponi in executione, vt l. si ex tante, §. Latinus. de exceptio. rei iudica. Sed in casu isto non fuit cognitum de precio, ergo opponi potest in executione prima, eo ipso, quod ipse emptor petit executionem contra venditorem, & non soluit precium, est in dolo, ergo in executione potest opponi exceptio doli, vt l. satis. §. ex quadrante. de except. doli. Postmodum in fine tenet cum Bar. & dicit quod ista excep. precij non soluti, non potest opponi in execu. quia est dilatoria, igitur. Bar. de Sal. hic tenet contra Bart. quia ista est vna de illis, quæ potest opponi in execut. quia sunt multæ, quæ opponuntur in execut. quæ no. in l. j. C. de iur. & fa. igno. vnde tenet, quod quando petitur, vt res tradatur, & exceptio oritur ex contractu, super quo iuratur, & tunc potest opponi, vt l. sed si patri. §. item si iurauero. s. eo. Ergo multo fortius debet posse opponere exceptionem etiam in executione sententiæ. Aut ista exceptio fuit opposita, & tunc potest. quia non perimit sententiã, sed modificat. Ita dicit. d. Ant. in c. cum Io. eremita. extra defi. instru. Pro quo facit. l. de in rem verso. §. i. s. de vsur. & l. quia. vbi exceptio non perimit sententiam, semper opponi potest in executione, si declarat ipsam sententiam, vt probatur in d. l. j. de iur. & fa. ign. Sed ista est huiusmodi, igitur. Præterea illa peremptoria, quæ concernit executionem, potest opponi in executione, vt l. si cum illud. j. de compen. & l. ij. C. eo. Sed ista est huiusmodi, igitur. Præterea de hoc est casus in l. fundus qui Lucij Titij. de rescin. vend. Præterea facit illud dictum Specu. quia illa ratione æquitatis, qua potest opponi, eadem ratione videtur concedere, vt peremptoria, quæ modificat sentẽtiam possit opponi in execu. vt in tit. de excep. §. j. ver. sed an dilatoria. Sed † quid in instrumento guarentigiæ, cui non potest opponi exceptio secundum formam statuti, nunquid possit opponi ista exceptio precij non soluti contra tale instrumẽtum guarentigiæ? & hanc q. Bal. ponit in l. ex prædijs. C. de euict. & in aut. præterea. de fideius. In gl. super ver. soluerit. in prin. Simpliciter dic, quod aliquando debitor iurat rem dedisse pignori, & tũc potest debitor agere pig. act. & est necesse, quod probetur. Sol. vt d. l. i. de non numer. pecu. & l. j. & ij. C. Aliquando iurat rem dedisse in pignus pro x. quæ accepit, & tunc si allegatur solutio, non debet probare, vt l. fi. C. de solu. & l. j. C. de proba. Aliquando iurat dedisse in pignus pro decem, & tunc necesse est probare ea. decem fore soluta ipsi debitori. Et pro hoc facit, quia istud verbum continet affectum, ideo affectus magis debet attendi. Iste † tex. inducitur ad q. de dictione. &c. quia significat ea, quæ de natura ipsius contractus insunt, de hac dictione ponit Bar. in l. Gallus. §. nunc videndum. de libe. & posth. & in l. peculij. j. de nauti. fœno. & l. magis puto. §. si pupillus vlus. j. de reb. eor. Et nunquid oriatur actio ex statuto, & quæ actio oriatur, dicam in l. j. j. de condic. ob cau.

SUMMARIUM.

1 *Fustigans debet dicere causam fustigationis.*
2 *Periurus qualiter puniatur, & quando quis non teneatur seruare iuramentũ.*
3 *Pactum nudum vestitur iuramento, saltem ad causandum iudicis officium.*
4 *Libellus accusatorius contra periurium, qualiter formetur.*
5 *Libellus etiam in criminalibus sufficit, quod præsumptiue concludat.*
6 *Iuramentum iudiciale non retractatur, licet quis velit probare contrarium.*

Si quis iurauerit. Iurans per principem, si in periurium incidit, fustigandus est. h. d. † No. quod cum quis fustigatur, dicenda est per fustigantem causa

causa fustigationis. Et hoc ad inferendum metum alijs, & mo
2 nitionem. In gl. super verbo, importune† iurare. in fi. Bar. hic, & in l. ij. C. eo. pertransit sicco pede. Sed Cy. plene dixit in l. ij. Sed dic plenius, aliquando iurat quis per sacra illicita, aliquando per sacra licita. Primo casu, & tali casu, puniri debet vltimo supplicio, vt in Auth. vt non luxur. contra naturam. §. qm̃. de iura. calum. aut dic, vt xxj. q. j. si quis per capillos. Secundo casu quando per sacra licita, & tunc aliquando iurat verum, & tũc aut loquimur de persona accessoria, & tunc punitur pœna falsi, vt l. j. & l. Lucius. de his qui no. infa. & in toto tit. de fal. Aliquãdo loquimur de persona principali, & tunc si iurat per Deum calore iracundiæ, & tunc non punitur de iure ciuili, vt l. ij. C. eo. & l. ij. de fals. Et ratio per l. quod calore. j. de reg. iuris. Aliquando iuratur de libertate, & tunc aut iuratur de præterito, vel præsenti, & tunc aut iuratur nullo deferente, & tunc punitur pœna extraordinaria tanquam incidẽs in stellionatum, vt l. de periurio. j. de crim. stellion. Aut iurat parte deferente, & tunc cum quæritur, an puniatur, vt iuramentum retractetur, & tunc non potest, vt l. non erit. §. dato. s. eo. Fallit in tribus casibus, quorum duo no. in l. admonendi. & l. Titius. C. eodem l. fi. Potest addi quartus, vt l. si iuramento. j. de iurepatro. Aliquando quæritur; an puniatur quo ad pœnam ciuilem, & aut quæritur, an puniatur pœna ordinaria, & tunc non, vt l. ij. C. eo. Aut quæritur, an pœna extraord. & tunc dic, ꝙ sic, vt hic, quod probatur per locum a maiori, argu. tex. §. quoniam. in Auth. vt non luxur. contra naturam. Aliquando iuratur de futuro, & tunc aut iurat facere illud, quod nullius interest, & tũc talis nulla pęna ciuili punitur, vt d. l. ij. C. eo. vt si iuro non comedere carnes. Aliquando iurat in præiudicium alterius, vt promisi tibi aliquando per iuramentum, & tunc aut iuratur super obligatione efficaci & perpetua, & tunc punitur iuxta formam. l. si quis maior. C. de transac. Aliquando iuratur super inefficaci, & tunc licitum est non seruare, vt in auth. sacra. C. si aduer. vend. & l. iurisgen. §. pacta, quę turpem. s. de pact. & in l. non est obligatorium, & hæc omnia habent locum, nisi quis periurat ex causa a lege concessa, quia tunc est licitum venire contra iuramentum. De hoc non habetur in iure ciuili. Sed Bal. recollegit in l. si ad excludendum. C. eo. & plene in l. fi. s. qui satisd. cog. & per eũdem in rub. s. eodem & Cano. melius in gl. c. quemadmodum. de iureiur. & 22. q. 4. quasi per totam illam q. xxij. q. 2. per totum. Et adde ad istos casus duos casus, quos Docto. addunt, & primo quando quis iurat redire ad carcerem, de quo est glos. sing. In clem. pastoralis. de re iud. in clem. quando non est captiuus iuste, vt dicit Bald. in l. manet seruus. de neg. ge. Pro quo facit l. postliminij ius. la prima. §. captiuus. infra de capt. Secundo quis non tenetur seruare iuramentum, scilicet quando filius emancipatur, & iurat præstare operas artificij sui, vt l. penult. j. de obseq. & hæc habent locum de iure ciuili, s. de periurio. Sed quæ pęna sit periurij de iure canonico, & maxime in clericis? & dic, vt habetur in cap. querelam. & in c. tua nos. de iureiur. Quę sit pœna principalis periurij? dic, vt in 22. q. 5. cap. 5. & 22. q. j. c. qui sacramentum. Et
3 inquantum allegaui l. si quis maior. † dico ꝙ pactum nudum vestitur iuramẽto, saltem quo ad causandum iudicis officiũ.
4 Vlterius qualiter † debeat formari libellus, quando quis accusatur de periurio? de quo per Bar. in l. cunctos populos. de summa tri. in C. Et an procedat iste libellus, peto talem puniri, quia periurauit, nunquid procedat libellus? & dicit ꝙ non. Et ratio, quia videtur eundem debere puniri contemnendo diuinã maiestatem, quo casu non cadit aliqua pœna ciuilis, vt l. ij. C. eo. Et dicit, ꝙ debet dici sic, peto talem puniri, quia periurauit dolum in me committens. Sed iudicio meo non bene dicit, iste enim petit puniri pœna extraor. vt d. l. j. de periur. Præterea sufficit, ꝙ libellus concludat præsumptiue, vt l. omnes. §. Lucius.
5 s. de his qui no. infa. Et sic Cy. † extendit adhuc ad casum criminalẽ, vt l. nec extra. C. de fal. & Bar. in l. Aurelius. §. Stichũ. de libe. leg. & sic Bar. non plene considerauit. Item & præteri-
6 tum dixi, de præsenti, † vel de præterito, ꝙ non teneatur, nisi in tribus casibus. Adde, ꝙ semper iuramẽtum iudiciale non retractatur, quando vult probare contrarium. Et probatur, quia iuramentum & sententia æquiparantur, sed sententia potest retractari: quæ autem transiuit in rem iudicatam, non potest retractari: Ita in iuramento, argumento a simili, vt in c. fraternitatis. extra, de frig. & D. An. in c. fi. extra, de spons. Ita in iuramento, de quo est casus in l. duobus. §. fi. j. eo. licet iudex possit repellere, vt l. si duos. §. si quis iurauerit, supra eodem.

LEX XIIII.

Voties. Iuramentum veritatis non tenetur libertus patrono remittere. h. d. In gl. super verbo, propter rem. Et ratio est, quia ille qui iurat de calumnia, iurat, vt excludat a se dolũ, sed filius, neque libertus, debet præsumere dolum in patre, nec patrono, quia pater & patronus debent videri personæ sanctæ ipsis filijs, & libertis, vt l. liberto & filio. j. de obsequijs.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium concessum principali an videatur concessum familiæ.*
2 *Mulier neque causa testificationis, neque causa iuramenti potest cogi venire ad iudicium.*
3 *Mulier quando iurat, & ad eam mittitur, quando iurare debeat parte præsente.*
4 *Priuilegio huius legis quod possit renunciari.*

LEX XV.

Ad personas Personis egregijs, aut valetudine impeditis, iuramentum ad domum mitti debet. h. d. Et intelligo ꝙ iste tex. non potest loqui de iuramento voluntario. Et op. C. de epis. & cle. l. iubemus. vbi iudex non tenetur ire ad domum alterius, sed dic, ꝙ mittit notarium. In gl. super ver. egre
1 gias. † No. ꝙ priuilegium concessum principali, videtur cõcessum familiæ suæ, de quo per Cy. Bald. in l. j. & ij. C. de episcop.
2 & cleri. & l. j. de vxo. mil. de quo dixi in l. j. j. ad Silla. In glo. † ea. ibi, item de dominabus. Et facit specialiter. l. ij. §. si non valitudine. s. si quis cau. & in c. ij. de iud. li. 6. vbi mulier neque causa testificationis, neque causa iuramenti, non potest cogi venire. Et quæ personæ debeant mitti ad domum. dic. vt l. ciues. j. de testi. & c. quoniam contra. de prob. Spec ponit formam in tit. de teste. §. qualiter. vers. potest quæri. Sed nunquid pars debet esse præsens, quando mittitur ad domum? & certe sic, vt l. & generaliter. C. eo. Fallit in muliere, quia sufficit, ꝙ sit persona fide digna, vt in Auth. vt litig. iur. §. mulier. & omnes sequuntur ipsum. Sed contra hoc facit l. ij. §. sin autem dignitas. C. de iura calumn. Sed quis diceret, ꝙ speciale in iuramento de calum. Sed nulla differẽtia est, ideo idem statuitur, quod in alio.
3 vnde dic † ꝙ aut est mulier, quæ non potest exire ratione religionis, vt in moniali, & tunc potest iurare sine parte præsente. Aut est mulier, quæ potest exire de domo seruata pudicitia, vt in muliere maritata, & tunc debet deferri iuramẽtum parte præsente, vt d. l. Sed quæritur, quibus expensis debeat mitti? Doct. dicunt secundum quod no. Bar. in l. ij. ad fi. ex qui. cau. in pos ea. Sed de hoc est casus in l. generaliter. ver. expensis. C. eo.
4 facit. c. ij. de iud. lib. 6. Sed nunquid † priuilegio possit renunciari? & dicit Cy. in l. nec honore. C. de epis. & cle. quod non. Ratio, quia istud priuilegium non conceditur personæ, sed dignitati, sed dignitati non potest renunciari, vt in c. si diligenti. de fo. compe. Sed contra istud est tex. in c. primo, de iud. lib. 6. per locum a maiori, siue a speciali.

SVMMARIVM.

1 *Liberta effecta vxor patroni, non desinit esse liberta.*
2 *Actus litis decisiuus, quod fieri non possit, super libello inepto ratione actionis proposite.*
3 *Sententia lata super libello inualido, an sit nulla ipso iure.*
4 *Probationes factæ super libello inepto, an faciant fidem in alio iudicio. remissiue.*
5 *Exceptio ineptitudinis, an opponi possit in executione.*
6 *Sententia in criminalibus, an ferri possit super libello inepto. remissiue.*

LEX XVI.

Si patronus. Super libello inepto respectu actionis intentatæ, non est pręstandum iuramentum veritatis. hoc dicit. † No. ꝙ
1 per matrimonium contractum inter patronum & libertam, vxor liberta esse non desinit, similiter nec serua desinit esse libera effecta per concubinatum inter eam & dominum domino viuente, sed mortuo bene desinit habere li-
2 bertatem, vt l. fi. C. communia de suc. Secundo no. ꝙ † super libello inepto ratione actionis propositæ non potest constitui aliquis actus validus litis decisiuus, quod inferius ponderabi-
3 tur. Iste tex. † facit secundum Guil. de Cu. vt refert Bal. ad q. an sentẽtia lata super libello inualido sit nulla ipso iure. Iste tex. facit ꝙ sic, argumento de iuramento ad sententiam, de quo est gl. sing. Instit. de oblig. in princip. de quo per Bal. in l. actori. C. eod. & in l. hoc iure. & l. fi. s. de iustit. & iure. & Cano. in c. cum dilecti. extra, de empt. & vendi. & Ioan. And. in c. ad sedẽ. de re iudica. in nouel. Sed contra hoc potest argui, quia aliquã do libellus ineptus rõne personæ libellantis, vt in agente querela inofficiosi testamenti, & tunc est valida sententia, vt l. posthumus. §. si quis. s. de inoffi. testam. Vnde istud, quod de inepto libello dicitur, limita, nisi libellus possit saluari aliqua ratione, vt no. Spe. in ti. de offic. iudi. §. sequitur. vers. quid si libellus, & allegat. l. sed & si possessori. §. idem si iurauero. s. codẽ. Item limita quando libellus ad ipsum iudicium non requirebatur, quia tunc sententia lata super inepto libello, valet, vt no. fuit in l. vnus. s. eod. Item limitatur, nisi simus, quando fertur sententia ratione confessionis, quia tunc valet, quamuis sit lata super inepto libello, de quo per Cano. in c. Pisanis. extra, de restit. spol. Et casus in l. ait prætor. §. ponitur. s. de mino. de quo per eum in l. ij. C. de re iud. & in l. j. de iurisd. om. iud. s. eo. & in l. j. si mensor fal. mo. dix. & Spec. in tit. de act. & pe. §. sciẽdum. & sic. Item fallit, si libellus esset ineptus ratione erroris taciti,

taciti, vt d. l. posthumus. §. si quis. ff. de inof. test. Aduerte, quod ille. §. non habet locum in contra tabulas, quia si ille, cui non competit bonorum pos. contra tab. tamen non prodest; neque sibi, neque alij. Bal. in l. fi. in fi. de fideic. lib. vbi dicit similiter, & allegat tex. qui facit ad hoc, vt l. si post mortem. §. exhæredari. de bo. pos. contra tabu. 4 †Item facit ad q. nunquid stante libello inepto, probationes concludentes in eo, sint validæ in alio iudicio? Hæc est materia magna, ideo remitto, de quo in Spe. in tit. de actio. & pet. in §. sequitur. vers. hoc quoque non prætermittendum. & ver. quid si proponit. & ibi Io. And. in addi. & idem in ti. de testi. §. j. & §. pone enim. & in tit. de sentent. §. qualiter. ver. quid sit lex. & Cano. in cap. examinata. extra, de iu dic. Bart. tetigit in l. naturaliter. §. nihil commune. de acq. pos. in tepe. sua. in l. j. j. de act. & obl. & Bal. in l. j. ff. de iurisdict. om. iud. distinguendo in quatuor membra, & posuit in l. j. si mens. fal. mo. dixe. & dixi in l. non solum. §. sed reprobari. de ope. no. nunc. 5 †Sed stat dubium, nunquid exceptio ineptitudinis, possit opponi in executione? & probat, quod omnis exceptio, quæ potest reddere iudiciũ nullũ, potest opponi in executione iudicij, vt l. licet. C. de procu. & ibi Bal. & D. Pet. in clemen. pastoralis. de elect. Sed quid in causa criminali, quoniã libellus est ineptus, an possit sequi sententia? & allegat Inno. & Spec. Bal. in l. magistratibus. ff. de iurisdict. omn. iud. & in l. clarum. C. de auth. præst. & Innoc. in c. per inquisitionem. extra, de iud. vbi domi. Anto. ibi, & in cap. qualiter & quando. extra, de accusat. hic non sunt alia.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum conuentionale referri non potest, licet iudiciale sic.*
2 *Iuramentum est obligationis introductiuum.*
3 *Pactum nudum, quod sit maioris authoritatis de iure ciuili, quam iuramẽtum.*
4 *Officium iudicis, & non actio, quod oriatur ex verbis legis, quando verba diriguntur ad iudicem.*
5 *Pactum. quod stetur iuramento partis de damno, & interesse, an valeat. Et an tale iuramentum transit ad hæredem.*

LEX XVII.

IVsiurandum. Iuramentum conuentionale, seu voluntarium nõ potest referri. h. d. No. quod 1 †iuramentum conuentionale non põt referri, licet iudiciale sic. j. eo. l. manifestę. Extra gl. Bar. hic 2 †examinat aliqua verba, & dicit, quod Bulg. quæsiuit, an iuramentum sit obligationis introductiuum? & respondet quòd triplex est eius species. Est enim quoddam litis decisiuum, de quo in hoc tit. Et an sit litis decisiuum, habetur. ff. in l. nam & postea. §. si iurauero. §. fi. & l. si duo patroni. §. idem Iul. Et sic ex isto oritur obligatio & actio, quia habet vim quasi contractus, vt l. depositi. §. j. j. de pecul. igitur. Est alia species iuramenti contractus confirmatiua, & istud iuramentum non causat obligationem, sed confirmat, de quo in auth. sacramenta. C. si aduer. ven. & in c. quamuis. extra eo. vbi dicit, quod contractus mulieris est nullus, sed confirmatur iuramento, & de hoc non est dubium. Est tertia species iuramenti, vt puta, iuramentum extra iudicium pure, vtputa, si dico me soluere. x. in hoc mense, & sic dicitur iuramentum de per se præstitum. Bar. in hoc transit sicco pede, & in hoc fuerunt duę opin. vna gl. & Vltramon. & est vera. Vna in l. j. de ope. lib. tenet, quod nullam obligationem inducit de iure ciuili. & Doct. tenent aliqui, quod sic, sed speciale in iuramento liberti de præstando operas, vt l. iusiurandum. de oper. lib. & l. si quis pro eo. de fideiuss. cum si. quod oriatur actio, ergo in contrarium est ius cõmune, & hãc sequitur Bar. hic, & in l. si quis pro eo. & Bal. in auth. sacramenta. & in l. j. de ope. l. hac. & in l. cum antea. C. de arbit. & ff. eo. in rub. D. Bar. tenet istam in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. ff. eo. & Ange. in l. j. de ver. obl. & ita omnes communiter tenent. Pro qua sic dic. quia omnes obligationes, quæ oriũtur ex contractu vel quasi, aut oriuntur ex consensu, aut verbis, aut literis, vt Insti. de oblig. in prin. & ff. de act. & obli. l. obligationũ fere. in prin. sed non reperitur, quod ex iuramento oriatur, vt l. de precio. de publi. igitur &c. Præterea iuramenta fuerunt inducta ad cõfirmationẽ veritatis, vt c. & si Christus. extra, de iureiurã. ergo non debet causare obligationem. Præterea de hoc est casus secundum Bal. in l. cum antea. §. exceptis. C. de arbit. vbi casus singul. Vltramon. in d. l. j. de oper. lib. quos sequitur Guil. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. tenent, quod oriatur. Et probatur sic, quia potentius dẽt operari illud, quod inducitur per directum ad causandum aliquid, quàm illud quod inducitur ad causandum per obliquum, sed iuramentum præstatur litis decisiuum directe, & tñ tunc oritur actio per obliquum, vt l. nã & postea. §. iureiurando. ff. e. ergo multo fortius debemus dicere, quod si directe inducitur ad causandũ obligationẽ, quod causet ipsam. Præterea potentius debet confirmari id, quod inducitur ad confirmãdum inualidum, quàm quod de nouo inducitur secundum iura. Et probatur, quod confirmet, patet in c. cum contingat. extra eo. & probatur in l. fi. C. de pac. & l. j. eo. tit. & l. pactum. C. de colla. Quod inducat obligationem est casus in authen. sacramenta. & in c. cum contingat. Vlterius fortificant per c. quamuis. de pac. li. 6. facit l. fi. C. de pac. & l. pactum. C. de colla. multo magis debet causare obligationem, quàm principalis ad hoc inducit. Præterea allegant casum in l. actori. C. eod. quia actor non potest esse sine obligatione. Cano. ponunt in c. cum contingat. extra eodem. Sed opin. Citramon. est verior, & probatur per l. iusiurandum. de ope. lib. vbi habet ad hoc, vt oriatur obligatio, duo requiruntur. s. quod sit libertus, qui iuret, item quod super præstatione operarum. Probatur per l. si quis pro eo, igitur speciale in liberto, ergo in contrarium est ius commune. Vlterius probatur per l. pen. de obseq. vbi dicitur, quod iura loquentia de præstatione operarum in liberto, non habent locũ in filio emancipato, igitur. Et sic patet, quod de iure ciuili non oritur actio ex iuramento, de per se præstito. Et nunquid ille tex. l. cum antea. probet illud ad quod Bal. allegat, dicetur. j. Et huius duplex ratio assignatur, vna quæ allegatur per Bal. in auth. sacramenta, quia hoc est propter priuilegium libertatis, quod consequitur a domino, & ideo nõ debet esse ingratus, vt l. sed si lege. §. consuluit. ff. de pę. hær. Ant. de But. assignat aliam rationem, quia propter libertatem consecutam obligatur libertus ad antidora domino ex naturali obligatione, vt d. §. consuluit. Sed ista ratio est falsa, quia si esset verum, sequeretur, quod filius emancipatus esset obligatus ad præstationem operarũ, quod esse non potest, vt l. pen. de obseq. quare tene opin. Bal. Nunc restat respondere ad rationes Vltramon. Primo ad primum dico, quod hæc sunt separata, ideo non debet fieri argumẽtum de vno ad aliud, vt l. fi. de calum. & l. naturale. §. nihil cõmune, igitur. Et quod sint diuersa, patet, quia iuramentum iudiciale est litis decisiuum. c. & si Christus. extra de iureiuran. Sed istud iuramentum nihil decidit, igitur. Præterea istud iuramẽtum iudiciale habet tacitam confessionem in se, vt l. qui iurasse. sed ex confessione oritur actio, igitur. Item iuramentum litis decisiuum habet vim conuentionis, vt l. depositi. §. i. j. de pecu. sed ex quasi contractu oritur actio, igitur. Sed hæc capitula non habent locum in iuramento, modo de per se præstito. Itẽ non potest dici, quod habet vim sententiæ, quia non decidit litẽ. Item non habet vim cõuentionis, quia conuentio requirit duorum consensum, sed hic non interuenit nisi consensus vnius, igitur. Iac. But. autem aliter respondet ad rationem Vltramõ. quia sicut pactum calore contractus, ita iuramentum vestitur calore iudicij. Sed hoc est falsum, quia sequeretur, quod ex iuramẽto, non oriretur aliqua actio, quod tñ est falsum, vt ff. in multis locis est probatum, igitur. Et sic melior ratio Bal. in d. auth. sacramenta. Et ad auth. sacramenta nihil dico, sed dic, vt Bal. in rub. ff. eo. & in d. auth. sacramenta. & sic habetur quod de iure ciuili non oritur actio ex iuramento de per se præstito. 3 †Ex quo habes, quod pactum est maioris authoritatis, quàm iuramẽtum, quia pactum vestitur cohærentia contractus, vt l. iurisgẽtium. §. quinimo. ff. de pactis. Sed iuramentum non vestitur cohærentia contractus, patet, quia ex pacto oritur actio, si cohæreat contractui, sed tamen non oritur actio ex iuramento de per se pręstito, quamuis cohæreat contractui. Sed quid de iure Canon. dic, quod est glo. in c. quoties cordis oculus. tenens, quod oritur actio ex iuramento promissorio. Et probatur sic, quia ex pacto nudo oritur actio, ergo & ex iuramento, & hoc probat Bar. in l. si quis pro eo. j. de fideiuss. Quia ex omni eo, quod ius Cano. mãdat seruari, oritur actio & obligatio, vt l. statuas. de acq. re. do. & hoc sequitur D. Ant. in d. c. cum contingat. Inno. in c. nouit. extra, de iud. tenet contrarium, & probat sic, quia ius cano. nõ differens a iure ciuili semper illud, quod statuitur in vnius iure, statuitur & in alio, sed hic non apparet diuersitas, quare idem non debeat statui, igitur idem statuendum. Sed D. Bart. tetigit & dimisit indiscussum, in l. si duo. §. si quis iurauerit. ff. eodem. 4 Quia †vbi lex mandat aliquid obseruari, & verba diriguntur ad iudicem, nunquam oritur obligatio, sed officium iudicis. Est glos. in l. si soror. de collat. no. in l. si minor. & probatur, quod mandatur ad iudicem, vt cap. ad audientiam. de rescript. Sed officium iudicis nullam obligationem præsupponit, vt l. si quis per collusionem. Sed verba diriguntur ad iudicem, igitur. Et respon. ad argumentum Bart. quod lex mandat seruari &c. quia illud verum quando non diriguntur verba ad iudicem, quia tunc secus. & respon. ad cap. iuramenta. 22. quæstio. prima. quia non oritur actio, sed iudicis officium, & huic decisioni. l. si quis maior. de transac. quia compellitur obseruare, scilicet per officium iudicis. Et sic respond. ad omnia iura de mundo. & hanc opinio. tenet Innocent. in c. Quintauallis. extra, de iureiuran. Sed nuquid pactum vestitur iuramento? non est nostra materia, ideo omitto. 5 †Item facit iste tex. an valeat pactum de stando iuramento, de damno, & interesse, de quo in l. j. ff. eodem. In quo no. sing. casum, quem allegaui. ff. eod. in l. j. & l. generaliter. C. eodem, scilicet quod istud iuramentum de damno, & interesse non transit ad hæredem, & ratio est, vt dixi in l. non erit. §. dato. ff. eodem.

Alienare

SVMMARIVM.

1 *Alienare, qui nequit, non potest iuramentum deferre.*
2 *Adultus sine curatoris authoritate, quod iuramentum deferre possit.*
3 *Iuramentum quod praestatur ab adulto cum curatoris authoritate, an vt valeat, requiratur etiam decretum iudicis.*
4 *Emphyteuta, an possit iuramentum deferre sine consensu domini super re emphyteutica.*

§. Pupillus. Pupillus sine tutoris authoritate iuramentum efficaciter non defert, sed cum 1 tutore aut curatore sic. h. d. †No. 1. regulam negatiuam, ꝙ cui non competit ius alienandi, non competit ius iuramentum deferendi. Secundo no. regulam affirmatiuam, ꝙ cui competit ius alienandi, competit ius iuramentum deferendi. In gl. i. ibi, in alio secus. Ista gl. non est vera, vt Doct. tenent hic, & be- 2 ne. In gl. super ver. †debet. ibi, & haec iudicis. In hac fuit gl. ii. contra istam, sed quae sit veriori dico, ꝙ Guil. de Cu. & post eũ Bar. sic dicebant. s. & omnes post eum, quia actus, qui fiunt de voluntate iuris, si fiunt per adultos sine curatoris authoritate, est nullus, vt §. quod obseruari. de iura. calum. & Bart. bene dicit & probatur, quia pupillus non potest deferre iuramẽtum, quia non habet administrationem bonorum. Sed adultus nõ habẽs curatorem, habet administrationem, igitur poterit deferre iuramentum. Item probat alio modo, quia iuramẽtum habet vim litis contestatae, vt l. nam & postea. §. si quis temporale. s. eod. & l. sed si quis restituatur. §. ex quibus. s. de iud. igitur, sed adultus non potest cõtestari litem sine authoritate cu- 3 ratoris, igitur non debet deferre. Sed circa istud † quaeritur, an solum requiratur authoritas curatoris, an etiam decretum iudicis? & dic, ꝙ aut praestatur debitori, qui est debitor rei immobilis, & tunc nõ põt sine decreto iudicis. Aut mobilis, & tunc potest. Quia res immobilis non potest tradi sine iudicis decreto, vt l. lex quae tutores. de auth. tut. Praeterea ad hoc facit glo. sing. in l. 1. C. si aduer. transa. Vlterius facit iste tex. ad vnã quae- 4 stionem, †an emphyteuta litigans super re emphyteutica, cũ ipse non possit rem emphyteuticam alienare irrequisito domino, an possit deferre iuramentum? iste tex. facit ꝙ non, quia emphyteuta non potest alienare, igitur. Ita tenet Guil. hic, sed male, quia iuramentum & transactio aequiparantur, vt l. ii. s. eo. Sed emphyteuta potest transigere sine consensu domini, vt in c. si vasallus. si de feudo fue. controuer. inter vasal. & aliũ. Praeterea facit aliud quod Spec. tenet in titu. de arbit. quia tenet, ꝙ potest compromittere sine cõsensu domini, in §. restat. Ita potest iuramentum deferre, hic non sunt alia.

SVMMARIVM.

1 *Actus factus in iudicio nullo, non habet vim etiam actus extraiudicialis.*
Confessio facta coram incompetenti, an valeat, vt confessio extraiudicialis.
2 *Procurator, qui habet potestatem recipiendi solutionem, an poterit deferre iuramentum debitori.*

LEX XX. vsq; ad XXV.

SEruus quod. Seruus, & filius liberam peculij administrationem habẽtes, possunt iurando seu iuramentum deferendo, patri, seu dño, prodesse, vel nocere. Si autem liberam administrationem nõ habent, prodesse tantum possunt, non autem nocere. h. d. vsq; ad l. qui iurasse. In gl. super ver. peculio. circa medium. Et no. ꝙ illud, quod dicitur, ꝙ acquiratur creditori actio, est quando delatio est extra iudicium, secus si in iudicio, quia tunc nullũ est. 1 Ex qua glos. no. ꝙ actus factus in iudicio nullo, non habet vim actus extraiudicialis. & facit contra no. per Inno. in c. per inquisitionem. extra, de elect. vbi dicitur, ꝙ si quis clericus fuerit cõfessus in foro laicorum, quamuis sit iudicium nullum, tamen talis confessio habet vim confessionis extraiudicialis. Et Ang. 2 mouet hic † dubium, nunquid procurator, qui habet potestatem recipiendi solutionem, potest deferre iuramentum debitori domini sui? & dicit ꝙ sic, per istum tex. Quia seruus potest deferre iuramentum, quia sibi potest solui, sed procuratori potest solui, igitur. Sed istud non est verum, quia iuramentũ habet vim solutionis fictae, vt l. duobus. §. 1. j. eo. Sed mandatũ loquitur in vera solutione sm̃ no. per Bar. in l. ii. §. ii ac. Item iuramentum habet vim solutionis, sed certum est, ꝙ procurator constitutus ad recipiendum solutionem, non potest liberare per confessionem, vt l. non abitul. r. C. de nouat. igitur nec iuramentum deferre, quod habet vim confessionis. Item non obstat iste tex. quia illa ratio non debet sic intelligi, seruus potest deferre iuramentum, quia potest sibi solui, sed debet intelligi, seruus potest deferre iuramentum in praeiudicium domini, quia habet liberam peculij administrationem, & ideo sibi solui. & sic contra Ang. & sic debet intelligi iste tex. quia non probat illud, quod Ang. dicebat.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus quo ad sui fauorem habetur pro legitimo.*
2 *Iuramentum a pupillo praestitum in sui fauorem valet.*
3 *Inhabilem potest quis habilitare in sui praeiudicium.*
4 *Electio mala imputatur eligenti.*
5 *Pupillus de iure ciuili, non dicitur posse cadere in periuriũ, et iure canon. sic.*
6 *Dispositio auth. sacramenta puberum. an habeat locum in impubere.*
7 *Iuri canonico in iuramentis statur magis, quam ciuili.*
8 *Pupillus non potest cogi ad iurandum.*
9 *Pupillus non potest esse testis, quia non potest cogi ad iurandum, & si deponit, facit indicium, & ibi de quo pupillo.*
10 *Pupillus, vt possit iurare, an requiratur, quod sit doli capax.*
11 *Pupillus quando dicatur doli capax. remissiue.*

LEX XXVI.

Qui iurasse. Aetas vel sexus nõ annullat iuramentum in praeiudicium de- 1 ferentis. h. d. No. †ꝙ pupillus quo ad sui fauorẽ pro legitimo habetur, & habili. Ad hoc. C. de procur. l. non eo minus. C. de contrahen. & commit. stipula. l. neque. 2 †Secundo no. ꝙ iuramentum a pupillo praestitum in sui fa- 3 uorem ser[illegible] est. Tertio no. †ꝙ potest quis inhabilem per- 4 sonam in sui praeiudicium habilitare. No. †ꝙ mala electio eligenti imputatur. Ad hoc s. si mensor fal. mod. d. x. l. 1. haec actio. 5 cum sim. Vltimo no. ꝙ de iure ciuili pupillus non dicitur posse cadere in periurium, de quo dic, vt j. dicetur. In gl. super verbo, non videtur. Illa glo. vult, ꝙ pupillus de iure ciuili non cadit in periurium, sed de iure canonico est secus. Quia ille qui est proximus pubertati, est plenus periurijs, vt in c. i. de delict. puero & est magis standum iuri canonico, quia istud est spirituale, igitur, vt no. gl. in c. ii. extra. de reg. iu. & c. i. de oper. noui nunc. & in authẽ. cessante. de sacrosanc. eccles. quia non dedignatur ius ciuile &c. vt in Auth. quomodo opor. epis. in prin. 6 In ea. gl. in fi. Ex hac gl. †no. ꝙ auth. sacramenta puberum. hẽt locum in pubere, non autem in impubere, inquantum vult, ꝙ contractus inualidus confirmetur per iuramentum. Et pro hoc facit, quia hoc fuit, vt praecludatur via periurandi, sed pupillus etiam contrauenien do nõ potest periurare, igitur. Istud tenet gl. hic, & in auth. praealleg. & in cor. vnde sumitur. Et hãc opi. secuti sunt multi Doct. vt Bal. & D. Bar. de Sal. Sed Barto. semper tenuit contrarium, vt in c. cum contingat. extra, de iureiur. Et ratio est, vt habetur in c. 1. de delic. puer. de quo tamẽ vide per Doct. in d. auth. sacramenta. & in d. c. cum contingat. Ex iis no. infrascriptas conclusiones. Prima, ꝙ pupillus de iure ciuili non cadit in periurium. & quod tamen secus est de iure canonico, vt d. c. j. de delict. puer. Secunda, ꝙ quo ad iuramẽ- 7 tum † magis statur dispositioni iuris canonici, q̃ ciuilis. Tertia ꝙ auth. sacramenta puberum. non habet locum in impube- 8 re. Nunquid autem † pupillus possit cogi ad iurandum? & certe non, vt in c. paruuli. & c. pueri. 22. q. 5. per legistas habetur in c. si moueri. & in c. si decesse. it. si de feu. sue. controu. inter val. & agna. vnde videtur, ꝙ possit cogi sumpto argumento a contrario sensu. Sed tamen stamus decisioni iuris canonici, quia non reperitur expresse determinatum. & ideo non est ho- 9 nium arg. † Ex isto tex. potest colligi, quare pupillus non potest esse testis, vt l. iii. §. lege Iulia. j. de testib. & c. testes. ii q. iiii. Et ratio, quia pupillus non potest cogi iurare, sed testimonium requirit iuramentum, vt l. iurisiurandi, igitur. Sed quid si vult sponte iurare? dico, ꝙ nõ valet quo ad plenam probationem, sed quo ad indicium bene valet, vt l. fi. C. de his quib. vt indig. Sed stat dubium de quo pupillo intelligamus, vel de infante, vel de maiore infante? Guil. respondet & post eum Bart. ꝙ loquitur de maiore infante, quia iuramentum requirit verba, vt § sed neq;. de man. p. in Sed infans nõ potest loqui, vt l. mulier. de ver. obl. Sed contrarium videtur, quia videtur, ꝙ potest loqui balbutienter, igitur. Sed dic, quia actus, qui requirit solẽnitatem verborum, non sufficit balbutienter exprimi, vt est singu. gl. in d. l. mulier. Sed an iuramentum requirat verba? dixi 10 in l. j. ff. de ver. obl. vbi per Guil. & Bar. † Sed nunquid ad hoc, vt pupillus possit iurare requiritur, ꝙ sit doli capax? & Guil. & Bar. tenent ꝙ sic. sed certe non videtur bene dicere per gl. in l. iusiurandum. quod ex conuentione. in §. j. & l. 1. §. sufficit. de admi. tutor. Praeterea pupillus in sui fauorem iudicium potest assumere, vt l. non eo minus. C. de procur. Praeterea potest cõtrahere, vt l. neque de contrah. & commit. stip. ergo potest deferre iuramentum. ar. l. depositi. §. i. j. de pecu. Item quaeritur, 11 † qñ dicatur doli capax? dic, vt per Bar. in l. i. j. de noua. Bal. in l. non tantum. de excu. tu & l. excipiuntur. ad Silla. Sed glos. sunt contrariae, vna est Institu. de inutil. stipu. §. sed quod diximus. Alia est in l. pupillus. j. de reg. iuris, sed concordantur per Docto. in locis praeallegatis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum praestitum de praesenti, quando trahatur ad futurum & nu. 8.*
2 *Pater iurans pro filio, quando ei acquirat exceptionem.*
3 *L. patri pro filio ff. de minori. quod non habeat locum in iuramento.*
4 *Pater agens pro filio quod possit agere requirentia speciale mandatum, quando agit vt pro filio, secus si vt extraneo.*
5 *Positioni criminosae quando quis teneatur respondere. remissiue.*
6 *Positioni alternatiuae, vel disiunctiuae quando quis teneatur respondere.*
7 *L. merito. infra pro socio quod non habet locum, vbi sequitur condemnatio.*

§. Si

committitur stipulatio amplius non peti? dic, vt l.si post.j.de
12 pecu. Secundo† quando quis potest allegare turpitudinē suā. Bart.hic ponit,& omnes eum sequuntur. Sed dic,ꝙ aliquādo quis allegat propriam turpitudinem cōtra se,& in suum præiudicium,& tunc auditur,vt l.Neratius.§.fin.ad l.Aquil. & l.j. §.si quis vltro.de quæstio.ita dicit Bar.Sed adde,ꝙ hoc est verum,quando in præiudicium sui ipsius, non autem alterius, vt c.sicut.extra de præsump.& l.& generale. C.de non nume. pecu.& l.si quis in graui.§.si qui.ma.j.ad Sylla. vbi per Barto. Quid autem si illa turpitudo allegatur in vita,non in morte? in hoc fuerūt opi.Bar.in l.decem.de verb.obl.per Bal.in auth. sidicas.C.de testa.Quod tunc annulletur tale dictum,de iure cano.sunt opi.vna Inn.& Spe. quia Inn. tenet illud idem in c. inquisitionis.de accu.per c.i.de excep.& Spec.distinguit in tit. de teste.§.j.in ver.quid si exceptis. Quòd aut deponit iuratus, & tunc præiudicat,vt l.iurisiurandi. Aut non iuratus, & tunc nō valet. Aliquando quis allegat turpitudinem suam pro se ad actionem,quam intendit fundandam, & tunc nō auditur, vt l.transactio finita.C.de transa.& l.filios. de his quæ in frau. cred.& l.si creditoribus.C.de ser.pig.da. Adde l.mercedem.C. de condi.ob turp.cau.hoc est verum,nisi alleget propriam turpitudinem,ex qua sequitur fraus facta legi, propter quā fraudem actus annullatur, vt l.si libertus nuno. j.de iure pat. Aliquando non allegat ad suam actionem fundandā,sed ad iam fundatam in vim replicationis coadiuuandam, & tunc aut allegat ꝯ eum, qui fuit particeps huius turpitudinis morum, vt l.de tutela.C.de in integ.resti.min.& tunc auditur allegans. Aut vult allegare nō contra eum,qui fuit particeps huius turpitudinis,sed contra alium,& tunc,aut ista turpitudo est detecta per sententiam,& tunc auditur,vt hic in l.alias. Aut turpitudo non est detecta,& tunc non potest, vt l.transactio finita. C.de transa.ita dicit Bar.quem sequitur Bal.per alia verba, de quo per Bal.in l.si creditoribus. C.de ser.pig. da. & qđ addidi ad Barto.in l.emptor.j.de aqua plu.arcen. & j.de dona. l.post contractum.& per Cano.in c.ex tenore.extra de concess.preb. & in c.vt dilectus.extra de app & in c.tertio loco.extra de pro-
13 batio.& in c.sicut. extra de testib. Subsequenter† quærit, an confessio turpitudinis facta in iudicio nullo, sit valida in alio iudicio? videtur ꝙ sic,per l.de tutela.sed cōtrarium vř,quia est facta in iudicio nullo,vt l.si patronus,s̄.eo.de quo vř plene per eundē in l.mercalem.C.de cond.ob turp.cau.de quo est casus in c.j.& ij.extra de accu.lib.vi.per locum a simili. Doct.aliqui repetentes addunt omnia,quæ Bar.tangit in l.qui bona.§.qui aliena.s̄.de dam.infe.vbi tractatur,an iuramentum possit præstari per procurat.& nihil addunt.Cui adde ad dictum Barto. duo,quæ ibi tetigi,sed non decidi, quia non sui recordatus.f.
14 nunquid† iuramentum fidelitatis possit per procuratorē præstari:& Spe.tāgit in summa feudorum, & Bal. in l.in summa rerum.s̄.de rer.di.& faciunt distinctionem,aut est persona priuata & tunc non potest præstari iuramentum per procuratorem.Aut est ciuitas,& tunc potest propter difficultatem præstationis.Sed ꝯ istos est casus in l.j.de iureiur. Alias est in statu to.ex̄.de sta.reg.probatur etiā per l.j. in fi.& seq. de acq. pos.j. & vř.63.dist.c.tibi dño.vbi dicit,ꝙ non solū ciuitas, sed etiam priuata persona pōt præstare per procur.sed de iure ciuili est casus in c.j.de iur.fid.vel fide.& in c.si minori.& in c.si decesserit.si de feu.fue.contro. hoc tenet Bal.in c. j. quo temp. mi.in-
15 ue.feu.pe.po.Sed nunquid† iurm̄ testis possit p̄stari per procu. & Bal.tenet ꝙ nō in tub.seq.quia iudex dēt videre faciē ipsius testis c.licet.ext.de testi.vbi Abb.hoc tenet Ex isto tex. Bar.di-
16 cit,ꝙ† pro hoc dat vna doctrina gñalis. f. qñ potest tractari de periurio,semper legitime potest recusari iurm̄, sed certe iudicio meo ista Doct.non est bona. Primo pone, ꝙ intento contra te iudicium reale,& non habeo aliquas probationes,nunquid poteris in isto casu recusare? vř ƀm istā doctrinam, ꝙ sic. Sed istud est absurdum, igitur. Præterea tex. est in l.3.§.Iulianus.s̄.eo.videlicet quia sequeretur ƀm Bar. ꝙ ipsa mulier possit recusare iuramentum, igitur. Vnde dic,ꝙ omni casu,quo post præstitum iuramētum potest inter easdem personas,vel easdem repræsentantes,quæri de periurio,& tunc potest recusari iuramentum,vt hic,in illa.l.alias.sed ibi inter diuersas,tūc non potest recusari iuramentum.

LEX XXVIII.

Duobus reis. Iuramentum ab vno ex reis credendi delatum alteri nocet,& iuramentū debitoris prodest fideiussori.h.d. In glo.super verbo,nocebit.ibi,so.maioris. Bar.assignat rationem, quia iuramentum habet vim litis contestatæ, vt l.nam & postea.§.si is qui temporali, & l.sed si restituantur. §.ex quibus.s̄.de iudic.sed vnus potest licite præstare,vt l.fidecommissaria.§.interdum.de lega.iij. igitur.vel dic, quia iuramentum habet vim nouationis,vt s̄.l.proxi.in fine. sed nouatio facta per vnum creditorem rei,non solum præiudicat alteri,vt l.si rem.§.si duo.j.de noua.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor agendo contra reum, & producens instrumentum, in quo creditor confitetur sibi solutum,an obtinere possit.*

§.A fideiussore. Iuramentum fideiussoris debitori prodest,quando præstitum est
1 super re,secus quando super persona.hoc dicit. In † glo.super verbo,solutionis. Ex qua Bar.infert, quid si fideiussor producit instrumentum,in quo continetur,ꝙ creditor confitetur, ꝙ sibi soluit,an possit obtinere contra reum? & dicit ꝙ nō. Ratio, quia istud debet intelligi de vera solutione.nō autem de ficta, igitur.Sed istud non est verum.Idem consuluit contrarium in quodam consilio,quod incipit. Titius.& probatur, ꝙ non potest repetere,quia aut iste fideiussor agit contra reum.xxx.diebus non elapsis,& tunc obstat exceptio, vt l.si cui. C. de non nume.pecu.& l.in contractibus. §.i.eo.tit. Sed ipsius debitoris interest, ergo ipse poterit intra triginta dies opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ. Si autem elapsi sunt xxx. dies, tunc si fideiussor producit chartam, in qua est confessio creditoris,& tunc potest consequi.Ratio,quia ista charta probat post triginta dies, vt l.in contractibus. §. primo. C. de non numeratu pecu.igitur.Præterea quando ipse creditor confitetur pecuniam sibi solutum,& capitu. aut confitetur, quia sibi vere soluta fuit, & tunc fideiussor potest repetere a reo. Aut confitetur spe futuræ numerationis, & tunc post xxx. dies potest repetere, vt d.l.si cui. Vel aliter,aut ipse confitetur non animo donandi,sed animo remunerandi, & tunc potest repetere,vt l.item quæritur.§.fi.j.manda. & tunc si debitor vult hoc dicere,tunc debet probare.Et ratio, quia istud est fundamentum suæ intentionis,ergo debet probare,vt l.in hac. de consti. Præterea donatio simplex intelligit, non aūt cā remunerationis, qđ probatur,qa donatio causa mortis & legatum præsumitur semper factum animo remunerandi, vt l.si vero remunerandi,j.de condi.indeb. & est speciale, ergo in contrarium est ius commune.igitur ista donatio intelligitur simplex.Præterea ad hoc,vt fideiussor possit a reo repetere sufficit, ꝙ vere vel ficte sibi solutum est,vt l.inter causas.§.i.j.man da.& §.si is qui.& l.si fideiussor. sed post xxx. dies a tempore confessionis ius præsumit factam solutionem,igitur.Quarto probatur,qa confessio per creditorem facta reo fideiussori prodest, ita & confessio facta fideiussori. Sed ad ista potest responderi saluādo opin.Bar.quia procedunt inter ipsum creditorem & fideiussorem,sed quo ad ipsum reum, non videntur habere locū, per ea,quæ hic dicuntur,igitur Item probatur,quia iuramentum habet vim confessionis,sed iuramentū non prodest,neq; nocet,vt l nam & postea.§.fi.cum l.sequē.s̄ igitur.Sed ad hoc dic respondendo,quia ꝙ imo confessio non solum prodest respectu ipsius confitentis,& eius cui confitetur,sed etiam respectu tertij,vt l.Lucius.§.tutor.j.de admi.tut. coniuncta gl. Præterea probatur ex dictis Bar.in l.assiduis.C.qui pot.in pig.hab. vbi non solum confessio mariti habet locum respectu ipsius mariti & vxoris,sed etiam respectu creditorum. Nec obst.ista glo.quia non est vera, quod sic probatur, quia ille, qui defert iuramentum, videtur confiteri illud, quod iurans iurauerit, non aliter,vt l.qui iurasse.§.fi.s̄.eo. vbi eo ipso, ꝙ creditor defert iuramentum, videtur confiteri fideiussori, & si iurauerit videtur ꝙ prætextu tacitæ cōfessionis poterit repetere ab ipso debitore. Si autem vis saluare gl tunc dic, ꝙ gl.debet intelligi, quando fideiussor iurauit se dare non debere, vel iurauit non contraxisse,quia tunc non posset repetere a reo.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum super vno præstitum non trahitur ad aliud.*
2 *Fideiussor de iudicio sisti, q. liberetur ex sola præsentatione rei principalis.*
3 *Iuramentum delatum,si sit dubium,ad quem spectet declaratio, vel ad deferentem vel ad iurantem.*
4 *Fideiussor,si iurauit se dare non oportere,an prosit reo.*
5 *Sententia absolutoria lata pro fideiussore.*

§.Si ei qui debitorem. Iuramentum fideiussoris de iudicio sisti prodest principali debitori eo casu,quo si conueniretur, veniretur
1 tur cōtra iuramentum fideiussoris, alias secus. hoc dicit.† No. ꝙ iuramentum super vno præstitum ad diuersum non trahitur, quemadmodum nec præstitum super præsenti, trahitur ad futurum,vt C.eo.l.qui iurasse.§.si pater. & l.ii. & in c.pen. extra eodem.& per Barto.in l.cum stipulatus.& l.si a colono. de verborum obligationib. In glo.super verbo, exhibuerit.&
2 † hanc glo.quidam Doct.do.Benedic.de Plumbi. notabat singulariter,quòd si fideiussor semel fecerit rei præsentationem, liberatur. Sed istud debet intelligi,quod si quis promiserit de iudicio sisti,intelligitur de principali causa, non autem in causa appellationis. in Authen. de his qui ingred. ad appel. in princip.Item liberatur lata sententia, item liberatur finita instantia,vt l.si seruus.j.de diuer. & tempo. præscrip. Ex quibus infertur, quòd doctrina illius Docto. non est vera, quia imo debet præsentare vsque ad sententiam, vel donec sit liberatus.

habet vim stipulationis, per l.cum ostendimus.§.fi.de fideiuss. Sed † quid si iudex tulit sententiam sm iuramentum, ꝙ nullas vires habebat? & dic, ꝙ sententia valet per casum l.nam & postea.§.si daretur.s̄.eo.secundum vnā lectu. Sed quod sequitur, rescinditur ope appellationis. Sed modo † quæritur, quæ est ratio differentiæ inter hoc, ꝙ sententia contra sentētiam est ipso iure nnlla, vt l.j.C.quando prouoc.non est neces. & ꝙ iuramētum contra iuramentum valeat, vt l.nam & postea.§.si damnetur. Et ratio diuersitatis est, quia sententia lata contra sentētiam est nulla ipso iure, quia prima sententia nititur authoritate rerum, s.partium, & ipsius iudicis iudicantis. Vnde partes non possunt tollere, quia illud quod compilatum est cum aliqua solennitate personarum, ad ipsius destructionem requiritur eadem solennitas, in l.si ad resoluēdam. C.de præd.mino. & l.si vt proponis.C.de nup. Sed in sentētia interueniunt tres personæ, igitur. Et de hoc no.in l.si diuersa.C.de transa.vbi casus, & ita tenent Doct.in d.l.acta.C.de re iud. In iuramento est secus, quia authoritate duorū solum nititur, igitur contratio cōsensu ipsorum duorum potest dissolui. Sed nunquid actus celebratus † secūdo loco cum iuramento ꝯ primum actum, in quo interuenerat iuramentum, sit validus? vtputa, mulier iurauit non contrauenire? In hoc fuerunt variæ opi. & fuit prima Host.in c.cum contingat.extra eo. Istud idem Spec.in titu. de emp. & vendi.in §.tertio loco. & ver. notandum generale. istud idem tenet Io.And.in c.licet mulier. eo.tit. lib.vj.in vlt. gl. & idem Bart.in l.si quis pro eo.j̄.de fideiusso. & l.is cui.j̄.de verb.obliga.qui omnes tenent, ꝙ contractus non est validus. Inno.tenet contrarium in c.dilecto. extra de præb.quem Bal. sequitur in auth.inter liberos.C.de testa. & idem tenet Spe.in tit.de leg § nūc tractemus. & quæ sit verior, videtur ꝙ prima, quia per c.intelleximus. & c.veniens.vbi habetur, ꝙ primum iuramētum validum semper debet seruari. Cum ergo primū iuramentum sit licitum, igitur &c. Pro secunda opin. Innoc. & aliorū sequacium facit c.sicut ex literis.extra de spon. vbi quidam iurauerat accipere talem in vxorē, & postea accepit aliā, ꝙ valet sm matrimonium. Facit c.j.de voto.lib.vj. Facit c.tua nos.extra eo.el j.pro hoc facit sing.gl.Io.And.in c.fi.de procu. quam approbat Bar.in l.cum precario.j̄.de preca. qui videtur sibi fuisse contrarius. In hoc tamen dicendum est, ꝙ sic. Et aliquando actus siue cum iuramento, siue sine, est spiritualis mere. Aliquando non est mere spiritualis, sed habet quid spiritualitatis. Aliquando est mere temporalis. Primo casu dic, ꝙ secundus actus non valet, vt c.dilecto. extra de præben. & ista fuit opi.Innoc. & Bal. Alia opi.est in contrarium.s. Io.And.in d.c.dilecto. & Specu.in d.ver.nunc tractemus. & probatur sic, quia matrimonium est actus spiritualis, sed matrimonium celebratum est validum, per d.c.sicut ex literis. & respondet ad d.c.dilecto. quia ibi non est decisio Papæ, sed allegatio, & sic non facit ius. tamen credo ꝙ prima opi.Inno. & Bal.sit verior, vt d.c.dilecto. quia quamuis sit allegatio, tamen ratio super quam se fundat est illa, quia annullat exceptionem de iure canonico, quia quælibet sententia Papæ facit ius. Non obst. c.sicut ex literis. quia matrimonium non est actus mere spiritualis, vt j̄.dicetur, & in secundo membro. Secundo casu principali pone exemplum in matrimonio, qđ non est mere actus spiritualis, sed habet quid spiritualitatis, quia non posset interuenire pecunia, sed dos interuenit, vt in titu.de iure dot. & dic, ꝙ aliquando secundus actus non est maioris potentiæ, sed minoris vel paris, ꝗ primus, & tunc non valet secundus cum iuramento factus. & probatur in d.c.sicut ex literis. extra de spon. facit c.requisiuit. Aliquando iste actus celebratus est maioris potentiæ, & seruandus est secundus, vt in d.c.ex literis. Tertio casu principali, quando est actus tpalis, secundus non est maioris potentiæ, ꝗ primus, sed paris vel maioris, & tunc primus seruatur, vt c.sicut ex literis.extra de spon. Aliquādo secundus actus habet concursum iuris cōis secum, & tunc secundus talis non est seruandus, vt est glo.sing.in c.licet mulieres.extra de iureiur. & ista est opi.Bar.Spec. & aliorum. Pro hoc facit gl.in l.ij. & Doct.de vsuca.pro emp. & l ea lege.de cond.ob cau, vbi prohibitio alienationis hominis valet, quando est secum concursus iuris communis. Aliquando ipse secundus actus est celebratus contra primum actum, qui non habet secum concursum iuris communis, & tunc valet secundus, vt est glo.sing.in c.fi.de proc. & ita intelligatur Bar.in d.l. cū precario. de preca. & hæc valent quando iuramentū est præstitum negatiue, vbi autem iuramentum secundum pręstatur affirmatiue, & tunc secundus est maioris potentiæ, ꝗ primus, & tunc seruatur secūdus, vt d.c.sicut ex literis. de spon. Aliquando secundus actus non est minoris, sed est maioris, vel paris, & tunc seruatur primus, vt d.c.sicut ex literis. & hæc omnia procedunt quando vtrunq; iuramentum est iustum, & sic super re licita. Vbi autē vnum esset præstitum super re licita, & aliud super re illicita, tunc seruatur licitum, & ita fit casus in d.c.tua nos.extra eō. Et pone exemplum, si iuraui non interficere hominē &c. ex hoc potest argui, ꝙ illud quod dicit Io.And.in d.c.licet mulieres. ꝙ si mulier iurauit se nō alienare sine decreto iudicis, & si postea alienat, & iurat non contrauenire non valet secundum, & hoc dicit per c.dilecto.extra eo. dico, ꝙ d.c.dilecto.non probat hoc, quia primum iuramentum fuit validum, secundum autem fuit inualidum, sed in casu d.c.licet mulieres. vtrūq; fuit licitum, ideo primum valet.

SVMMARIVM.

1. *Grauatus in vno, in alio debet releuari.*
2. *Delatio iuramenti habet vim tacitę confessionis.*
3. *Iuramentum licite recusatur, quando diminutio condemnationis sequeretur.*
4. *Ratio statuti minuentis pęnam confitenti maleficium, & augentis neganti est, quia qui in vno releuatur, in alio grauari debet.*
5. *Reus, qui primo negauit, si postea confitetur, an habeat beneficium statuti minuentis pœnam confesso.*
6. *Iudex si post negationem rei admittit eius confessionem, sed non vult diminuere pœnam, an debeat illam minuere.*
7. *Statutum minuens pœnam, an habeat locum in confitente vi, vel metu, vel ex necessitate, quod non.*
8. *Statutum prædictum, an habeat locum in confitente delictū, sed negante qualitatem.*
9. *Lex ista an habeat locum in iuramento necessario delato, in defectum probationis.*
10. *Iudex condemnans, quem ex præsumptionibus, potest mutare pœnam corporalem in pecuniariam.*
11. *Iudex, cui constat reum commisisse delictum, an possit eum torquere, vt confiteatur.*

LEX XXX.

EVm qui. Si in actione, quæ per inficiationē crescit, fiat probatio per iuramentum, tenetur ad simplum tantum, non autem ad duplum. hoc dicit. † No. & ita semper allegatur, ꝙ qui in vno grauatur, in alio debet releuari, & econtra. Et concor. sunt in glo. † No. secundo, ꝙ delatio iuramenti habet vim tacitæ confessionis, igitur soleo allegare istam lect. licet Doct. allegēt aliam, non ita bene probantem, in l.qui iurasse. in fi. s̄.eo. In gl. super verbo, ait, ibi, sed arg.contra, solu. secundum ꝙ habetur in l.certi condictio.s̄.titu.j.vbi per glo. In glo. super † verbo, omissa. circa fi. Ex hac resultat vnum ad materiam l. manifestę.j̄.eod. quia illud verum, nisi ex iuramento sequeretur diminutio condemnationis, quia tūc potest recusari iuste iuramentum. Ita singulariter facit glo. Secundo colligitur ex ista gl. ad materiam † statutorum, s.ꝙ cōfesso maleficio remittitur pęna tripli, & neganti augetur duplum. Et ratio horum est, quia eo ipso, ꝙ confiteor maleficium, releuo fiscum publicum, & accusantem ab onere probandi, & qui releuatur in vno, debet in alio grauari, vt hic. Et sic colligitur ex hac l.ista ratio. si vero negatur, tunc committitur duplex delictum, scilicet delictum & mendacium, & ideo addatur pœna penæ, vt l.nunquam plura.j̄ de pri.delic. Ex his † sic propositis Bar. inducit istam glo.ad quæstionē. Pone, ꝙ reus negat maleficium, sed quod postea vult confiteri, quæritur an ipse negans, postea confitens habeat beneficium statuti? & dicit se dixisse in publica disputatione, quę incipit, statuta communiter per Italiam: & dicit, ꝙ non debet audiri, imo plus dicit, ꝙ iudex potest dicere, ꝙ non vult confessionem, sed vult probationem per testes. Ita dicit Bar.per istum tex.cum gl. nunquid autem sit verum, & ipse Bar.tenuit in illa disputatione. Idem tenet Bal. in l.quidam æstimauerunt.s̄ si cert. peta. vbi notabiliter dicit distinguendo, quia aut per negationem factā per ipsum reum, inducitur litis contesta. & tunc non potest pęnitere, de hoc est casus in l.electio.§.neq;.s̄.de noxalib. Aut ex hac negatione, non est inducta litis contesta. vt in c.ij.de li.contest. & tunc tali casu admittitur cōfessio postea superueniens, per d.§.neque. do. Bar.de Sal. & do.Rapha.tenent indistincte contra Bar. In gl.3. §.item mixta.in rub.de ac. videtur absurdum, ꝙ iuste pęnitēti denegetur venia, vt C.de app.l.si quis libellos. & l.qui sanctā. C.de aposta. vnde si iste iuste pęnitet, non debet negari venia. Sed isti Doct.non bene dicunt, vnde dic tu, ꝙ aliquando vult confiteri illud, quod negauit ad consequendum beneficium statuti. Aliquando vult confiteri ad euitandum pœnā. Primo casu dico, ꝙ Bar.bene dicit. Et probatur sic, quia per istam negationem primo simpliciter factam, in dubio est inducta litis contestatio, per quam contestationem inducitur quasi contractus, vt l.depositi.§.j.j̄.de pecu. Adde ergo si iste negans obligatur fisco, non potest tolli per confessionem ius quæsitum fisco, vt l.si in initio. C.de actio. & obliga. Secundo probatur, quia statutum loquens, quòd multat, debet intelligi in primo casu, qui fit, siue neget, siue cōfiteatur, vt arg.l.boues.§.hoc sermone.j̄.de verb.signific. & l.fideicommissa. §.si quis decem.j̄. de lega. 3. Igitur si primo negauit, non potest per secundum

Si vero est iuramentum formiter, tunc debetur post iuramentum æstimatio, quia probatur ex iuramento obligationem præcessisse, vt l. si duo. §. si quis iurauerit.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum habetur pro veritate, nec post id præstitum vltra quæritur.*
2 *Exceptio ne quis conueniatur vltra quam facere possit, ꝙ opponatur contra iuramentum.*

§. Si mulier. Si iuratur super obligatiõe, tollitur omnis exceptio obligationem perimens: si vero iuretur super pacto, tollitur omnis exceptio perimens 1 pactum. hoc dicit. No. iuramentum † pro veritate haberi, nec post id præstitum, aliquid quærendum esse. In gl. super verbo, 2 † præstandum est, idem sequitur Bar. Sed contra hoc videtur, quia iuramentum & sententia æquiparantur, vt l. j. s. eod. Sed certum est, quod licet iudex cõdemnauerit maritum in toto, tamen habet beneficium, ne conueniatur nisi in quantum facere potest, ergo idem in iuramento. argu. l. ex diuerso. §. fin. j. sol. ma. & l. Nesennius. §. j. j. de neg. gest. Nec obstat illud, quod dicitur, ꝙ illa est exceptio peremptoria, quia non est verum, ꝙ sit peremptoria, sed est iuramenti limitatiua, igitur poterit opponi, & contra hoc facit iste tex. igitur non potest opponi post sententiam. Ibi, tota. quia dictio tota, reficit omnem diminutionem, vt probatur in l. si prior. §. j. soluto mat. & l. Meuio. §. fin. j. de lega. 2. Et sic videtur resultare, quod omnis exceptio excluditur. Pro hoc facit. l. fi. C. ad legem Falci. & sic istud facit in dubium, & secundum communem opi. Sed pro contraria opi. facit l. si totam. j. ad Treb. Sed potest dici, ꝙ illud procedit de iure antiquo, non poterit inhiberi Falci. vel Trebellianica, quod autem hodie, secus, vt in authen. si pactum. C. ad legem Falcidiam. Et ad illud, quod dicitur de sententia, est difficile respondere, nisi dicatur, quod sit minoris authoritatis, nescio qualiter possit responderi. Et admiror quod Barto. non perpenderit.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum primum, vt præiudicet in popularibus actionib. alijs, requiritur, quod bona fide, & non dolo sit delatum.*
2 *Exceptio rei iudicatæ orta ex sententia super actione populari contra vnum, obstat omnibus.*
3 *Argum. de sententia ad iuramentum valet.*
4 *Iuramentum bona fide delatum, dicitur id quod est delatum in supplementum probationis, & ibi quando mala fide dicatur delatum.*
5 *Bene fit, quod bona fide fit.*
Bene quando pro legaliter, quando pro legitime. Et quando vtiliter.
6 *Iuramentum in actione populari delatum per vnum, quando noceat alteri.*
7 *Arguere de pacto ad iuramentum an liceat.*
8 *Iuramentum delatum vno tempore, non præiudicat alij.*
9 *Transactio facta super actione populari, an præiudicet alijs.*
10 *Pactum, vel transactio, factum super actione populari quę non prędiudicat alijs, an præiudicet sibi paciscenti volenti postea agere.*
11 *Tex. hic an habeat locum in iuramento necessario.*
12 *Potestas, si non possit cognoscere de delicto post sex menses a die commissi delicti, quid si tale delictum habeat causam continuam.*
13 *Delicta continuata, an dicantur vnum, vel plura, remissiue.*

§. In popularibus. In popularibus actionibus iuramẽtum ab vno delatũ, seu sententia vno agente prolata, alijs præiudicat, dummõ de collusione non reperiatur actum, & dic, vt l. j. j. de popu. act.
1 No. primo, ꝙ ad † hoc, vt iuramentum primum delatum in populari actione alijs præiudicet, oportet bona fide, non autẽ 2 per collusionem illud delatum esse. Secundo no. † ꝙ exceptio rei iudicatæ orta ex sententia super actione populari contra vnũ, obstat omnibus alijs illam nouiter intentantibus. Ad idem. j. de popul. act. l. 3. & j. de lib. homi. exhib. l. 3. §. si tamen postea.
3 Vlt mo no. ꝙ arg. de sentẽtia ad † iuramentũ valet, vt hic iuriscon. demonstrat. In gl. super verbo, bona fide. ibi, id bene fie-4 ri. ꝙ bona fide. dic. quod † illud iuramentum dicitur bona fide delatum, quod defertur in defectum probationis deficientis. Et probatur, quia iuramentum tutoris dicitur delatum bona fide, quando est delatum in defectum probationis. s. eod. l. iusiuran. §. si tutori. & j. eo. l. tutor. Et dicitur mala fide delatum, quando defertur, quamuis habeat alias probationes. de quo 5 dicitur in l. tutor. j. cod. Item † allegatur ista glo. ꝙ illud dicitur fieri bene, quod bona fide fit. facit xxij. qõ. v. c. homines falsũ. Ex quo no. quod quoties istud aduerbium, bene, vt hic, refertur ad personam, debet exponi, id est legaliter. Item si refertur ad rem, tunc exponitur, i. legitime, vt l. si bene. s. de vsur. Si autem refertur ad ipsum actum, tunc intelligitur bene, id est 6 vtiliter, vt l. quæ vtiliter. j. de nego. gest. In glo. super † verbo, per collusionem. ibi, sed populari actione iuraui. Bar. quærit, & habet istam quæstionem pro difficili, & facit tria membra principalia. Et primo dicitur, ꝙ ista glo. non dicit verum, quòd obstet exceptio iuris, quia illa actio popularis oritur ex vno, quod habet causam successiuam & continuam, tunc iuramentum præstitum per vnum de popularibus, nocebit alteri nouiter agere volenti, vt probatur in l. iurisgentium. §. si paciscar. & l. si vnus §. pacta quæ. s. de pactis. arguendo de pacto ad 7 † iuramentum, ꝙ fieri potest, per l. 3. §. fina. & l. nam & postea. §. fi. s. eo. igitur & ei obstat l. ei qui. allegata in gl. Et respondet ad quod probandum dicit, ꝙ vbi committitur aliquod maleficium, ꝙ habet causam successiuam & permanentem ex voluntate delinquentis, tunc committitur toties, quoties stetit in ista persuatione, vt l. j. ad fi. s. de vsufru. accresc. Sed ex contrectatione continuata oritur actio vnica, licet ex continuatione oriatur alia, vt l. si vxori. §. si quis iurauerit. j. de fur. Ita in proposito, si ego qui intento ac. po. non orientem ex prima appẽsione, sed ex alia noua, nõ potest inde obijci exceptio iuramẽti, & sic vult Bar. ꝙ appensio quæ stat & perseuerat omni die, dicantur plures appensiones, igitur. Vnde licet sit orta exceptio super vna, non tamen nocebit super altera. Sed dico, ꝙ istud membrum est dubitabile, quia illud quod dicit primo est verum in l. qui cetu. §. fina. j. ad leg. Iul. de vi. Sed dum arguit de pacto ad iuramentum declino istud, & probatur sic, quia actio orta ex interdicto, de libero homine exhibẽdo, oritur ex pacto habẽte causam successiuam & continuatam, vnde arguo sic. Iuramentum & sententia æquiparantur, sed sententia lata in interdicto, de libero homine exhibendo, per vnum præiudicat alteri, si non probetur collusio, vt l. 3. §. si tamen. de lib. homi. exhiben. igitur. Præterea iste tex. loquitur generaliter in qualibet populari, cum loquitur generaliter, ergo. Et respondeo ad rationem suam, quia sunt diuersa, pactum, & iuramentum, ergo vnum statuitur in vno, & aliud in alio, vt l fin. de calum. Quia sententia præiudicat, quia habet authoritatem iudicis, sed pactum non habet authoritatem iudicis, igitur. Pro qua facit glo. in l. transigere. C. de transac. quæ proprie loquitur in his terminis, quæ determinat contra Bario. Sed tamen potest saluari opi. Bar. Et primo dico sic, quia ista glo. non dicit verũ, quia sic præiudicat alteri, si sit bona fide delatum, ita & sentẽtia, vt d. l. 3. Sed clarum, ꝙ impossibile est, ꝙ sententia huius gl. fuerit bona fide delatum, igitur. & ꝙ fuerit impossibile patet, quia ad probandum, quòd fuerit res appensa, nõ deficiunt probationes, quia homines viderunt. Sed clarũ est, ꝙ vbi probationes adsunt, iuramentum dicitur delatum mala fide, vt l. tutor. j. eod. igitur. Item probatur alia ratione, quia ex continuatione ipsius scuitiæ veniunt plura delicta, ergo sequitur, ꝙ iuramentum delatum super vna, non præiudicat alteri, vt l. 8 duobus. §. colonus s. eo. igitur. Item probatur, quia iuramentum † delatum vno tempore, non præiudicat alteri, vt l. qui his. de noxa. ergo iuramentum delatum per agentem populari, non præiudicat mihi agenti nũc. Item probatur per l. 3. §. si tamen. de lib. homi exhibẽ. Sed huic obstat tex. in d. §. si in. hi. Sed responde, ꝙ ibi sit speciale in sententia, ne de delicto hominis, super quo semel iudicatum est, amplius cognoscatur, vt l. licet. s. nau. cau. stabu. & c. fi. de calum. & c. ex his. de accu. Secus autem in iuramento, quia iuramẽtum habet vim conuentionis, vnde quemadmodum conuentio non præiudica-9 ret alteri, ita nec iuramentum. Nunquid autem † transactio facta super populari actione præiudicet volentibus eam intẽtare? glo. arguit pro & contra, & concludit, ꝙ non. Bart. dicit ꝙ aliquando actio popularis datur pro aliquo delicto, ꝙ est consummatum, & tunc, aut est actio popularis, quæ per litis contesta. dicitur intentari ad proprium commodum ipsius intentantis, & tunc aut istud pactum fit ante litis contesta. & tunc non præiudicat, vt l. iurisgentium. §. si paciscar. & l. si vnus. § pacta quæ turpem. s. de pact. Aliquando istud pactum fit post litem contesta. & tunc quia actio popularis efficitur ipsius agẽtis per lit. contest. & tunc potest, vt l. licut. j. de verb. signi. vt ibi dixi. Et intellige dictum Bar. ꝙ quo ad commodum suum potest sibi facere præiudicium, sed quo ad præiudicium reipublicæ, non potest. Quod probatur ex generalitate tex. in §. pacta quæ. & §. ante omnia. melius facit l. si vnus. §. itẽ ne experiar. Aliquando ista actio intentata spectat ad commodum ipsius agentis, & tunc potest pacisci, vt probatur in d. l. 3. §. si correus. j de libe. homi. exhibẽ. & l. qui cetu § fi j. ad leg. Iul. de vi. Aliquando intentatur aliqua actio popularis, quæ habet ortum ex continuata causa delicti, aut in appensio, & tunc in præiudicium alterius aliquis non poterit pacisci, vt d. §. ante omnia. & d. §. pacta quæ. Et hæc sunt tamen limitanda secundũ Bal. quia habent locum in omittendo, vbi autem in delicto commisso non potest transigi, vel pacisci, vt j. ad Sylla. l. diuus. Sed istud est falsum. Primo, quia idem tenuit contrarium, in l. acculata. C. qui accu. non pos. Et probatur, quia nec in d. l. diuus. ptinet casum specialẽ, qa ad ipsum pu... punitio nõ solutio, igitur. Patet, quia ad dñm spectat punire seruum ex quali-10 tate delicti, vt j. de verbo. obliga. l. qui seruum. Restat † videre nunquid pactum, siue transactio facta super populari actione, quæ non præiudicat alijs, præiudicet ipsi paciscenti volenti postea agere? In quo procedo remissiue, de quo vide per Barto. in l. si maritus. §. si negauerit. j. de adulte. & per eundem

quia non probatū,vt in l.si quis, ad exhiben. In gl.j. de excep
rei iud.poterit omni casu petitor iterum experiri,vt plene n
in l.Iulianus. In glo.magna. j. de condi. inde. vnde non vid
magnum effectū resurgere ex hac doctrina Bar. licet pulch
In

51 In ca. ibi. l. si quando, & ibi est casus, † q contra dolosum in probanda æstimatione rerum, quæ probantur ablatæ per iuramentum, facit plenam probationem in casu huius. l. & abarū sequentium in gl. alleg. dixit do. Bar. retractari non posse sententiam prætextu iuramenti, licet falsi, prolatam, propter superuenientiam instrumētorum, aut testium nouiter repertorum. Et pro certo puto, q tantus Doc. in hoc passu errauerit, q probo. Nam non potest negari, q hoc iuramentum in casu di ctarum legum nō recetur iuramentum legale plenam inducens probationem, sed plures casus habeo, in quibus probatio per iuramentum mediante. l. delatum annullatur per pro

52 bationem contrariam, igitur &c. Et primo tolle† casum in ca. cōtinebatur, & in ca. attestationes. extra, de desponsa. impu. In quibus dicitur, q statur iuramento viri, q ipse vxorem carnaliter cognouerit, & nihilominus tex. in c. proposuisti. extra, de proba. dicit hoc iuramentum per cōtrarias probationes reprobari posse. Secundo habetis duos casus in l. videamus. §. pe. & l. fi. j. tit. proxi. vbi de periurio eius iurantis, cuius iuramentum in materia illa inducit plenam probationem, quæri potest ex magna causa superuenientibus nouis probationibus. Tertio habemus glo. sing in c. ij. in verbo, affectata. de tempo. ordi. li. vi. dicens, q licet iuramentum inducat plenam probationem ignorantiæ, vt j. videbitis: attamen illud reprobari potest per probationes contrarias. Quarto, ad hoc quod no. Innoc. in c. quia propter. in penul. col. extra, de elec. vbi licet in casu illius c. voluerit Papa impedimentum probari per iuramentum allegatis, nihilominus dicit ibidem illud per contrarias probationes retractari. Vltimo, q idem no. in c. super eo. ad fi. extra, q me. cau. dicens, quod licet de expensis pendente ipsius iudicis taxatione, stetur iuramento partis in odium contumaciæ, vt in d. l. properandū §. sin autem. de iudi. §. oportet. & in auth. nouo iure. C. de iudi. Nihilominus iuramentum illud ſm taxationem iudicis præstitum poterit retractari per probationes contrarias. Ex his igitur manifeste vobis ostēdi, q iuramentū quodcunque legale plenam probationem inducens retractabile est per probationes contrarias. Sed regula prima. l. nos' do cet, q sententia lata prætextu iuramenti retractabilis efficitur,

53 igitur Bar. non bene dicit. In ea. † ibi. l. properandum. § finaūt. Colligit ergo glo. casus duos, in quibus iuramentum plenam probationem inducit. Tu adde alios & remissiue. s. q per iuramentum animus plene probatur & ignorantia, vt habent Legistæ glo. Insti. de act. §. alie. & in l. si cui. §. idem. j. de accusa. casum no. Cano. habent in c. si vero aliquis. extra, de sen. excō. & gl. est allegans concor. omnes in c. significasti. extra, de homi. Item per iuramentum plene probatur aliquid ad sui notitiam nouiter peruenisse, vt dixi in secunda glo. addendo ad Bar. Item probatur quantitas fructuum perceptorum glo. habetis singu. in Auth. de nup. §. si vero nunc, de qua testium fecit d. Bal. s. de rei vend. l. si nauis, ad fi. Item probatur per iuramentum impedimentum, vt videtur casus in c. quia propter. s. alleg. Quia tamen hoc est dubiū, ideo videte plene per Spe. in titu. de appella. §. ij. ver. breuiter. in ij. col. & in ti. de dila. § fi. versic. in summa. & in ca. vltra tertiam. extra, de testi. tractat tamen Legistę maxime Bar. & Bal. in l. ij. C. de dila. Item idem Bal. in l. iii. §. sed quia diximus. s. si quis caut. & in l. scire oportet. §. sufficit. de excusa. tuto. & Ang in l. fi. s. de fer. plenius tamen quam aliis ponit Fede de Senis in consiliis suis, cōsi. ccix. ſm ordinem meorum. Item probatur interesse, de quo tamē vide, quia dubium, in l. semper. §. hoc interdicto. j. quod vi aut clam. & per se solet notari l. i. C. de sen. quæ pro eo. & in c. dilecti. extra, de foro compet. & per Specu. in titu. de fruct. & interesse. §. i. in fi ad finem. Secundo habetis alium casum, vbi plenam probationem inducit, in l. fi. §. licentia. C. de iure deliberan. in l. fina circa finem. tit. de iure do. impe. & in l. si quis pro

54 redemptione. C. de dona. Casum tamen† in d. l. si quando. in gl. allegata dicentē, q de æstimatione rerum ablatarum, seu de damno statur iuramento damnum passi in odium delinquentis. Dupliciter limita, primo quando damnum procedit ex delicto commisso in committendo, secus si procedat ex delicto commisso in omittendo, quia tunc requirit aliam probationem, q̃ per iuramentum. Casus est no. in l. argentarius. §. cū autem. s. de eden. Secundo quando damnum datum veniret emendandum per damnum dantem, secus si per tertium, vt probatur in l. i. j. quando ex fac. tu. & ibi per Bar. in l. ne quid. j. de incen. rui. nau. & plene disputauit do. Bal. in c. i. §. conuenticulā. de pace iura. fir. in vsi. feu. Et adde etiam casum alium, in quo iuramentum plene probat, vt l. prętor. §. sed si inscio. s. de eden. & alium in cle. j. de sur. In ea. ibi, puta per scripturam

55 domesticam. Tenet† igitur ista gl. cum aliis hic alleg. per Bar. q priuata scriptura semiplenam probationem inducit, quod late declarat hic Bar. Cuius dictis addēdum, primo in quantū ponit, an & quādo est facta a tertia persona partibus. sibi hoc mandantibus, illa inter mandantes probationem faciat, repe rio enim in hoc tres principales opi. licet Bar. sicco pede transierit. Prima fuit glo. in c. ij. extra, de fide instru. dicentis scripturam priuatam a tertio factam inter extraneas personas, siue cum sola testium, siue cum sola subscriptione partium, inter quas illa sit plenam probationem īducere. Allegat casum l. scripturas. C. qui po. in pign ha. & opi. illam sequitur Io. An. licet de ea non faciat mentionem in additio. Spec in tit. de instru. edit. §. nunc dicendum Ponit tamen exemplum in mercatore scribente, eandem sequitur hic Bal. & latius in rub. de fide instru. referens ita tenere Nico. de Mat. per tex. in d. l. scripturas. Secunda fuit opi. glo. in §. si tamen quisquam. in Auth. de instru. cau. & fide. & illam allegat hic Barto. & gl. in l. inter chartulas. C. de conuen. fi. debi. lib. x. & illam allegat hic Bar. de Sali. dicens illam scripturam semiplenam probationem inducere, cum qua cōcor. ista vt vides. Et ad hoc allegant tex. ſm vnam lectu. gl. in l. instrumēta. C. de proba. & istam sequitur Bar. vbique, & d. Bar. hic, & idem Bar. & Aug. in l. quædam §. nummularios. s. de eden. Tertia fuit opi. eiusdem Bal. in l. in bonæ fidei. præal. & plenius in d. l. instrumēta. dicentis, q quædam est scriptura priuata, quæ conficitur a tertia persona domestica, tamē inter alias domesticas, & ista facit qualem qualem præsumptionem ad inuestigationem veritatis. ar. l. etiam matris professio. cum ibi no. j. de proba. Quædam est scriptura cōfecta a tertia persona non domestica, & ista facit aliqualem præsumptionem maiorem prima. per tex. d. l. si instrumēta. Quædam est scriptura priuata confecta a mercatore inter extraneas personas, & ista facit aliqualem probationē, & hoc per no in d. l. quædam. § nummularios. Aduertēdum, quia vt vides propter opinio. ista q. redditur dubia, in qua ego aliter considerans sic dico, q aut scriptura priuata a tertio confecta est cum subscriptione testium partibus mandantibus, & tunc ista plenam fidem facit. Et casus est expressus in d. l. scripturas, licet contrarium dixerint Bal. Sali. & gl. in d. l. inter chartulas. & Bar ind. stincte loquens in d. l. nuda, de quibus est mirandū. Aut hæc priuata scriptura a tertio confecta subscripta est tantum a testibus, non autem a partibus, & membrum istud nō reperiō ad casum legis decisum, sed tantum authoritate gl. in d. c. ij. extra, de fide instru. Teneatis tali casu scripturam & plenam probationem inducere, q videtur contra tex. in d. l. scripturas. requirentem de forma subscriptionem partium. Et iō videtur, q illa non seruata, nulla resultet probatio. ar. in l. cū hi. §. si prætor. cum simil. s. de transac. Putarem tamen, q si testes deponerent ex partium voluntate & mandante, scriptura hæc a tertio confecta posset hoc sufficere, vt probatio inducatur. Cum paria debeant censeri de partium voluntate constare per eorum subscriptionem, vel per testium depositionem. C. de fide instru. l. in exercendis. Aut scriptura hæc tantum a partibus subscripta est, non aūt a testibus, & videtur illa plenā probationem inducere, per tex. d. l. scripturas. in verbo, adhibitis, vel non adhibitis, ſm verum intellectum. Aut ipsa scriptura nullam habuit, neque partium neque testium subscriptionem, & tunc teneo quicquid dicant alii, q siue a mercatore, siue ab alio cōfecta sit, nullam probationem inducat. Et q hoc sit verum, probo, primo ex eo, quod dicit Io. And in d. §. nunc videndum. in additio. concludens, q etiam eo casu, quo olim scripturæ nummulariorum fidem faciebant, arg. l. idem ait. §. eodem modo. s. nau. caup. stab. ergo eodem modo dicendum est, q si mercator aliquid scribat, non faciat, q sit extra eius exercitium, talis scriptura fidem non faciat, cum suum exercitium negociari sit, non autem scribere. Maxime autem procedit ar. hic, quia mercatores hodierni, vt Doc. dicunt, nummulariorum loco successerunt. Secundo idem probo† ex eo, q di

56 cit Inno. in c. cum P. tabellio. extra, de fi. instru. concludens partium conuentione fieri non posse, q priuatæ alterius scripturæ fides detur, licet ex consuetud. ne sic. Tertio, q hoc sit verū, probatur, quia non plus dēt operari vox istius scribentis mortua, q̃ eiusdem viua, sed certum est, q scribēs in iudicio, si deponeret sine iuro fidem nullam faceret. C. de testi. l. iurisiurandi. cum simil. ergo nec nūc sua scriptura similiter non iurata fidem debet facere. Et si dicas hoc argu. non concludit in mercatore, qui in princi. talis exercitij intrat ad instar nūmularij, vt no. in d. §. nummularios. Respon deo, q hoc iuramentum generaliter nō est sufficiens ad depositionem particularem. Ad

57 hoc allego extra eo c penul. Item hanc† scripturā producunt, licet non iuratam, attamen videntur tacite per probationem scribentis voluisse remittere iuramentum, q possunt. extra, de testi. c. tuis, & no. in l. i. s. de te. & l. filiusfa. j. de do. a. per Bar. rō, quia aut vis q hæc priuata scriptura valeat in vim scripturæ priuatæ, & hoc non potest fieri per id q prædixi allegā. do Inn. in d. c. cum P. Aut in vim testimonii, vt a teste reddendi, & similiter est falsum, quoniam vt dictum testis valeat oportet cū voce loqui, non autem id quod deponere intendit in scriptis iudicis præsentare, quia tunc testimonium nullum, vt no. Ioā. And extra, de testi. in nouel. & Bal. in d. l. in bonæ fidei, & d. l. iurisiurandi. licet Bar. senserit contrarium, & male in l. Theopompus.

pompus.j.de do.præleg.Quia pro prima opi. allego vobis casum.j.de testi.l.3.§. diuus.ad hoc propositum notabile, bene tamen confiteor,ꝙ si dictæ partes ducerent dictum scribentē ad iudicem,vt voce ea,quæ scripsit.proferret,tali casu hic faceret plenam fidem.Quoniam vnius† testis depositio, quæ a iure dicitur semiplena,vt j.videbitis,ex partium conuentione p̄t effici plena s̄m Spe.in titu.de teste.§. restat.ver. hoc tamen in quibusdam.in 24.casu.Et probatur in l.fi.C.de fideius.Et tenementi hoc,quia est notabile dictum,s. ꝙ partes communi cōuentione possint contra præceptum iurisgen. dispēsare.ꝙ ad plenam probationem saltem duos requirit.j.de testi.l.vbi numerus,& in c.cum esset,& c.relatum.extra de testamen. Et ex prædictis patet veritas in hac quotidiana† q. in qua respicienda est communis patriæ consuetudo,quæ hunc modum probandi,licet inualidum,potest reddere validum,vt est casus extra,de fi.instru.c.cum dilectus.Secundo principaliter in quantum† ipse Bar.vult hic,& in d.l.nuda ratio.in auth. & si contractus.C.de fide instrumen.ꝙ si soli testes non coniuncta literarum comparatione, deponant scripturam in iudicio productam scriptam,fore manu eius,qui negat, ipsis videntibus, ꝙ non faciunt nisi semiplenam probationem , & hoc per tex.in d.auth.& si contractus,& in auth.vnde sumitur. Adde, ꝙ licet istam opinionem sequatur glo.quam ipse nō allegat in Auth. de instru.cau.& fide.§.sed & is.in gl.fi. & do.Anto.in d.c.ij. & tamen pro certo dicti Doct.in hoc errauerunt, & ꝙ hoc sit verum,probo,quia deponunt hi testes,ad probandum scripturā esse manu alterius scriptam per sensum visus. Qui quidē sensus specialiter est a legis Doct.accommodatus , vt est casus in d.Auth.de instru.cau.§.sed si quis.ergo cum probatio in nullo sit defectiua,non video rationem, quare plenam probationem non inducat.Secundo ad idem do casum legis fortiorē. s.quia si testes deponentes certam scripturam manu alterius confectam fore,habent contra se præsumptionem ex comparatione literarum resultantem , dūtamen illa arbitrio iudicis non sit multum violenta præsumptio, dicunt̄ testes plene probare.Hic est casus expressus in d.Auth.de instru.cau. §. si vero tale.Ergo quis dubitat,ꝙ hoc negari nō potest.s.ꝙ multo fortius per eos plene probari debeat,vbi nulla contra dispositionem eorum laborat præsumptio. Vltimo ad idem allego authoritatem d.Cy.hoc tenentis in discursu lec.suæ, in d.l.comparationes.qui videtur hoc habuisse pro indubitato, cum nihil ad eum fundādum allegat. Nec ob.d.auth.& si cōtractus. allegata per Bar.quoniam illa loquitur in literarum comparatione,decidens per eam regulariter non facere probationē, sed oportere eandem dictis testium confirmari, & idem dicit d.§.sed si quis.in Auth.de instru. cau.non tamen negat tex.ille quin sibi testes ex se deponentes plenam nō faciant probationem.quare teneatis hoc non esse verum.† Tertio principali casu , in quantum ipse dicit solam comparationem literarū non inducere plenam probationem,sed semiplenam,per tex. in d.§.sed & si quis & in d.auth.& si contractus . Adde,ꝙ hoc vr̄ verum regulariter,in casu tn̄, quo testes se subscribentes essent mortui , idem & subscribentis comparatio sola plenam probationem induceret,& hoc probatur per tex.in d.Auth.de instru.cau.§.si vero nihil.& §.si vero omnes moriantur. qui tamen tex. in fi. sui videntur dicere , ꝙ in arbitrio iudicantis sit hoc.s. plenam probationem ipsa comparatio , tunc debeat inducere.Item & vbi talis esset comparatio literarum,q̄ ostenderet scripturam,de qua,& scripturam ad quam fit comparatio,esse per omnia similes in literis & quibuscunque.tali casu dico etiam indubitanter talem comparationem talem probationem inducere. Et hoc primo probo per tex. in §. si quis igitur.in Auth.de instru.cau.vbi iudicatum fuit comparationem fidem non facere ex eo,quia literæ scripturarū non erāt per omnia eiusdem formæ & similitudinis , ergo a contrario sensu,si comparatio omnimodam formæ similitudinem habuisset,induxisset probationem . Secundo probo apertius per casum expressum in d.§.si vero talem.vbi tex.dicit,ꝙ si arbitratur iudex ex comparatione scripturarum omnimodā formæ similitudinem resultare , ꝙ comparatio probationem īducet, etiam si testes habeat contrarios,ergo quanto magis dicendū est idem induci debere,vbi testes non repugnant , nemo est q dubitat,& in his duobus casibus poterit dici correptam esse.d. l.comparationes.C.de fi instru. Summa tn̄ conclusio omniū hæc est, ꝙ iudicantis sit arbitrio terminare quantam & qualem fidem ipsa comparatio facit,vt probatur in d. §. si vero tale,& apertius in d.§.si omnes moriantur.Reliqua quo ad cōparationem dicetis,vt hic per Bar.de Sali. & Bal. in auth. nouo iure.C.si cer.pe.& in d.l.in bonæ fidei . Cum enim in cęteris bene dicant,non intendo alterius doctrinę merus esse relator.Quarto in quantum† idem dicit, ꝙ vbi scriptura ipsa priuata a parte scribente confessatur,plenam probationem inducit.Adde,ꝙ non allegat bona iura , & iō tu allega melius,d.§. si quis igitur.in verbo,ex eo,quia professus non est,& gl.in eo. & in §.si tamen quisq̄.in verbo,negationem & in verbo, sufficiens.Hoc adde, ꝙ licet ipse Bar. videatur velle in discursu dictorum suorum,vt plenam probationē inducat scriptura ipsa priuata,licet a parte negetur,oportet eā habere subscriptionem partium & testium . Adde,ꝙ hoc non est verum, si pars vna ex eis principaliter scripsit,& hoc in scribēdo asseruit, qm̄ tunc ad hoc,vt resultet probatio,non est subscriptio partis necessaria. Et hoc euidenter probo arguendo de vltima voluntate ad ꝯtractum,quod est validum per casum expressum in l.cū antiquitas.§.vlti.C. de testa. vbi in testamento est expressum, & ibi istud sentit Ang.Item adde secūdo,ad idem, ꝙ licet Bar. videatur requirere subscriptionem vtriusque partis,nihilominus puto,ꝙ sufficiat ipsius partis,quæ se obligat,aut quæ principaliter scripturam facere intendit,subscriptio, & hoc per id ꝙ no.in simili in §.nos autem.in Authen. de tab. & per Bal.in rub.C.de fi.instru.vbi probatur,ꝙ sufficiat ad vtilitatem instrumenti tabellionem rogatum esse solum ab ea parte , qua mediante instrumentum principaliter conficitur . Et hoc intelligendum,vbi pars ꝯhens scribit priuatam scripturam. Vbi autem tertia persona scriberet inter duas, vr̄ requiri vtriusq; partis subscriptio,& hoc per tex.in d.l.scripturas, quæ loquitur in verbo,partium.& sic in plurali,coniuncta.l. vbi numerus.j.de testi. Vltimo† esset videndum circa hoc, an ad validitatem ipsius priuatæ scripturę,& consequenter, vt ex ea resultet probatio,requiratur in ea insertio causæ? & de hoc dic, vt dixi in d.l. nuda ratio.† Item, an requiratur appositio diei & consulis? & de hoc dic,vt plene dixi in l. apud. §. idem Labeo. j. de aqua pluuia arcen.[a] Et ibi dictis adde casus duos.s.ꝙ non requiritur appositio diei,consulis,indictionis,vel similium, & in scripturis quasi priuatis.quæ sumunt̄ extra ab archiuo publico. Quoniam illę probant etiam sine taliū appositione, vt no. scripsit Bar.in auth.ad hoc,quam legit cum auth. & si contractus. C. de fide instru.Secundo adde,ꝙ scriptura priuata testamenti a patre facta inter filios,nihil valet,neq; probatio. īducit, nisi & dies & consul insertus sit. Iste est casus singularis in auth. ꝙ sine.& in authen.vnde sumitur.in verbo,tempus. C.de testam, †In quantum tamen circa hanc materiam priuatæ scripturæ dixit hic d.Bar.de Sal.ꝙ priuata scriptura creditoris plene probat in debitoris fauorem liberationem , etiā si illa apud debitorem reperiatur, & allegat gl. s̄m eum ad hoc sing. in l.inter chartulas.C.de conne.fi.debi.lib.x.Adde,ꝙ illa gl. hoc non vr̄ dicere in quantum eam allegat, ꝙ probat etiam si reperiatur apud debitorem. Et posito,ꝙ diceret,nō est ita insipide prout loquitur intelligenda,sed ita demum dicendum, ꝙ liberationem probat,quādo apud debitorem reperitur , si ipse debitor probat sibi eam a creditore datam,non autem alias, per ea,q̄ no.in l.ij.§.sed ne fraudandi.C.de lati. lib. tol. & l.si chirographum.j.de proba.& in l Labeo.cum seq.C. de pac.Cętera de hac materia priuatæ scripturæ necessaria Bar. posuit plene in d.l.nuda ratio.quæ hic non repeto . Vlterius † principaliter in quantum idem Bar.hic ponit , quæ & qualis probatio ex epistola resultet? vide quæ plene dixi post eum in d.l.nuda. Ibi dictis,hoc solum addo,ꝙ in quantum Bar.ibi dicit,quod epistola priuati plenam probationem inducit,etiam si negetur,quādo est sigillata sigillo publico,& auth.Allegat ea,quę ipsemet dixit in l.si publicanus.§.j.j.de publica & gl. cum ibi no.in l.si qua per calūniam.C.de epi.& cler. Adde, ꝙ hoc est verum.si epistola illa sigilletur per publicum sigillum ad hoc specialiter deputatum,secus aūt esset si per aliud, qm̄ actus confirmādi probationem,seu alium actū sigillo specialiter attributum, in nihilum corroboratur ex appositione alterius. extra, de ap. c.significante.vbi casus.Item adde scđo,ꝙ non solū ex appositione sigilli publici plena fides epistolæ attribuitur, sed etiā ex appositione sigilli priuati ipsius mittentis, vt terminat Spec.in ti.de probat.§.fi.ver. x. per casum l.distribuente. C. de re.ecc. non alie.Item in quantum idem† descēdit ad librum rationū & probat.resultātem ex eo. Adde, ꝙ in ijs nihil est sibi necesse addere , qm̄ necessaria perfecte adiunxi in d.l. nuda . Reliqua autem circa materiam priuatę scripturæ & libri rationum videte per Bar.in d.l.& in auth.& si contractus.C. de fi.instru.& in d.§.nummularios,& per Bal.in l.instrumenta,& l.rationes. C.de proba.& in d.l.in bonę fidei, & plene in l.j. C. de confes. & in rubri.ff.de fi.instru.& per Io. An.in addi.in d.§. nunc sciēdum,& per do.Ant.in d.c.ij.simpliciter referentem dicta Bar. & Ioan.And.nullo addito vel detracto, & per Bal. in auth.nouo iure.C.si cer.pet.vbi posuit de materia cōparationis,& probat.resultantis ex ea,& per eundem in rub. C. de consti. pecu. Nec eorum dicta refero , quia nihil adderem , Sunt † autem quidam

Marginal numbers: 58, 59, 60, 61, 62 (left column); 63, 64, a, 65, 66, 67, 68 (right column).

ADDITIO

a ¶De aqua plu.arcen.Addę Ang.quem uide in l.j.§. editiones,in princip.a. col.s̄.de eden.Et bonum tex.& ibi Bar.in l.cum tabernam.§.idem quęsit. j.dę pigno.& ibi.an requiratur signatio.Item uide eundem Ang.in Auth. qui.mo.natura.effi.legi.§.aliud quoque. col. fi. circa fi,

quidam libri in archiuio existentes, vt censuales, de quibus dubitatur quam probationem inducant, & hoc vide decisum in l. census. j. de proba. & in d. auth. ad hæc. & in c. ad audiẽtiam. 69 extra, de præscri. Item sunt † quædam scripturæ, quæ reperiuntur in antiquis lapidibus, & de his dubitatur, quam probationem inducant, & hoc decisum per Bar. C. de reli. l. monumentorum. vbi refert Specu. & glo. in l. testamento. la grande. j. de condi. & demon. & extra, de proba. ca. cum causam. Item prin 70 cipaliter † in quantum idem Bart. hic tractauit, quæ probatio resultet ex fuga, & successiue post eum hic Bal. & plenius Sal. dic de hoc, vt plene dixi addendo ad Bar. in l. lex Cornelia. j. ad Silla. Ibi tamen dictis adde, ꝙ in quantum communiter concludunt, ꝙ fuga licet semiplenam probationem nõ faciat, attamen causat præsumptionem magnam. adde, ꝙ hoc recipit duplicem limitationem, primo nisi quis timore familiæ aufugerit, & post modũ ad iudicium prouocatus accesserit. Quoniam prior fuga nullam præsumptionem inducit tanquam purgata persequentem spontaneum aduentum. hoc est, quod dixit ipse Bar. in l. quid sit fugitiuus. §. ij. j. de ædili. edic. Et probatur hoc expresse in illo tex. cum sequentib. §. Secundo istud verum, nisi ipsum fugientem aliqua probabilis causa excuset, vtputa timor partialitatis & inimicitiæ, quoniam tunc fuga nullam causat præsumptionem, quoniã potius putamus eã ex iusta causa factam, q̃ ex iniusta, vt probatur optime in d. l. si fugitiuus. §. j. Item tertio adde in quantum ibi dixi; ꝙ fuga de carcere plenam inducit probationem contra carceratum, per l. in eos. j. de custo. reo. Hoc est verum, si is aufugiat carcere extante fracto, secus si carcere existente aperto, vt singulariter dixit Guliel. de Cu. in l. succurritur. s̃. ex qui. cau. ma. & ibidẽ hic sequitur Bal. qui etiam hoc dicit tex. in d. l. in eos. locum non habere, si quis de carcere proprio aufugerit, sed de ipsius rectoris palatio, allegans pur ad hoc dictum Guliel. in d. l. succur- 71 ritur. vbi etiam hoc dicit, vt ego vidi. † Quarto addendum est ad Bar. membrum de fuga officialis, vbi dicendum est, quod vnus est casus, in quo specialiter contra eum facit plenã probationem. l. in l. consiliarios. C. de offic. asses. & illa ad hoc allegatur communiter. Pro regula autem conclude sic, ꝙ aut aufugit ante finitum officium, & tunc illa fuga hoc inducit, ꝙ punitur tanquam committens crimen lęsę maiestatis. Ita est casus in Auth. de administra. §. ij. Aut aufugit post finitum officium, & intra l. dies, per quos debet stare ad sindicatum ex forma iuris communis, vt s̃. l. ij. C. vt omnes iudices tam ciuil. q̃ criminales, & in Auth. vt iudi. si. quo. suffra. §. j. Et tunc aut est reductus, licet inuitus ad locum quo aufugerat, & tunc fuga contra eum nullam facit probationem, sed vt condemnetur debet legitime probari. Casus est in d. §. necessitatem. Aut nõ est reductus ad locum a quo aufugit, & tunc fuga cõtra eum tantum facit probationem, quia iuramentum illi additum sufficit ad eum condemnandum. Casum habes sing. in Auth. de colla. §. super hoc. Nec aliquid facit ad hãc materiam tex. quẽ quidam allegant in l. 3. C. de exac. tribu. lib. x. Quoniam illa nõ loquitur de fuga, an contra fugientem probationem inducat, sed de eo, qui eximit carceratum ex carcere, an ipsius carcerati creditoribus teneatur, dicens, ꝙ sic etiam eo casu, quo de carcere exemptus ad carcerem est reductus, vt ibi est mirabilis & singularis casus ßm vnam lec. & hęc est vltima conclusio de fuga officialis. Posita sunt verba Salice. quem ideo retuli, quia 72 communiter sua repetitio non habetur. In eadẽ ibi, † per vnũ testem. gl. hic igitur firmat, ꝙ semiplene probanti per vnum testem defertur sacramentum in defectum semiplenę probationis. Et hæc est communis Doc. gl. & doc. hic & in d. l. in bonę fidei, & in c. fi. extra, eo. quæ tamen recipit quasdam limitatio. quæ colligũtur ex dictis Bar. hic, & Bal. in d. l. in bonæ fidei. a Neq; eas refero, quia nihil eis adderem[a]. Subiungo † tamen vl- 73 tra omnes alias limitationes, quas hincinde sparsas diuersis locis collegi, prima quãdo vellet qs probare ingratitudinem illam, & si per vnum testem probauerit, sibi iuramentum non defertur, hic est casus singu. in l. ij. C. de secund. nup. Ex qua hic colligit ibidem Bal. dum dicit tex. ad ingratitudinem probandam, plenam & indubitatam probationem requiri. Certum autem est probationem per iuramentum non esse plenã, sed 74 præsumptiuam, vt s̃. dixi, igitur &c. Secunda, vbi † quis vellet probare ad sententiæ retractationem, seu rescissionem, quoniam tale iuramentum in defectum probationis est deferendum, est casus valde notabilis in l. fi. C. si mi. se ma. di. vbi etiã hoc colligit Bal. dum tex. dicit ad hoc plenam probationẽ requi- 75 ri. Tertia, vbi † quis vellet probare se procuratorem in rem suã quoniam tunc ei per vnum testem probanti iuramentũ non est deferendum. Ita est singu. gl. ex qua deduxit Bal. in l. j. §. nõ 76 solum. in prin. s̃. de procura. Quarta, † nisi quis vellet probare aliquid, ꝙ est contra præsumptionem ex consuetudine resultantem. Quoniam tunc etiam tale iuramentum nõ defertur, hoc est quod eleganter voluit do. Bal. in § præterea. in tit. quid sit inuesti. In finalibus verbis per tex. illum. Quinta, nisi vellet

77 † probare quis aliquid, ꝙ est extraneũ a natura actus celebrati, quoniam tunc etiam per vnum testem probanti iuramentum in defectum plenę probationis nõ defertur, & iste est singu. casus in d. §. præterea. Ad hoc põderauit idem Bal. in c. ij. ver. j. §. sacramentum. de cõsue. rec. feu. & Bal. in d. §. præterea. ponit exemplum, vt ibi in tex. puta, si dominus dicat, ꝙ dedit feudum vasallo cum hoc, quod diebus festiuis associet vxorẽ b suam ad ecclesiam. Sexta,[b] vt † quis probaret per vnum testem 78 non tamen reddentem causam dicti sui, vt idem posuit in d. 79 §. sacramentum. Septima, † vbi de solennitate formali plures testes ad idem probandum requirũtur, quoniam ex hoc duo resultant tunc effectus, primus, ꝙ actus ille nullus est, nisi illi qui substantialiter requiruntur fuerint rogati. Quoniam vbicunque lex vel statutum plures testes ad aliquid requirit pro formali solennitate, semper necesse est illos fore rogatos. glo. est sing. in l. nullum. j. de diuor. Secundus effectus, quod in defectum probationis nõn defertur iuramentum, vt idem Bal. voluit in l. ij. in fi. C. de bono. posses. secundum tab. & in c. j. §. idem si vasallus. de controuer. feu. & in l. fi. de fide instr. in antiqua lec. facit glo. in l. cum quærebatur. j. de legatis. ij. allegata 80 per Bal. in d. c. idem si vasallus. Octaua, vbicunq; † lex requirit c probationem legitimam[c], quoniam tunc tale iuramentũ etiã non defertur, vt habent Legistæ notabilem glo. j. de proba. l. cum de indebito. iuxta prin. quam tamen non reputo veram, licet communiter teneatur, primo per gl. lo. And quæ contra tenet expresse in c. statutum, in verbo, proprium. de rescrip. li. vj. Secũdo per casum expressum in c. ij. extra, de proba. Nona, 81 † vbicunque lex aut cõstitutio requireret fieri plenam fidem[d]. d Ita singulariter dixit gl. in c. cupientes. in verbo, plenam fidẽ. de elec. lib. vj. si cum ea iungatur gl. in d. l. cum de indebito. & teneatur prout cõmuniter tenetur per Legistas, posito ꝙ hic dicatur, non dicit verum, quia casus est contra eam in d. c. statutum. vbi expressum est, ꝙ etiam posito, ꝙ mandet ex cõsuetudine fieri, sufficit tamen per iuramẽtum probari. Decima, 82 vbi † testis ille deponens non redderet causam sui dicti, quia reddere debet etiam non interrogatus de eo ad hoc, vt deferatur tale iuramentum ßm eundem in d. §. sacramẽtum. Vndeci- 83 ma, vbi † illius testis depositio esset attenuata in fide per præsumptiones contrarias. Ita est glo. in l. j. C. qui & aduer. quos. 84 Duodecima, vbi † testis deponens esset fenerator, aut spurius, quoniam communis doctrina Doc. hęc est, ꝙ ad hoc, vt ratione vnius testis probantis possit iuramentum deferri, oportet illum esse integrę opinionis, & omni exceptione maiorẽ. Sed supradicti non sunt tales, vt in feneratore patet. no. in l. improbum. C. de iis, qui no. & no. Cy. in l. si quis ad declinandam. C. de epis. & cler. & similiter in spurio, quem infamia facti infamat ßm Azo. in summa sua in tit. de infa. igitur &c. Tertiade- 85 cima † fit, & ista est notabilis regula, ꝙ vbicunque quis repellitur a testimonio ex casibus notatis. j. de testibus. l. 3. §. lege Iulia. eodem etiam modo repellentur a beneficio præstationis huius iuramenti, quia & ipse iurando in causa sua testis est, vt l. fi. C. de fideiusso. vnde ille. §. in eo locũ habere debet, & hęc fuit vniuersalis & vera regula. d. Bal. in l. q accusare. C. de edẽ. vbi etiam posuit decimamquintam fallentiam. s. in Iudeo, siue in alio infideli, quibus etiam hoc iuramentum non defertur, quoniam infames sunt infamia facti, vt d. l. cunctos popu- 86 los. Decimasexta. † vbicunque quis facillimus esset in iurando secundum eundem, in d. l. quæ sub conditione. j. de condi. in- 87 sti. per illum tex. Decimaseptima, † vbi non probaretur vno teste, sed ex præsumptione, vt fuit doctrina glo. in l. 3. §. j. s̃. de mino. & in l. non est verisimile. s̃. ꝙ me causa. In hac tamen fallẽtia,

ADDITIONES.

a ¶ Adde rem. Adde tamen, ꝙ generale est, ꝙ nisi contra id quod intenditur probari per unum testem, adest præsumptio, non defertur iuramentum in supplementum. Casus est no. & ibi Ang. in l. fi. supra quod metus cau. & Bal. in l. j. alias ij. C. qui & aduersus quos.

b ¶ Sexta. Adde, ꝙ hanc eandem fallentiam posuit idem Ro. in rub. s̃. de arb. col. 7. & alleg. Bal. in c. j. §. cum autem. de controuer. inue. in vsi. feud.

c ¶ Legitimam. Adde tu idem si requireret apertissimam probationem. Ita Ang. in l. fi. in prin. supra quod me. causa. Et etiam adde, ꝙ ubicunque agitur ad pęnam, tunc non defertur tale iuramentum. Ita Bal. in l. j. C. de his quæ pę. no. Item vbicunque habetur recursus coram iudice ecclesiastico propter iustitiam denegatam a sęculari, nunquam defertur iuramentum in defectum probationis. Ita Bal. in tit. si de feu. fue. contro. inter dominũ & agna. in c. si quis per. xxx. ad fi.

d ¶ Plenam fidem. Adde quod etiam non defertur vbi lex vteretur istis verbis, facta fide, quia tunc fides debet fieri per testes vel instrumenta. gl. est no. in c. cupientes. §. quod si per. xx. in verbo, facta fide. de elect. lib. 6. Ita idem Ludo. in rub. de arbi. colum. 4. Item adde, ꝙ si iudex condemnaret hoc modo, si probaueris talem tibi decem debere, eundem tibi decem dare iubeo. ꝙ etiam isto casu non admittitur probatio per iuramentum in defectum semiplenæ probationis. Ita Ludo. vbi s̃. & allegat casum in l. Lucius ff. de condi. & demonst. allegatum per Bal. in l. hæc sñia. C. de sen. quæ si cer. quanti. & vide eundem Ludo. j. in ver. decimanona. Item adde, ꝙ non defertur tale iuramentum vbi dolus obiicitur, ita Bal. in l. j. C. vbi quis & aduers. quos. in fi. a. col. per gl. in l. 3. §. j. supra de mino.

tia, licet Doc. leuiter pertranſeant. potes dicere, quod aut loquimur in caſu ciuili, & tunc aut pro agente laborat leuis pſumptio ſeu ſuſpicio, & dicendum ꝙ ſit vera gl. in d. §. j. & d. l. non eſt veriſimile. Aut laborat præſumptio bona & vehemens iudicis arbitrio conſideranda, & tunc iuramentum eſt agẽti deferendum, vt expreſſe terminat c. tam literis. extra, de teſti. Aut loquimur in cauſa criminali, & tunc, aut illa eſt ciuiliter intẽtata, & iuramentum propter præſumptionem non eſt deferẽdum, vt d. c. tam literis, ꝙ tamen videtur falſum per prædicta in cauſa ciuili, cum eadem in vtroq; ſit ratio. Aut loquimur in cauſa ciuili criminaliter intentata, & tunc iuramentum nõ defertur, vt patebit ex iis, quę infra dicentur. Aut loquimur in cauſa famoſa, & tunc bona pręſumptio etiam pro actore exiſtens, niſi aliis adminiculis adiuuetur, non eſt ſufficiens ad iuramentum deferendum. Caſus eſt extra, eo. c. fi. veritas tamẽ 88 iſtius pendet ex dicendis infra. Decimaoctaua, vbi quis† reperiretur ſemel periuraſſe, quoniam ex hoc beneficium delationis amittit, in tex. in d. c. paruuli, ſupra allegato. Decimanona, 89 vbi† probatio eſſet adiecta actui in modum conditionis, vt puta condemno te, ſeu lego tibi ſi probaueris &c. quoniam tunc in defectum probationis iuramentum non defertur, quia conditio ipſa eſt uera, & plene implenda, vt l. qui hæredi. § Menius. ĵ. de cõdi. & demon. Ita dixit idẽ Bal. in d. l. bonę fidei. hic autem vult expreſſe contrarium, ponens exemplũ in teſtatore, qui mandauit male ablata reſtitui, ſi petẽs probauerit &c. Quoniam dicit tunc vnum teſtem cum iuramento ſufficere, nil tamen allegat, tu vero dicas, ꝙ aut in tali caſu intenditur fieri probatio per ſolum iuramentum, & hoc fieri non poteſt. Iſte eſt caſus in l. Lucius. ĵ. de cond. & demonſt. vbi patet, quod ſi hæredem inſtituo, ſi probauerit ſe eſſe filium, & iuriſcõſultus ibi dicit, ꝙ non valet teſtamentum, quia impletio conditionis non eſt in poteſtate inſtitut, ergo ibi eſt caſus, quod nõ poteſt per ſolum iuramentum probari. Quia ſi poſſet in ſua poteſtate eſſe condit. quamcunque implere. quod eſt contra illum tex. Aut intenditur fieri probatio per iuramentum & alias bonas pręſumptiones, ſeu per vnum teſtem cum iuro, & hoc fieri poteſt. Quia ipſa probatio in conditione appoſita, intelligitur de legitima, ſed hæc eſt legitima, vt in d. c. ij. extra, de proba. ergo &c. Et iſtud ipſe Bald. in terminis ſequitur in l. j. C. de ſacroſ. eccl. allegans Io. And. in nouella in c. quacunque. de 90 vſuris. li. 6. Vigeſima, vbi † quis intenderet præſcript. probare, qm̃ illa tanquam odioſa per vnum teſtem probata, nõ admittit probationem per delationem iuramẽti, hoc ſcripſit hic ſingulariter d. Bal. ſola ſua ad hoc authoritate contentus, quod tamen videtur mihi falſum. Quoniam ſi in cauſa famoſa, quæ eſt odioſa & pœnalis, admittitur probatio per delationem iuramenti, ſtantibus aliis adminiculis & pręſumptionibus vt eſt caſus in d. c. fi. quanto magis dicendum eſt eandem admittendam in cauſa præſcriptionis, quæ licet ſit inducta in odiũ negligentis, non tamen eſt inducta in pœnam negligentiæ ſm gl. 91 ſing in Auth. de tempo. non ſolu. pe. §. j. Vigeſimaprima eſt, † ſi quis ſolum habeat pro ſe famam, quoniam tali caſu iuramẽtum etiam non defertur. Quoniam ipſa fama de per ſe nõ eſt probatio, ſed probationis tactæ confirmatio, vt in l. iij. § idem diuus ĵ. de teſtib. ſicut ſcripſit hic Bal. & male iudicio meo Dicite ergo ſic, ꝙ aut nos ſumus in cauſa ciuili, & tunc ſi attẽdimus opi. gl. dicentium illam ſemiplenam probationem inducere, vt dixit in c. veniens. extra, de teſti. & in c. j. extra, de app. & tunc non erit dubium, ꝙ defertur iuramentum ex iis, quæ no. gl. hic. & in d. l. in bonæ fidei. Si autem teneamus aliã opinionem, quam illam, ꝙ inducant violentam præſumptionem, vt videtur tex. extra, de teſtib. c. præterea, & tunc ſimiliter iuramentum defertur. Quoniam ſtante vna bona præſumptione in cauſa ciuili, defertur iuramentum, vt ſupra dixi. Si autem teneamus opi. Bar. in l. de minore. §. tormenta. ĵ. de quæſtionibus, dicentis arbitrio iudicis eſſe conſiderandum, an ex ea ſemiplena probatio inducitur, vel non, & tunc ſimiliter dicemus in arbitrio iudicis, an iuramentũ deferri debeat, vel non. Vnde pro examinatione huius eſſet videndum, ꝗ & qualem præſumptionẽ ipſa fama inducat, & in hoc ſufficiat remiſſio. Dicite ergo vt in prædictis locis no. & per Specu. in ti. de noto. crimi. §. fama. & 4 q. 3. iſtę ſæpe & in aliis remiſſionibus, quas heri poſui in l. 3. §. eiuſdem. ĵ. de teſti. Aut loquimur in cauſa generali, & tunc an deferatur pendet ex infra dicendis. Sũt autem & aliæ fallentiæ, quæ aptius infra cadent circa examina- 92 tionem gl. Aduerte tamen, quia † inquantum ſupra dixi, ꝙ vbi agitur de retractatione, aut retractatione ſententiæ, non deferendum iuramentum in defectum ſemiplenæ probationis, allegando tex. ſm Bal. in l. j. C. ſi mi. ſe maio. dixe. Adde, ꝙ contra ipſum do caſum rotundum in c. ex inſinuatione. de procurat. extra, qui licet per Doct. hic allegetur, nunquam tamẽ ad hoc propoſitum per eos fuit allegatum. Nec ob. tex. in d. l. fin. quẽ Bal. allegat, quonia n licet ibi litera dicat requiri plenam probationem, intelligo ego plenam eſſe iuramentum. Eſt caſus in d. c. ex inſinuatione, Deſtruitur tamen fallẽtia illa. Vlterius 93 adde† ptincipaliter ad illa genera ſemiplenę probationis, ultra ſemiplenam ex vno teſte inductam, quæ poſuit hic Bart. ꝑ [illegible] quantum ipſe dixit, quod confeſſio facta abſente parte [illegible] plenam probationem inducit, per l. capite quinto. & gl. ibi. ĵ. de adulte. & l. quæro. §. ſi ĵ. de ædil. edic. & c. fi. extra, de ſucceſ. ab inteſt. quod contra eum tenuit do. Bal. in d. l. in bonæ fidei. reſpondens ad iura Bar. excepto d. c. fi. non tamen concludenter, vt ex te poteris videre. Item etiam contra eundem tenuit hic Bar. de Salic. Primo, quia tex. in d. l. certum. §. ſi quis abſente. ĵ. de confeſ. dicit confeſſionem abſente parte factam non probare, ergo indiſtincte intelligẽdus eſt, ꝙ neque ipſe plene, neque ſemiplene. arg. l. de precio. Secundo, quia indefinita æquipollet vniuerſali, vt ĵ. de leg. iij. l. pluribus. cum ſimil. Et lex indefinite dicit hanc confeſſionem non probare, ergo perinde habetur, ac ſi dixiſſet nullam probationem inducere. Nõ ob. gl. in d. l. capite quinto. quia ibi non dicit, ꝙ inducat ſemiple- 94 nam, ſed bene, ꝙ faciat † indicium. quod tamen eſt minus, ꝗ ſemiplena probatio, vt in l. cum probatio. in fi. ĵ. de proba. & ſimiliter reſpondet ad legem, quæro, in fi. Ad c. vero, ſi tu dicas, quod Bar. in allega. eius vehementer errauit, quoniam ibi dicitur, ꝙ teſtes ibi deponebant confeſſionem coram abbate, qui erat pars forte. & ſic in eius præſentia, vt l. coram. ĵ. de ver. ſigni. & l. diem proferre §. coram. ſ. de arbi. Vnde nũquam ibi dicitur, ꝙ facta fuerit cõfeſſio abſente parte. Et ſi tu dicas, quare ergo confeſſio in caſu illius capituli, non inducit plenã probationem, ex quo probatum eſt eam eſſe factam in præſentia partis? Reſpondeo, vt ibi dicit glo. ꝙ ibi facta fuit enunciatiue & incidenter, nõ autem principaliter. Vnde tex. ille nullo modo probat intentionem Bar. quare verior videtur opi. Bal. & 95 Bal. ex d. c. fi. Vltra prædicta † potes duo ſingularia deducere. Primum, ꝙ licet duæ probationes ſemiplenæ diuerſi generis coniunguntur ad vnam plenam faciendam, vt hic dixit Bar. Attamen duæ probationes diuerſi generis, & diuerſorũ actuũ non coniunguntur ad plenam probationem faciendam. Ita eſt caſus hic ſingularis, & ita ex eodem deduxit do. Bal. in l. teſtium. in fi. C. de teſti. & in l. obſeruare. C. quo. app. non reci. Et hoc etiam hic inferri poteſt ex dictis Cy. licet tex. illam non allegat in l. ij. C. quæ ſit longa conſue. & do. Anto. extra, de teſti. 96 c. veniens. el primo. Secundum ſingulare ex illo c. † eſt, ꝙ teſtis groſſus & idiota deponens per ſenſum viſus, non in toto congruentem actui probãdo, de quo quæritur, probat ex iis, in quibus recta redditio cauſæ deducitur per ſenſum auditus. Et ita ex capitulo illo deduxit idem Bal. in l. j. C. de cõfeſ. Item aliud 97 genus† ſemiplenæ probationis, eſt confeſſio deducta, ſine cauſa tamen: quoniam licet tex. in l. cum de indebito. §. fi. ĵ. de proba. & in c. ſi cautio. extra, de fide inſtru. dicat confeſſionem ſine cauſa non probare, attamen hoc eſt verum plene, ſed ſemiplene ſic, vt no. Specu. in titu. de confeſ. §. nunc videndum. verſicu. ſed nunquid ſemiplenam, & ego do caſum iũcta gl. in l. inſtrumenta. C. de probatio. In ea. glo. ibi, per vnum teſte, 98 † eſt ergo opinio gl. hic, & in d. l. in bonæ fidei. ꝙ vnus teſtis ſemiplenam probationem inducit, de quo hic per Bar. qui dat pro gl. caſum, & poſtmodum ſubdit ad regulam fallẽtias. Cui primo adde, ꝙ licet duo teſtes non interrogati de cauſa faciãt plenam probationem, vt l. ſolam. C. cum ibi no. poſt gl. C. de teſti. attamen vnus deponens ſine cauſa ſcientiæ, ex eo, quia nõ interrogatus, non facit ſemiplenam ſm Bal. & recte in d. §. ſacramentum, & de huius ratione, vt ibi per eum. Item adde, ꝙ dubitatur, an in criminalibus vnus teſtis ſemiplenam probationem faciat, in quo dixit hic Bal. ꝙ nõ, ſed bene facit indiciũ ad torturam. Allegat. l. ſi quis. C. ad leg. Iul. maie. in glo. cui adde, ꝙ male dixit. Primo quia illa expreſſe eſt cõtra eum dicẽs, ꝙ imo ſemiplenam facit in criminali. Secundo, quia bonum eſt argu. de ciuilibus ad criminalia, vt l. abſentẽ. ĵ. de pęnis. Sed in ciuilibus facit ſemiplenam, vt hic, ergo & in criminalibus, niſi reperiatur in iure contrarium expreſſum. Tertio, quia pro hoc eſt caſus ſm Bar. hic, & in l. j. §. idem Cornelio. ĵ. de qõni. 99 Tertio adde in quantum† ipſe Bar. dicit in aliquo caſu teſtes, quos non probatur fuiſſe iuratos, aliquam probationem inducant, ꝙ eſt dare caſum in quo etiam ſine iuramento inducũt probationem plenam. Primus, quando deponunt ſuper eo, ꝙ eſt notorium, qm̃ tunc iuramentum non requirit. Caſum habetis multum notabilem, iuncta quadam glo. ibi, extra, de cohabi. cleri. c. tua nos. Sed ſi non deponant ad plenam iudicis inſtructionem, ſed ad eiuſdem informationem, quia valet eorum dictum, etiam ſine iuramento, vt no. Inn. extra, de poſtu. prælat. c. j. & videtur probari in d. c. tua. Nos autem habemus glo. ſingu. in c. j. de pace tenenda. & eius viola in vſi. feu. & credo ꝙ illa ſit in §. ſi vero, eiuſdem cap. Huius autem poteſt eſſe ratio, quia non requiritur, quod teſtes ad informationem iudicis deponentes, deponant in forma iudicii, vt no. Inn. extra, de ſponſa. c. cum in tua. Tertius caſus eſt, ſi ei a partibus iuramẽtum remittatur. extra, de teſta. c. tuis. Quartus ſi iudex, cui

datum

datum est arbitrium ex forma rescripti, vt procedere possit, non obstante iuris solennitate. remittat ex se iuramentum testi, vt no. Bar. ӡ. de dona. l. filiusfa. quia tamen hoc est valde dubium, dic, vt ibi plene dixi. Item † in quantum idem Bar. dicit, ꝙ duo testes deponentes de voluntate testatoris & solennitate testamenti, probant semiplenè huius testatoris voluntatē, ex eo, quia solennitas testium in testamento ex coniunctione duorum iurium est adinuenta. s. iuris gen. quo sufficiebāt duo, vt in c. cum esses, & in c. relatum, extra, de testa. Item iuris ciuilis, quo additi sunt quinque. C. de testa. l. hac consultissima, & merito si deficit ius ciuile quo ad v. ex quo remanet ius gentium, quo ad duos, debet saltem semiplenè probari. Adde, ꝙ contrarium hic tenet Sali. & recte iudicio meo dicens, ꝙ ad semiplenam probationem requiruntur saltem quatuor, eo, quia probatio testamenti, quæ concludit iudici per septem testes, non dicitur concludere ex his duobus iuribus coniunctis, sed solum ex ipsorum testium numero, vt probatur. C. de testamen. l. si vnus. C. de fideiusso. l. fi. C. qui testa. face. pos. l. hac consultissima. in fine. Vnde quemadmodum quando numerus testium sufficit duplicatus, ex quo duo faciunt plenā, vnus facit semiplenam, vt hic, ita & quando requiruntur septem testes ad hoc, vt faciant plenam, debent requiri quatuor, vt faciant semiplenam. Ego autem idem tali ratione, quia primo possumus dicere, ꝙ de iuregentium nunquam dispositum fuerit de solennitate numeri testium circa testamentum. Quo-

101 niam illud de † iuregentium non fuit inuentum, sed ciuili, vt probatur. C. de pœnis l. quædam. Ex quo ergo de iuregentium non erat cognita principalis causa. s. testamenti, qui numerus testium adiici debebat, merito non potest dici, ꝙ eodem iure ipsi testamento tunc nō cognito, qualitas numeri fuisset adiecta. Quoniam esset reperire qualitatē sine subiecto, quod est impossibile, vt l. eius qui. circa fi. cum ibi allega. ӡ. titu. j. Secundo si dicere volumus testamenti factionem iuregentium esse adinuentam, & consequenter qualitatem numeri duorum testium, dico fundamentum Barto. esse falsum, quia etiam tunc ipsa solennitas numeri tota attribueretur iuri ciuili, & in nulla parte sui poterit dici esse iuris gen. ex eo, quia cum ius ciuile addat, vel detrahat eidem iuri, desinet ius commune appellari, & vocabitur ius ciuile in totū. ӡ. de iusti. & iure. Ex his infertur prædicta conclusio contra Bar. ꝙ ad semiplenè probandam testatoris voluntatem quatuor requirantur, non autem duo. Proderit autem hæc semiplena probatio ad probandum relictum naturaliter debitum, iuxta materiam l. cū quis. C. de iuris & facti ignoran. non autem ad deferendum iuramentum in defectum plenæ probationis, vt dixi in vna ex fal-

102 lentiis supra positis ad regulam glo. Item in quantum † idem Bar. ipse discutit, an duæ semiplenę probationes diuersi generis debeant coniungi ad faciendam vnam plenam? & dic, vt pleneno. per do. Anto. in d. c. veniens, & c. præterea. extra, eod. & per Bal. in l. spadonem. §. qui multa iura. ӡ. de excusa. tuto. & quod plene no. in l. proprietaris, & instrumenta. C. de proba. & quod supra dixi allegando. c. si. de succes. ab intesta. Nec istorū

103 dicta refero, quia nihil adderem. In eadem † ibi, vel summa non est modica. vult igitur glo. ꝙ in ardua causa etiam pecuniaria, vtputa, quia omnium vel maioris partis bonorum, quę æquiparatur causæ criminali, vt l. propter litem. ӡ. de excus. tutorum. & in § item propter. Institu. eodem. non sit deferendū in defectum plenæ probationis, quod idem voluit glo. de reg. iur. cum sint partium. lib. vi. huius autem veritas patebit ex di-

104 cendis. ӡ. In eadem ibi, † & in delictis. Determinat igitur glo. ꝙ in causa criminali non deferatur iuramentum necessarium in defectum plenæ probationis, ex eo, quia in talibus requiratur probationes luce meridiana clariores, vt l. sciant cuncti. C. de proba. & idem tenet Bar. & sequuntur omnes hic. & in d. l. in bonæ fidei. & in l. 2. ӡ. eo. & in d. c. fi. extra eod. tit. & in l. maritus. ӡ. de quæstioni. & Spec. in titu. de iure delibe. §. j. versi. vt autem plenius instruaris. Sed contra hoc videtur esse tex. in d. c. fi. extra, eo. vbi deciditur in vltimo respon. ꝙ in causa famosa, quæ propter periculum famæ æquiparatur criminali, ex personarum qualitatibus & causę circunstantiis, iudex agenti iuramentum deferre potest, vnde videtur destrui hæc communis theorica. Vnde dico, ꝙ an deferatur in causa criminali vel non, hoc est in arbitrio iudicis, & est tex. in d. c. fi. si cum videt iudex vrgentes præsumptiones, aut quid aliud vltra semiplenam probationem, & personam accusatoris honestam, dico ꝙ indubitanter iuramentum deferre poterit. Casus est in d. c.

105 fi. quicquid dicant hic gl. & Doc. Vltra † prædicta insurgit dubitatio, quid in causa famosa, an iuramentum deferri possit? & in hoc est duplex opinio. Vna fuit Bar. hic, ꝙ sic, per tex. in l. nam & postea. §. si damnetur. ӡ. eo. & in l. furti. ӡ. de ijs qui no. infa. Alia fuit Spe. in d. versi. vt autem plenius. quam sequuntur omnes Cano. in d. c. fi. dicentis contrarium, ex eo, quia hæc causa famosa ardua dicitur, cū de hominis fama tractetur, ergo sequitur, ꝙ iuramentum non est deferendum secundum glo. In d. c. cum sint partium. Et hæc opinio confirmari potest, quia in causa bonorum maioris partis, vel totius patrimonii, non defertur iuramentum, vt hic in gl. ergo multo magis nō est deferen. in causa famæ, qua magis prævalet, quam omnia bona mundi, vt l. Iulianus. si quis omit. causa testamen. & in l. alias. ӡ. eo. vbi posui concordantias. Est enim hæc causa famosa, causa status, vt in l. cognitionum. §. j. ӡ. de variis & extraordi. cogni. Et hæc ideo maior debet iudicari, quam quælibet alia pecuniaria, vt l. seruorum. in fi. ӡ. de pœnis. Non obstant iura allegata per Bar. quia loquuntur in iuramento iudiciali, nō autem in necessario. Tu potes dicere, ꝙ an deferatur vel non, est in iudicis arbitrio, vt est casus in d. c. fi. Et multum miror, ꝙ Docto. faciunt quæstionem de hoc, cum ibi sit casus. Item ex

2 proba.In gl.ij.in fi.† ibi,ex magna causa. Præstat ista gl.singulare argumentum ad ea,quæ plene posui in l.qui bona.§.damni.j.de dam.infe.vbi conclusi,ꝙ statutum, ꝙ damnum passus æstimat damnum suum per iuramentum,potest per eum, ꝯ quem iuratur, reprobari.hoc tantum procedit, si in magna quantitate excessum est,secus si in parua, vt hic. Nota casum singulatem in gl.& in § item videndum.in ea allegato. Vlti-

3 mo Bart.dicit,† ꝙ l.si quando. C.vnde vi.dicens contra dolosum æstimationem probari per iuramenta,locum habet, vbi agitur ciuiliter,non autem vbi criminaliter. Quoniam debẽt esse probationes luce clariores,vt l.sciant. C.de proba.cum si. Adde,ꝙ hoc repręhendit Ang.in l.cum furti.§.eod.recte iudicio meo.Bene enim verum,ꝙ quo ad crimen probandum requiritur clarissima probatio,vt in dicta l.sciant.Neque sufficit iuramentum, vt plene vidistis titu. iii. Sed probato crimine potest æstimatio per iuramentum probari, etiam si criminaliter agatur.Casus est in dicta l.cum furti. Et bene facit c.fina. extra quod metus causa.

De condict.cau.data,& cau.non secuta. Rub.

In gl.rubricæ potest hic ad præcedentia sic continuari. Primo dictum fuit superioribus titulis de contractibus, & quasi contractibus, ex quibus oriuntur personales actiones: verum quia condictiones, de quibus in hoc titu. & inferioribus,sunt actiones personales, igitur de his subsequitur Iurisconsultus. Vel secundo.Dictum fuit de certi condictione generali,verũ quia non est absurdum, vt generalibus præmissis, aliqua specialia subsequantur,vt l.apud.§.hoc edictum.j.de iniur. ff.ad legem Aquil.l.si seruus. §.ait lex. Igitur dicto de generali condictione,sequitur de condictione particulari.

SVMMARIVM.

1 *Dare vel promittere pecuniam pro fienda emancipatione licet.*
2 *Aditio hæreditatis,vel acceptatio legati,non inducitur ex implemento conditionis & vide nu.4.& ibi quid in filio.*
3 *Defectus causæ impulsiuæ,parit soluti repetitionem.*
5 *Necessitas adeundi in filio duplex causari potest.*
6 *Implementum modi ꝙ inducat aditionem hæreditatis.*
7 *Hæc lex,si ob rem,hodie non potest procedere,quo ad legata.*

LEX I.&II.

SI ob rem. Existentia causę impedit soluti repetitionem,defectus autem eiusdẽ expresse siue tacite ab vtraq; parte intellectæ,repetitionem parit.h.d.cũ

1 l.sequen.No.† ꝙ honestè dicitur dari pecunia,vt emãcipatio fiat. Et similiter honesta est promissio dandæ pecuniæ pro fienda emancipatione.j.de verbo.obliga. l.vtrum.& hoc est clarum, quando pecunia datur patri a tertio. Quid autem si detur a filio,vel econuerso?dic,vt plene dixi C.de collatio. l.vt liberis.

2 No.in §.si parendi.† ꝙ implementũ conditionis non inducat aditionem hæreditatis,vel acceptionẽ legati. Patet, quia post potest repudiari,vbi si induceretur non posset.C.de rep.hære.

3 l.sicut.& dic de hoc,vt plenius dicetur.In gl.† super verbo,parendi.l.si repetendi.& de dona.ante nup.l.si mater.cum simi. Et idem est si sit defectus causæ impulsiuæ,quoniam & illa parit soluti repetitionẽ,vt l.ij.§.si.j.de dona.& videbitis. j.eo.l.3.

4 §.quanquam.In ead.ibi,† secus est in suo.Bar.& communiter alij dicunt hanc procedere iure ciuili inspecto,quo filius velit nolit est necessarius hæres patri,vt l.necessarijs.de acqui.hęre. & in §.sui.Insti.de hære.qualita. cum simi. Inspecto vero iure prætorio,quo permissa est abstensio,vt in §.sed his prętor permittit.Insti.eo.& l.j.C.si vt se ab hære.abstine.dicunt gl.istam non esse veram,quia actus, qui non inducit aditionem in extraneo, non inducit immistionem in suo, vt l.cum hominis, j.de acqui.hære.Sed hoc implementum conditionis in extraneo non inducit aditionem,vt hic, ergo nec in suo immistionem.Pro complemento vero huius articuli Bar. hic plane distinguit.& in d.l.iam dubitari.Et communiter omnes sequuntur ut vno tamen mihi videtur hæc Doc.distinctio dubitabilis.In quantum enim dicunt,ꝙ ad instar extranei filius etiam si impleat conditionem potestatiuam, non videtur immiscere se hæreditati,per istum tex.& l.si quis ita hæreditatem. j.de condi.insti.& l.Antistius.j.de acquirẽ.hæred. Adde ꝙ contra hoc videtur mihi casus in d.l.iam dubitari.in ver.sicut cæteris. vbi formaliter dicit, ꝙ si cæteras conditiones potestatiuas adimplet filius institutus, abstinere potest post impletionem, non ergo censetur se immiscuisse, quoniam potuisset abstinere,vt in d.§.sed hic prætor permittit.vnde ibi est casus rotundus nõ subintelligendo ad literam secũdum communem conclusionem Doc.Non obstat fundamẽtum eorum per l.cum bonis. Quoniam dico,ꝙ ex illa l.datur regula affirmatiua,scilicet ꝙ ille actus,qui in extraneo inducit aditionẽ, in suo inducit immistionem.contraria autem negatiua, quam ipsi pro se allegant,non probatur per illam l. neque est iure cautum. Non obst.ꝙ dicunt,ꝙ post impletionem cõditionis, potest abstine-

5 re de iure præto. quia subtiliter considero, † ꝙ duplex in filio potest causari necessitas adeundi, vna a lege inducta per l.necessarijs.§.alleg. & huic necessitati prouisum est per prætorẽ in d.§.sed his prætor permittit. Alia est necessitas immiscẽdi, inducta

inducta ab homine, vtputa ab ipsomet filio, qui propter conditionalem institutionem a patre factam effectus erat de hærede necessario voluntarius, vt l.verba hæc.de condi.institu.& ipse p implementũ conditionis seipsum in necessitate adeundi cõstituit, vt est casus in d.l.iam dubitari. Et huic necessitati non reperitur prouisum per prætorem, quia suam prouisionẽ tanquam exorbitantẽ a iure ciuili, quia contra d.l.necessarijs. non debemus extendere ad alia, vt l.ius singulare. ff.de leg.& l.ea q̃ à iure.ǰ.de reg iu.Hoc ꝙ certo posset disputatiue teneri, quia casus est in d.l.iam dubitari.in fi.Et præmissæ responsiones ad rationes Doc.sunt efficacissimæ, nihilominus possum⁹ sequi communem opinionem. Et primo probo, quia implementum conditionis institutioni adiectæ, facit institutionem censeri, ac si institutio a principio fuisset pura, & institutio cõditionalis purificata habet effectum institutionis puræ. Casus est de condi.insti.l.si pupillus.& si institutio filij a principio fuisset pura, permissum fuisset eidem abstinere, vt in d.§.sed his.ergo & idem implento conditionis adiectæ institutioni filij non est illud, quod facit eum hæredem, sed ius suitatis. Casus est in l.conditionibus pupillus.de condi.& demon. Sed non obstante suitate permittitur filio beneficio pretoris abstinere, vt in §.allegato.s.sed his.ergo. Tertio, ꝙ actus, qui potest fieri citra ius, & nomen hæredis, non causat aditionem hæreditatis.l.pro hærede.in prin & §.Papi.ǰ.de acquiren.hæred.sed actus implementi potest fieri a deliberante citra ius & nomẽ hæredis, vt est casus in d.l.Antistius.& in d.l.si quis ita hæreditatem, igitur. Vltimo, actus ille, qui potest fieri a deliberante adire, non inducit hæreditatis aditionem.casus est de iure deliberan.l.Aristo.Sed actus implementi conditionis potest a deliberante fieri, vt d.l. Antistius, igitur respondere volens hanc partem tenere poterit ad illam l.iam dubitari. prout ibi glo. licet diminutiue tantum. Vel poterit ad tex. illum supplere, dum dicit abstinere, scilicet de iure ciuili, non autem prætorio, vt d.l.necessariis.cum simi Et hæc de implemento conditionis.Quid † autem de implemento modi, an illud inducat aditionem? dico secure, ꝙ sic, quia impletio modi de natura sui fit post emolumentum hæreditatis, vel legati acquisitis, vt l.quibus diebus.§.Termilius.& l.demonstratio.in fi.de condi.& demon.Ergo si ante actum est, illud debet sequi, videtur ex ordine intellectus factum fuisse, ꝙ debebat præcedere, & sic hæreditatis aditio.de acqui.hære.l.illud.sic sentit hic Bal.licet hanc rationem non ponat.Cætera dic, vt hic per Bart. quia in alijs recte loquitur.In gl.ij.l.sed si falsum.ibi argu. ꝙ similiter. de hoc dic, vt plene dicetur in d.l.fi.ǰ.de cond.sine causa.Scias tamen, † ꝙ lex ista hodie non potest procedere, quia & licet testamentum rumpatur, legata firma manent, vt in authẽ. ex causa.C.de libe.præte.

SVMMARIVM.

1 *Transactio, ꝙ inducatur, si datur pecunia, ne ad iudicem eatur.*
2 *Cautio Mutiana, ꝙ non habeat locum in promissionibus affirmatiuis? & quid in negatiuis.& vide infra nu.6.*
3 *Exceptione tutus resultante ex contractu non potest secum contrahentem inuitum ad cautionem compellere.*
4 *Transactio, licet sit contractus innominatus, tamen in ea non habet locum pœnitentia, sicut in alijs contractibus innominatis.*
5 *Pœnitentia, ꝙ non habeat locum in quocunque pacto gratia dirimendarum litium facto.*
6 *Cautio Mutiana, an habeat locum in contractibus? vbi late disputat.*
7 *Qualitates contrahentium debent esse pares.*
8 *Cautio Mutiana in contractibus, cur locum non habeat,*

LEX III.

Edi. Pecunia data, ne ad iudicem eatur, nõ potest repeti posito ꝙ cautio de non adeundo, non præstetur, secus si ad iudicem eatur. h.d. No. † ex datione pecuniæ, ne eatur ad iudicem, inducitur transactio.Secundo no.† ꝙ in promissionibus negatiuis non est locus cautioni, quid autem in affirmatiuis? dic, vt dicetur ǰ.No.tertio, ꝙ tutus † exceptione ex contractu resultãte, non potest secum contrahentem inuitum ad cautionem compellere.Ad idem ǰ.vt in pos.leg.l.j.§.si debitori. ǰ.eod. l.si pecuniam.§.plene.In gl.super verbo, decidi.ibi, & ita non habet locum pœnitentia &c. No. ꝙ licet † transactio sit contractus innominatus, vt no.in l.siue apud.C.de transact.nihilominus in ea non habet locum pœnitentia, quæ habet locum in alijs innominatis, sed re integra.ǰ.eo.l.si pecuniam.Et hoc probatur in d.l.quamuis.allegata in glo.Item sicut in ea † non est locus pœnitentiæ, ita etiam non est locus in quocunque alio pacto gratia dirimendarum litium facto. Casus est hic iuncta hac glo. Et huius poterit esse ratio sm̃ Ric. de Saly. hic, quia post pactum, aut transactionem, non dicitur res esse integra, cum per illa fit exceptio quæsita ei, in cuius fauorem factũ est pactum.Circa id, quod tñ subdit dicens, ꝙ in alijs pactis liberatorijs ob causam factis, non tamen causa finiendarum litium cum eo tempore non erat lis, neq; esse sciebatur, est locus pœnitentiæ per casum l.si quis accepto.ǰ.eo. Adde ꝙ non bene dicit, quia contrarium tenuit Bal.& recte in d.l.quamuis. Et ratio sua est, quia per tale pactum saltem naturalis obligatio est sublata ex duorum consensu, vt l.Stichum.§.naturalis.ǰ.de solu.Ergo vnius tantum consensu non potest resultare, arg.secundum eum.ǰ.de solu.l.dispensatorem.ff.de neg.gest.Pomp, scribit si negocium.Ego aliam addo, quia semel obligatus nõ potest inuitus in obligationem reponi.tex est s̃.de pac.l.fi.Nõ ob.l.si quis accepto.& l.ob cãm.quæ sunt fundamenta Barto. quoniam ibi non competit condictio ex vi pecuniæ, sed propter defectum modi, vel causæ in pacto adiectorum, vt clare dicunt iura illa.In gl.super ver.cessat. ibi, sed prima loquitur in dandis.Mirabilis est ista solu.secundum Bar. ꝙ petitio cautionis non habet locum, quando versat̃ factum in obligatione in diem, sed ista non est vera. Et eam reprobat Bar. hic, cui nõ est opus addere.In ea.ibi, vel non interuenit conditio expressa. Hæc solutio similiter falsa, quia & tacita & expressa. Eadẽ est ratio, vt l.cum quid.ff.si cer.pe.Igitur eadem iuris dispositio, vt d.l.cum quid.Præterea ita suspendit tacita, sicut expressa.ff. de pact.l.item quia.in glo.Quare solue communiter, ꝙ ideo hic non habet locum cautio, quia eam petenti prouisum est ope exceptionis, vt l.j.§.si debitori.ǰ.vt in pos.leg. Superfluam ergo cautionis petitionem reiicit pretor, vt l.hæc stipulatio. §.diuus.ǰ.vt lega.no.cauea.In ea.ibi, † secunda in relictis in vltima voluntate. Vult igitur glo. ꝙ cautio Mutiana in contractibus locum non habeat.Idem quod hic voluit C. de pac.l.j. & illam ibi sequitur Bar.Bal.& communiter omnes.Idem voluit in l.Mutianæ.de cond.& demon. Et illam ibi etiam sequitur plene, & fundamentum tenentium istam partem est primo, quia Mutius cautionem Mutianam introducens, est tantum loquutus in vltimis voluntatibus, ergo casus cõtractuum omissus debet determinari decisione contraria.ff.de iud.l.cũ prætor.cum similib. Secundo, quia hæc cautio Mutiana duo specialia etia a iure communi exorbitantia continet. Primũ, quia vbi alias non potest quis consequi, ꝙ sibi sub conditione relictum est, nisi ea conditione vere vel formaliter impleta, vt l.qui hæredi.& l.Mæuius.ǰ.de condi.& demon. nunc per præstationem cautionis Mutianæ, quæ parit fictum implementũ, vt l.si quis ita.de condi.insti. hoc consequ:tur, quod relictum est.Tertio, quia vbi alias iure communi non est orta actio ante conditionis purificationem, vt l.cedere diem.de verb. sign. & ff.si cert.peta.l.certi.nunc propter præstationem cautionis, & ante verum implementum conditionis orietur actio. Sequitur ergo, ꝙ hæc cautio Mutiana tanquam speciale aliquid continens, & a iure communi exorbitans, non debet extendi. ff.de leg.l.ius singulare.l.ꝙ vero.& de regu. iur. ea quæ a iure. lib.vj.Contrariam vero partem tenuit glo.in l.siue apud.C.de transa.& illam sequitur hic Gul.de Cun. primo illius glo. authoritate, ad quam tenendo partem contrariam responde, ꝙ illa non dicit, ꝙ cautio Mutiana habet locum in contractib⁹ debitore inuito, sed debitore volente, de quo nos non quærimus.Imputatur enim tunc debitori, quia cautionem hanc loco ficti implementi succedentem accipere voluit, sicut & imputatur creditori recipienti, adeo ꝙ perdit ius pignoris, si eo volente debitor ficte soluit, vt l.si rem.§.omnis. ǰ.de pign.act. Sicut & imputatur creditori recipienti sortem principalem, non facta mentione de pœna, quia illam tacite intelligitur renunciasse.ǰ de eo quod certo loco.l.centum.& l.fi.Secũdo allegat ad hoc Gul.l.si ita stipulatus.la grande. de verbo.oblig. Ad illam responde, ꝙ in nulla parte illius legis fit mentio de cautione, an debeat præstari, vel non. Præterea ibi adiicitur præstatio negatiua in persona debitoris, vt puta, promitto, si Capitolium nõ ascendero.Nos autem loquimur, quãdo adijcitur in persona creditoris, vt puta promitto, si Capitolium non ascenderis. Tertio allegat l.insulam.§.fi.ǰ. loca. Ad illam pariter responde, vt Bar.in d.l.Mutianæ. ꝙ illa lex in conditione seu modo negatiuo, qui nunquam potest verificari, nisi per vltimum vitæ spiritum.Et ista fuit originaliter Richar.de Salice.in d.l.j.C.de pactis.vt ibi refert Barto. Secundo responde, quòd illa loquitur, quando adiicitur modus, seu conditio in persona honorati, quo casu non est mirum, si locus sit cautioni, cũ oneratus plerunq; cautionẽ præstet, vt l.in omnib.ff. de iudi.& l.si creditores.ǰ.de priui.cre. Tertio respondeo ego, ꝙ ideo locũ habet cautionis sibi præstatio, quia impletio modi debebat sequi ex eo, ꝙ erat dandum, hic autem secus.Quia non sequitur modi, seu condi. impletio ex eo, ꝙ datur, sed ex alio, puta ex non ascendendo in Capitolium. Quarto allegat Guil.l.istam, quæ nil facit.& ad quam ego rñdeo, ꝙ hic loquitur, an possit exigi cautio ab inuito. materia autem Mutianæ cautionis loquitur, an debenti dare inuito possit hæc cautio per debentem recipere nolentem præstari, ad hoc, vt ipse consequatur, ꝙ est promissum, puta hic loquitur quãdo petit cautionem ipse, qui dedit pro consequenda actione ad peteñ. qd promissum est. Et istam lecturã Guil.ǰ.subtiliter retorquebo,

Quinto

Quinto allegat idem multa iura ad quę Bart. plene rñdet in
d.l.Mutianæ.Ideo ego nihil in hoc addo. Sexto allegat ratio-
nem,quia ratio,quare fuit introducta cautio Mutiana in vlti-
mis voluntatibus est,ne legatum cõtinuo esset inutile, in vita
legatarii,vt l.Mutianæ. Sed hæc ratio locum habet in contra-
ctibus,s.ne promissio sit inutilis in vita eius,cui facta est, ergo
eadem est iuris dispositio.Septimo,quia bonum est argumen
tum de vltimis voluntatibus ad contractus, vt l.pactum inter.
ff.de pact.& l.fi.C.de leg.cum simi. Octauo, quia conditiones
negatiuæ sunt parificatæ in vltimis voluntatibus, & contracti-
bus,vt probatur in l.impossibilis.j.de verb.oblig. Igitur&c.Et
ad hæc vltima tria inferius respondebitur, item hanc opinio-
nem secutus est Bal.in d.l.siue apud.per rationes suas,vnde in
hoc fuit sibi contrarius.Respondeo,principalis opi.fuit Bar.in
d.l.siue apud.dicens, ꝙ aut loquimur in contractibus stricti
iuris, & tunc cautio Mutiana locum non habet.per l.istam.
& d.l.ita stipulatus.quę nihil faciunt,vt s̄.vidistis.Aut loqmur
in contractibus bonæ fidei,& tunc locum habet. Casus est ſm
eum in d.l.insulam.§.fi.illa nihil facit.Primo ꝑ ea,quæ supra-
dicta sunt.Secũdo,quia idem Bar.in d.l.quibus diebus.§.Ter-
milius.de condi.& demon.vult illam l.locum habere in con-
tractibus stricti iuris,vnde hæc opinio sua falsa, quæ & potest
reprobari ex supra quinto loco.Vnde vltima quæ continet ve
ritatem,fuit opinio Bal.hic,ꝙ aut cautionem Mutianam vult
creditori præstare ad cõsecutionem intentandæ actionis iam
natę,& tunc potest,& cogitur debitor recipere,& hoc per tex.
in d.l.insulam.§.fi.vbi conuentio illa conditionẽ aut modum
in se habens,erat vestita,& actionem produxerat,quia adiecta
iuxta contractum bonæ fidei,C de pact.l.in bonæ fidei. Et ad
hoc nihil addo.Aut vult creditor eam præstare per natiuitatẽ
actionis consumendæ,quæ adhuc nata non erat,& tunc dicit,
ꝙ non potest,neq; debitor cogitur recipere sola sua authorita
te contentus.Ego autem idem dico. Primo,quia pro ista opi-
nione do casum apertum & singularem, quem hucusque ab
alio notatum non comperi.Insti.de verb.obli.§.si quis ita. vbi
dicit,ꝙ promissio de decem, si Capitolium non ascenderit,vr̄
facta in illo tempore,si qñ Sempronius morietur,ergo sequi-
tur,ꝙ promissio ista ex tex.illo sumit vires post mortem credi-
toris in persona hæredum,vt in l.vnica.C.vt ab hære..& cõtra
hære.Adde ꝙ creditor ipse ante diem non potest aliquo mo-
do cogere debitorem ad soluẽdum;vt l.cum qui calendis. ad
fi.j.de ver.obli.cum simi.Vnde casus est expressus ibi isto mo
do inductus.Quare miror, ꝙ antiqui & moderni in tanta sint
circa hoc dubitatione.Secundo dico,ꝙ idem probatur in ista
7 lege, quam vltra alios hic induco.† Pares debent esse contra-
hentium qualitates,vt l.si de meis.in prin.ff.de arbi & l.sed si
interpellatus.in fi.& l.si cum dies.circa fi.eo.tit.Sed ipse debi-
tor,qui iam dedit, non potest petere cautionem hanc Mutia-
nam a creditore, quia iam recipit pro fortiori exceptione ac
potentiori habẽda,ergo multominus potest ipse creditor,qui
adhuc non recepit cogere ipsum debitorem,quem adhuc nõ
dedit ad accipiendam oblatam cautionẽ pro natiuitate actio
nis consequendæ,cum ex se clarum est,ꝙ facilius iam factum
fortificatur,quam fiendum de nouo vastetur. Et ista est veri-
8 tas,sicut est Deus.Ratio † autem,quia Mutiana cautio nõ ha-
bet locum in contractibus, sicut in vltimis voluntatibus est,
primo,quia illę sunt fauorabiliores,q̃ contractus, vt in regula
iuris,in testamentis. Secunda & illa fuit Ray. quia magis ab-
surdum est,ꝙ stent in pendenti vltimæ voluntates, q̃ contra-
ctus.s̄.com.præd.l.fi.Tertia est Richar. in d.l.de pact. quam
non refero.Et ad aduerte in quantum s̄.dixi,ꝙ Guil.pro se al-
legat.l.ita stipulatus.in ista l.error est,quia debet poni ad par-
tem contrariam,& ideo ibi pone.

SVMMARIVM.

1 *Datum ob causam duplici remedio repetitur.*
2 *Pœnitentia in contractibus innominatis habet locum re integra.*
3 *Libertas est causa pia.*
Pœnitentia re integra,ꝙ habeat locum in distributione piæ causæ.
4 *Dos,ꝙ non sit pia causa.*
5 *Casus superueniens habet vim implementi.*
6 *Implementum causæ,vt impediat repetitionem, oportet illud secutum de iure, non autem de facto,vel errore.*
7 *Datum propter casum impossibilem,repetitur condictione ob causam.*
Paria sunt,quo ad natiuitatem huius implementi causam a principio fore impossibilem.vel fore impossibilem ex postfacto.Et accipiẽtem rem ob causam impossibilem non distinguitur,an sciens,vel ignorans acceperit,licet in dante distinguatur nu.8.
9 *Dans qui putat se ex necessitate dare,necessitate non existente dandi,potest datum repetere,& si putans se bannitum,vel excommunicatum, vt absoluatur aliquid soluit,quod si non sit,potest solutum repetere.*
10 *Cautio Mutiana,an habeat locum in contractibus stricti iuris.*
11 *Repetitio dati quando liceat.vt quid non addatur.*
12 *Lex ista de qua conditione intelligatur.*
13 *Remedium ordinarium & generale,vbi datur, non recurritur ad speciale extraordinarium.*
14 *Contractus innominatus quinta species scilicet promitto,vt facias.*
15 *Contractus innominati, an denominentur a modo implementi, an ab ordine conuentionis.*

§.Idem erit. Et cum quid datur,vt seruus manumit
tatur,illud repeti potest vi pœnitentiæ,
seu causæ nõ secutæ,nisi fuerit quis impeditus causam imple
re per superuenientem casum, respectu autem cautionis de
manumittendo non præstitæ datum non repetitur, nisi præ-
stari promissa fuerit.Et ad hoc, vt existentia causæ, vel adim-
pletio impediat soluti repetitionem,oportet iure iam esse im
pletam,non autem facto impleri sufficit. h.d. vsq; ad §.sed si
1 seruus.No.primo, ꝙ datum † ob causam duplici remedio re-
petitur,primo ex defectu causę.Secundo ex consecutione pę-
2 nitentiæ re integra.Secundo no.ꝙ† in contractibus innomina
tis habet locum pęnitentia re integra,ꝙ plene j̄.dicetur.l.si pe
3 cuniam. Tertio no. hic casum † rotundum præsupponendo,
ꝙ libertas est causa pia,vt l.Antoninus.j̄.de fideicom. liber. ꝙ
in distributione ob causam piam est locus pęnitentiæ re inte-
gra,ꝙ est ꝯ communem omnium opinionem, in d.l.si pecu-
niam.Et Bal.in l.sicut.col.fi.C.de actio.& obli. Qui pro com-
muni duas ll.allegat. Primo l.si quis pro redemptione. C.de
dona.quæ nihil facit, quoniam ibi tractatur, cum datum ob
distributionẽ in cãm piã posset repeti respectu insinuationis
non factæ,non autem, an possit repeti respectu pęnitentiæ se-
cutæ.Secundo allegat casum ſm eum in l.si ego. §.si res. j̄.de
4 iure do.Sed illa nihil facit,quia falsum † est, ꝙ dicitur dotem
esse causam piam.Et probo, quia si esset pia nõ detraheretur
Falcidia,vt in auth.similiter.ad leg.Fal.Sed detrahitur, vt no.
gl.in l.tali j̄.de iure do.ergo non est pia.Non ob.tex. in l.cũ is.
§.mulier.j̄.de condi.indebi. Quæ allegatur ad probandum,ꝙ
sit pia causa,quia ibi loquitur de pietate respectu personæ do-
tantis, non autem de pietate respectu dotis. Vnde per istum
tex.ego sum contra communem opinionem,& plenius dice-
5 tur in d.l.si pecuniam.No.ergo,† ꝙ casus superueniens habet
6 vim implementi causæ. No.ex §.si liber. ꝙ ad hoc † vt imple-
mẽtum causæ impediat repetitionem, oportet illud secutum
7 de iure,non autem de facto,vel errore.Vltimo † no. ꝙ datum
propter casum impossibilem,repetitur ꝯdictione ob causam.
Ad hoc l.si militem.& l.cum ancilla.C.eo.vnde infero, ꝙ pa-
ria sunt ad natiuitatem huius implementi causam a princi-
pio fore impossibilem, vel fore possibilẽ, & ex postfacto non
8 impleri.Vltimo no.ex ver.sicut Neratius.ꝙ† non distinguitur
in accipiẽte rem ob causam impossibilem, an sciens vel igno-
rans acceperit,licet bene distinguatur in dante, an ignoranter
dederit vel scienter.C.eo.l.si militem.cum ibi no.in glo.Nota
9 †& ex §.si quis.ꝙ cum datur ex eo, quia putat quis necessariũ
fore dare,potest repeti non existente necessitate dandi.Ad idẽ
j̄.de condi.indeb.per totum.Et hoc præstat ar.ꝙ si ex eo, quia
me puto exbannitum,vel excommunicatum,cum in veritate
non sum,soluam aliquid vt absoluar, illud repetere possum.
Idem optime probatur j̄.de iure fisci. l edicto. §.fi.j̄.de censi.
l.forma.§.fi In gl.super verbo,inhibendi.ibi,vel dic.Bart. dicit
10 & rectius,ꝙ vbi conuentio de manumittẽdo est in diem,† vel
sub conditione,cautio peti potest per l.in omnibus.ff.de iudi.
Et sic sentit hic & in princ. l.quod illa locum habent in con-
tractibus stricti iuris,vbi plene dicetur j̄.eod.l.si pecuniã.§.pla-
ne.In glo.super verbo,sed si tibi.habetur ex hoc,ꝙ licitum est
11 iam datum repetere,vt quid non addatur,neq; tunc repetitio
causetur superflua.Ad idem C.de secun. nup. l.si quis prioris.
cum simi.Et hoc notandum propter.§.quibus.In gl.super ver
bo,poterit.in prin.De hoc,an mora conditionem inducat vel
non,dicitur post Bar.j̄.eo.l.si pecuniam.in princ. In ea.ibi, suc-
cedit constitutio.De hoc,an non secuta iniunctione determi-
nata ꝑ hominem,succedat legis dispositio, quæ sine facto ho-
minis facit seruum liberum,plene ponit hic Bart.& Cy.in d.l.
suus.in gl.allegata,quibus non est opus addere.In gl.super ver
12 bo,condictione.† ibi, dic ergo de condictione generali loqui.
Ista vero vr̄ bona,quia in dubio debemus intelligere legẽ ſm
materiam tit.vt l.imperatores.j̄.de in diem addic. Sed titulus
iste loquitur de condictione ob causam, & sic de actione spe-
ciali,ergo primo dixit tex.eam condictionem dari,quæ ex hoc
contractu nascitur,sed alia condictio specialis potest nasci, sci
licet præscrip.verb.actio,ergo.In ead.gl.ibi, vel dic de actione
præscrip.verb.Ista nõ vr̄ bona,ea ratione,qua prima. In ea.ibi,
13 gl.in fi.in hoc casu &c.Ista † non vr̄ bona,quia vbi adest reme
dium ordinarium & gñale, non recurritur ad extraordinariũ
speciale,vt l.quædam.de eden.l.in causæ. de mino. Sed adest
in casu speciale remedium ordinarium, s. præscriptis verbis
actio,vt probatur in d.l.ob cãm.de præscr.verb.ergo nõ recur
ritur ad aliud remediũ extraordinarium speciale. In ead.ibi,
14 † do vt facias.imo rectius ex hoc tex.colligitur fuisse celebratũ
contractum promitto,vt facias.Ex quo nota,ꝙ ad. l.naturalis.

j̄.de

ℨ.de præscrip.verb. potest adijci quinta species contractus in-
15 nominati.In ead.ibi,† dices primo &c.Et sic no. gl.ꝙ contra-
ctus innominati denominantur ab ordine conuentionis, non
a modo implementi.quod dic,vt plene declaratur in l.si cum
debitore.ff.de iureiur.& contrarium de l. cũ proponas. solue
vt per Bar.& recte,cum pecunia datur.

S V M M A R I V M.

1 *Filius in his,quæ iuris sunt,potest corrigere patrem.& vide nu.9.*
2 *Defectus causæ in mente retentæ,per vnam ex partibus, non parit condictionem ob causam.& nu.11.*
3 *Defectus speciei in contractu dationis expressato licet pariat repetitionem,tamen defectus speciei per vnam ex partibus in mente retentæ, hanc conditionem non parit.*
4 *Conditio,ꝙ sicut habetur pro impleta, quando stat per eum, cui debet impleri, ita etiam quando stat per tertium,cui propter fiendum implementum, tenebatur.Et idem quando impedit,qui propter dictum impedimentum tenetur ei,cui debebat impleri.nu.5.Et si ex facto,seu ꝓhibitione verbali, quis aliquod damnum patiatur, potest ille agere contra talem ad damnum,seu interesse illatum.nu.6.*
7 *Tutor,qui fecit per testatorem,qui relinquere volebat pupillo,sibi relinqui,ꝙ teneatur pupillo.*
8 *Prælatus,qui fecit sibi relinqui id, quod testator relinquere volebat ecclesiæ, ꝙ ecclesiæ teneatur.*
Religiosus,qui blanditijs induxit testatorem ad sibi relinquendum , ꝙ alij relicturus erat,excommunicatus est.
10 *Condictio indebiti,an in casu huius § locum habeat.*

§.Sed si seruus. Si pecunia datur, vt quid ex certa causa sequatur,& postea sequitur, non tamen ex illa repetitio competit.Item non secuta impletio certæ causæ in mente tantum vnius ex partibus retentæ, repetitionem non parit.Item impeditus soluere habetur pro soluente,actione competente ad interesse contra impedientẽ soluere.hoc dicit vsque ad fi.l.omisso. §.subtilius. quam im-
1 mediate post legam.No.ex §.† sed si seruus.ꝙ in his, quæ sunt iuris,permissum est filio corrigere patrem,de quo in glo.No.
2 ex tex. quanquam.† quod defectus causæ in mente retentæ ꝑ vnam ex partibus, non parit condictionem ob causam. Ad
3 idem C.eo.l.si repetendi.cum similib.No.ex eodem,† ꝙ licet defectus speciei in contractu dationis expressatæ, pariat repetitionem,vt l.si exiguum.C.eod.nihilominus defectus speciei ꝑ vnam ex partibus in mente retentę, hanc condictionem non parit.Et sic est decisio,quam ponit Bar.in l.cum quid. ff.si cer.
4 pet.vbi hunc §.allegaui pro casu,& ibi plene dixi. † Nota ex §. quanquam.ꝙ sicut habetur pro impleta cõditio, quando stat ꝑ eum,cui debet impleri,vt l.iure ciuili.ℨ.de condi.& demon. cum si. ita habetur pro impleta quando stat per tertium , qui propter fiendum implementum tenebatur.Ita est hic no. ca-
5 sus.No.† secundo singulariter ex eodem, ꝙ conditio habetur pro impleta,quando impeditur impleri per tertium,qui propter datum impedimentum,tenetur ei, cui debebat impleri.
6 Tertio no.† generaliter. & in hoc non est alibi ita specialiter iste casus secundum Ray.ꝙ vbi ex facto, seu prohibitione tua verbali,ego aliquod damnum patior, possum agere contra te ad damnum,seu interesse illatum. Ad idem facit ff.de dolo. l.cum quis.ℨ.de condi.& demon.l quæsitum.in glo.C.de ope. liber.l.fi.C.de exac.trib.l.nemo.lib.x.de leg.ii.l.Lucius.§.Sem-
7 pronio.cum si. Et per hoc induci potest iste tex. † ad tria. Primo ad q.tutoris,qui cum aliquid vellet testator pupillo relinquere,fecit sibi relinqui,quod ipse pupillo teneatur.Et de hoc plene dicatis in l.quicquid.C.arbi.tut.per gl.& in l.Titius.ℨ.de admi.tut.& in d.§.Sempronius.in gl.quæ alleg.tex.hoc decidẽ
8 tem in Auth.vt nul.iud.Et secundo facit †ad similem qõ.s.de prælato,qui si aliquid vellet testator ecclesiæ relinquere, fecit relinqui sibi,ꝙ ipse teneatur ecclesiæ, vt dictum est in tutore, de quo dicite, vt per gl.xij.q.fi.c.quicunque. Ad vnum tamen aduerte, ꝙ pœna excommunicationis hodie punitur religiosus,qui suis blandis suasionibus,cum aliis testator intendit relinquere,sibi relinquere facit. Casus est singu.de pri.eccl.c.j. Tertio facit ad aliam similem.q. positam in d.§. Sempronio,
9 de qua vt ibi.In gl.in prin.de hoc,an † liceat filio corrigere patrem?dic,vt hic per Bar.& recte,cui nihil addo.In ea.ibi,inde-
10 biti † autem condictio. An condictio indebiti in casu huius §. possit competere?dic,vt plene dicetur post Bar.de ꝯdi. indeb. l.is cui.& in cæteris declara hanc glo.vt ibi per eum . In glo.§.
11 quanquam.ibi,† ℨ.de pigno.actio.l.si quasi . dic , ꝙ ibi fuit defectus causæ tacite in mente vtriusque partis retentæ , & ideo parit condictionem ob causam.ff.eodem.l.j.§.si parenti.cum l.sequen. Hic autem fuit defectus causæ retentę tantum in mente vnius partis.In glo.super verbo,dare.ibi , ℨ.de condi.& demonstra.l.si inuitus.Illa lex fortiter obstat secundo responso huius §.Et si dicatur hic, quod contra hæredem prohibentem competit ei,in cuius personam debeat conditio impleri, actio,vt ipse id,quod testator præcepit,obseruet. Quia qui habet actionẽ ad petendum id,qđ hærede inuito ipse seruus soluit,multo fortius habet exceptionẽ,si cõtra eum , cui debebat solui,agat.de superfl.l.j.§.quod autem.ℨ.de reg.iur. l.inuitus.§. cui damus.Sed ipse hæres habet actionem contra recipiẽtem pecuniam per seruum solutam de mandato testatoris eo inuito,vt est casus in d.l.si inuitus.ergo multo fortius,si conueniatur ex eo,quia prohibuit soluere,habet exceptionem.Contrarium est difficile,& non potest alia solutio dari , nisi dicamus, ꝙ licet tex.in d.l. inuitus, det hæredi actionem de rigore iuris, nihilominus propter æquitatẽ exceptione veniat repellendus, & si non placet ista,aliam cogitabitis. Vltimo formo ad istam literam in primo responso, oppositionem vnam , dicitur hic, quod si prohibeatur seruus facto hæredis conditionem implere,habetur pro impleta,& consequetur libertatem.Cõtra, de leg.iij.§.si quis seruum . ver. sicut, quod si prohibeatur.ℨ.de statulib.vbi contra hunc est casus rotundus. Potes autem ita dicendo soluere,ꝙ aliquando hęres impedit conditionem implere ex eo principali capite,quia conditionem testator impleri mandauerit , nihilominus præsumitur tacite mandasse ex peculio impleri debere,ita loquitur tex.ℨ.de statuli. l. si hæres, §.statulibe.el primo.& l.quæsitum.ℨ.de condi. & demon. Aliquando hæres impedit statutum conditionis implere ex vno capite speciali , cum tamen illa impleri possit ex pluribus. Et tunc dicendum eum liberum non effici propter impedimentum in vno tantum ex capitibus sibi præstitum & est ratio, quia licet impediatur implere ex vno, nihilominus poterat impleri ex alio, vnde non dicitur per eum seruum stare perfecte,quominus possit implere . & ita intelligo tex. de quo obijciebam in d.l.3.§.sed si seruum. versicu. quod si prohibeatur. ℨ. de statulibe.

S V M M A R I V M.

1 *Error in dominio rei, de quo transferendo agitur , quando impediat dominij translationem.*
2 *Tradens scienter nummos suos , vt alienos , num dominium transferat ? remissiue.*
3 *Error in causa translationis dominii,ꝙ impediat eius translationem.*

§.Subtilius. Error interueniens in dominio rei, de cuius dominio transferendo tractatur, impedit dominij translationem,& nemo potest dominium eius ꝙ suum non est,in alium transferre , non accedente domini
1 volũtate.h.d.No. primo,†ꝙ error in dominio rei, de quo trãsferendo agitur,impedit dominij trãslationem.Hoc autem venit dupliciter limitandum.primo hoc esse verum, quando dominium venit transferendum de voluntate hominis , secus si mediante dispositione legis.quoniam tunc talis error non impedit dominij translationem. Iste est casus singularis,de leg.ii. l.si is cui.& ibi hoc notat Bar.Secundo hoc esse verum, si interuenit ex parte dantis, secus si interueniat ex parte accipientis, quoniam talis non impedit translationem dominij,casus.ℨ.de iur.& fac.ign.l.regula.§.qui ignorant. Tertio potest circa hoc
2 primum notabile dubitari. † Quid si ego sciens nummos esse meos trado tibi,vt tuos,& sic non interuenit error,an nihilominus dominij translatio impediatur ? de hoc habemus gl. ℨ.de acquiren. possessio.l.si rem aliquam.in verbo , quasi non meam , ibi plenè dixi post eam Et ideo hic non repeto.Secun
3 do no.† ꝙ error in causa translat.dominij , non impedit eiusdem translationem,hoc enim plene declara,vt per Barto.in l. j.ff. de offic.procu. Cęsa.vbi ponit plenissimam & perfectam doctrinam in hac materia adeo , ꝙ nil necesse est addi, nisi ea tria,quę supra in primo notabili dixi.

S V M M A R I V M.

1 *Acceptilatio licet fieri non possit sub conditione, vel in diem , fieri tamen potest sub modo.*
2 *Creditor , ꝙ non possit agere, vt debitor se soluturum caueat existente obligatione pura.*
3 *Creditor,qui debitorem acceptilatione liberauit , quando possit iterum contra illum agere.*
4 *Bal.habuit hanc legem in punctis in priuato examine.*
5 *Absolutus a iudice sub conditione.si vnquam in tali crimine inciderit , intelligatur in easdem pęnas incidisse,an possit prætextu huius adiectionis pœnarum reintegratio fieri adeo,vt valida sit hæc sententia.*

L E X IIII.

SI quis accepto. Liberatio per creditorẽ facta sub modo, condi-
1 citur ipso modo non adimpleto.hoc dicit. No.†ꝙ licet acceptilatio non possit fieri sub conditione vel in diem,vt l.4.ℨ.de accept.nihilominus potest fieri sub modo,& ad hoc eleganter ego pondero istam literam. In gl.alio-
2 quin † si erat &c.Nota gl.ex qua infert hic Bart. quòd obligatione existentę pura,non potest creditor agere, vt debitor se soluturum caueat.l.non in omnibus.ff.de iudi.cum simi.loquẽs de cautione præstanda , locum habet in obligatione pendente,non autem in pura . Et est pro hoc notabilis casus in l.hoc senatus.§.j.ff.de vsufru.ea.re.quæ vsu consu. In ead.ibi, & per actionem præscri. verb. &c.Imo videtur debere agi actione de dolo,

dolo, quia hic eſt contractus facio, vt des. Igitur &c. ĩ. de praeſc. verb. l. naturalis. §. quod ſi facio. Sed haec ſolue, vt hic habetur in gl. & c. ſuper hoc dic, vt hic per Barto. Aduerte tamen, quia 3 † pro intelligentia materiae huius legis, cum creditor debitorem per acceptilationem liberat, dic, ꝙ quandoque creditor conqueritur de inobſeruantia promiſſorum. Quandoque de dolo liberati inducentis eum ad liberadum. Quandoque de ipſa liberatione per errorem factam, quandoque dicit ſe liberationis poenituiſſe. Quandoque & quinto & allegar a liberatione receſſum fore per pactum ſubſequens. Primo caſu aut vult agere creditor, vt ſibi promiſſa per debitorem ſeruentur, & hoc poteſt, vt hic, in gl. in l. ob eam. ĩ. de praeſcrip. verb. C. de tranſac. l. cum mora. Quandoque vult age propter defectum modi, ſeu cauſae, vt debitor ſe in primam obligationem reponat, & extracta act. hoc poteſt, vt hic, tribus concurrentibus. Primo, ꝙ ipſa obligatio ſit in diem vel ſub conditione, ſecus ſi pura, vt l. ſi mulier. ĩ. eo. Secundo, ꝙ ipſa actio acceptilatione poſſit ex partium conuentione renaſci ſeu reſuſcitari, alias ſecus, vt eſt caſus in d. l. cum mora. cũ loquitur de querela. Tertio, vt ſubdit hic Ang. ꝙ ipſe debitor dolo, ſeu lata culpa interueniente promiſſa non adimpleat, ſecus ſi per eum non ſtet, quare non impleuerit. Quia qui pro implendo facit quod potuit, adimpleuit in parte, nõ autem potuit in totum. Quoniã tunc nõ poteſt agi pro repoſitione in obligatione prima conſequenda, ſed ad intereſſe, caſus eſt ſingularis ſecundum eum. C. de tranſa. l. ſi pro fundo. ex mente Bar. ibidẽ, quod ego non credo verum, quia difficultas debentis in implemento conſiſtens, non tollit creditori facultatem agendi. ĩ. de verb. obliga. l. continuus. §. illud. Secundo, quia tunc difficultas in implendo modum ſeu cauſam, tollit creditori facultatem agendi, qñ illa superuenit caſu fortuito, ſecus ſi alio modo. Caſus eſt in l. 3. in ver. ſed ſi ſciens. iuncto §. ſi liber homo. cũ duobus verſi. ſeq. ff. eo. C. eo. l. ſi. ĩ. eo. l. ſi pecunia. Non obſt. mihi tex. in d. l. ſi pro fundo. in primo reſponſo, quia ibi non tollitur creditori facultas agendi condi. ob cauſam, quia penes eum adeſt implementum modi, ſeu cauſae pro parte, ſecus ſi nihil adeſt, & pro parte adimplendo intẽderet adimplere, quia tunc falſum eſt dictum Bar. & Ang. & remanet firma lex iſta. Et ex his datur nouus & ſingularis intellectus ad l. illam. Item requiritur & quartum, ſcilicet ꝙ creditor pro conſequendo huius l. beneficio inſolidum & perfectè adimpleuerit ex parte ſua incumbentia, ſecus ſi, quia non potuit, adimpleuit in partem, non in totum. Quoniam tunc agitur actione de dolo tantum, nõ autem ex iſta l. Caſus eſt. C. de tranſa. l. actione. ſecundum lectu. Placen. Et hoc de primo caſu. Secundo caſu, quando creditor ipſe conqueritur de dolo liberati debitoris agitur ſecundum diuerſitatem caſuum, aut actione de dolo pro eius reſciſſione aut ad intereſſe. Caſus eſt. C. de tranſa. l. ſi ſub praetextu inſtrumenti falſi. Tertio caſu, quando allegat liberationem errore ſecutam, tunc dic, ꝙ aut condicitur tanquam indebita condictione indebiti, aut potius nullius eſt momenti. Caſus eſt ſingularis l. ſi cum re Quarto caſu, quando allegat ſe liberationis penituiſſe, dic vt dixi ſ. eo. l. 3. in prin. cum reprehendit Barto. Vltimo caſu, quando allegatur per pactum a priori liberatione receſſum? dic, ꝙ aut actio, quae fuit a liberatione extincta, poteſt partium pacto renaſci, & tunc agitur illa primeua actione contra debitorem. Caſus eſt. C. de tranſact. l. ſi diuerſa. & ſi excipiatur de liberatione, replicabitur de eius reſciſſione. vt de pac. l. pacta nouiſſima. vltimo reſponſo. Aut talis actio liberatione extincta, non poteſt partium conuentione renaſci, vt eſt actio iniuriarum, & ſimiles, quae no. ff. de pact. ver. ſicut, ſed ſi pactũ. & tunc loco primeuae actionis totaliter extinctae, ſubrogatur ex legis diſpoſitione actio vtilis creditori contra debitorem competens. Caſum habes ſingularem ſecundum Bar. ibi, ĩ. de ſolu. l. ſi pupilli. §. j. Et haec eſt diſtinctio cum magno labore collecta, per quam declaratur huius l. materia. Vltimo 4 Bal. qui † habuit hanc l. in punctis in priuato examine exiſtẽte tunc Bar. praeceptorẽ ſuo. examinat q. de qua ibidem fuit interrogatus. ſ. abſoluit plerunque iudex a ſententia excommunicationis, ſeu banni cum adiectione, ꝙ ſi vnquam abſolutus talia de nouo tentauerit, in eaſdem penas reincidat, an poſſit praetextu huius adiectionis penarum reintegratio fieri, adeo, ꝙ ſit valida haec ſententia? & dicit e. vt hic per eum, & per eundem in l. pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac. in repe. & p Bart. in repe d. §. pactus ne peteret. & l. non ſolum. §. iniuriarũ. ĩ. de iniur. Ego vero, licet Legiſtae in hoc multum dubitent, do caſum expreſſum, ꝙ non valet talis adiectio in ſententia facta a iudice, in c. Romana. §. caueant. de ſent. excõ. in vj. Secus ſi fiat a ſtatuto, caſus eſt eo. tit. in c. a nobis. in antiq. & in c. ij. de cõſti. lib. vj. Et miror ꝙ Bal. tantus Canoniſta non alleget.

SVMMARIVM.

1 *Caſus fortuitus ſuperueniens debitori non liberat ipſum debitorem.*
2 *Condictio ob cauſam in contractibus innominatis habet duo principia, ſcilicet defectum cauſae, & poenitentiae conſecutionem.*
3 *Poenitentia habet locum in contractibus innominatis re integra exiſtente, ex parte illius, cui eſt implendum, ſecus ex parte implentis. & vide numero 8.*
4 *Poenitentia in contractibus realibus habet locum, ſi alteri contrahenti non ſit damnoſa, nec captioſa.*
5 *Contractus aſſumit nomen ex qualitate contrahendi, ſi de illius nomine dubitatur.*
6 *Nomen contractus dubij, iudicatur ex qualitate perſonarum contrahentium.*
7 *Poenitentia, an habeat locum in contractibus, & quando? & vide nu. 8. & ibi quid de iure canonico.*
9 *Praeparatoria extrinſeca non faciunt rem deſinere eſſe integram, & quando faciant? ibi. & vide infra nu. 29.*
10 *Principia actus faciendi faciunt rem deſinere eſſe integram.*
11 *Contractui innominato ad pias cauſas, etiam re integra, non eſt locus poenitentiae, & ibi de veritate.*
12 *Tex. in l. quod Seruius. infra eodem, qualiter intelligatur. & vide infra numero 28.*
13 *Contractus innominati aequiparantur contractui mandati.*
14 *Contractibus innominatis, reſpectu recipientis, quando locus ſit poenitentiae.*
15 *Caſus in quibus in contractibus nominatis locum habeat poenitentia.*
16 *Contrahentium pares debent eſſe qualitates.*
17 *Princeps ſuo contractu ligatur, & ad eius obſeruantiam tenetur, & in eo non habet locum poenitentia.*
18 *Datum ob cauſam, & cauſa deficiente, an repetatur? & vide nu. 30.*
19 *Conditio impoſſibilis adiecta contractui quando vitiet contractum.*
20 *Verbum, cauſa, continet ſub ſe conditionem.*
21 *Poenitentia an habeat locum in contractibus innominatis, qui ſunt admixti contractibus nominatis.*
22 *Donans fundum Titio, vt poſt mortem eius ſit Sempronij, an poſſit poenitere in praeiudicium Sempronij.*
23 *Haeres donantis quid dandum tertio, an poſſit illud reuocare. ſicut poſſet donãs reuocare. & infra nu. 27.*
24 *Contractus innominati, ſicut re integra reuocantur poenitentia, ita etiam morte ſecuta, re integra.*
25 *Impedimentum cauſae contingens poſt mortem dantis, nam excludit condictionem ob cauſam. ſicut nec implementum contingens.*
26 *Mandatum ad pias cauſas non finitur morte mandantis, vbi tenet contra Bar. quod ſic.*
31 *Defectus cauſae, quando pariat repetitionem ſoluti? remiſſiue.*
32 *Obligatio ad intereſſe, an ſuccedat in obligationibus facti, in quibus eſt interpoſitum iuramentum.*
33 *Contractibus innominatis vbi interpoſitum eſt iuramentum, etiam re integra, non admittitur poenitentia, & de veritate. remiſ.*
34 *Donatio an ſit contractus nominatus, an innominatus? remiſſiue. & ibi an locus ſit poenitentiae.*
35 *Praeparatoria empta. quòd remaneant penes emptorem deducta aeſtimatione, quanti nunc eſt, non quanti tunc cum empta fuerit.*

LEX V.

SI pecuniam. In contractibus innominatis defectus modi, ſeu cauſę caſu fortuito cõtingens, non parit cõdictionẽ ob cauſam, ſed pęnitẽtia cõhẽtis ſic, licet tũc indẽnitati alterius 1 cõſulatur. h. d. No. † ꝙ caſus fortuitus ſuperueniẽs, debitorẽ im- 2 plere debentem, non liberat. No. ſecũdo, ꝙ in cõtractibus innoĩatis actio cõdictionis ob cauſam duo habeat principia, ſcilicet 3 defectum cauſae, & ſecutionem poenitentiae. † Tertio no. ꝙ in contractibus innominatis re integra exiſtente ex parte cui eſt implendum, licet non ex parte implentis, locus eſt poenitentiae. 4 † No. quarto in contractibus realibus poenitentiae locũ eſſe, vt illa non ſit alteri contrahenti damnoſa, aut captioſa, ſed idem obſeruetur indemnis. In gl. j. in prin. duo ſunt ex hac gl. 5 notanda. Primum, † ꝙ nomen contractus, de cuius nomine dubitatur, ex contrahendi qualitate iudicamus. ad idem gl. in 6 l. j. ff. de iudi. & d. l. naturalis. §. at cum do. † Secundo, ꝙ nomen contractus dubij iudicamus ex qualitate contrahentium perſonarum. ad idem C. de vſur. l. cum allegas, in prin. Et haec ambo plene diſcuſſi. ff. ſi cer. pe. in l. ij. in prin. in diſtinctione magna. In gl. ſuper ver. pęnitere. ibi, nec diſtinguitur interponatur pactum gratia vtriuſque &c. † Iſta gl. vt refert Bar. hic infideliter recitat iſtorum opinionem. Volunt enim illi conſiderare ad hoc, vt ſciamus, an in contractibus ſit locus poenitentiae, an illud, quod erat faciendum poſt implementum partis ex vna parte contingens, foret faciendum gratia dantis tantũ, & tunc ſit locus poenitentiae. caſus eſt hic ad idem ĩ. de ſer. expor. l. j. aut gratia vtriuſq;, & tunc non liceat poenitere. caſus eſt ĩ. eo. l. quod Seruius. ſecundum opi. illorum, quam ſequitur Ia. de Are. & Cy. C. de act. & obli. l. ſicut. Bal. autem hic in hoc cõtradicit, & ſimiliter Bar. hic, & bene rationibus, de quibus hic per eos, & ibi. Quibus adde, ꝙ licet ipſe velit, ꝙ ſit locus poenitentiae caſu, quo idem quod debebat ſequi, foret vtriuſque gratia faciendum, ſi gratia facientis tantum, tunc nunquam poenitentiae

tentiæ locus est, & re integra. Casum allego notabilem ff.de pac.l.si cum fundum.In ea.ibi,causæ tamen,ꝙ re integra tan-
8 tum &c.† Tria sunt ex ista gl.principaliter notanda.Primo regula iuris ciuilis,ꝙ in contractibus innominatis locus est pœnitentiæ re integra,quod probatur hic,& in l.ex placito.C. de rer.permu.de iure autem canonico dixit d. Bal.singulariter in d.rub.de rer.permu.in contractibus innominatis locum non fore pœnitentiæ,nisi in defectum fidei non seruatæ. allegat casum extra, de ele. c.cũ inter R.seniorem. Tu adde,quia quod dixit,dupliciter videtur falsum. Primo enim inquantum dicit iure canonico locum esse pœnitentiæ in casu non seruatæ fidei,hoc videtur falsum,cum tunc eo iure videatur agi debere tali actione,qua quis fidem seruare cogatur,non autem,ꝙ locus sit pœnitentiæ.Hoc ego probo.Primo per casum extra de cond.app.c.verum.vbi dicitur,ꝙ si dono ecclesiæ sub modo, vel conditione aliquid faciendi,& sic ineatur contractus innominatus,do vt facias,quod tali casu adimplente, ꝙ implere ꝓmittit, alteri parti non est licitum pœnitere, sed in ecclesiam agere,vt cogatur promissa seruare,nisi expresse actum fuerit, scilicet vt ecclesia fidem non seruante pœnitere liceat. Secundo probo apertius per casum d.c.cum inter. quod Bal.allegat pro suo fundamento. Ibi enim abbas quidam renunciauerat abbatiæ,vt assequeretur prioratum quendam, & sic videbatur celebratus cõtractus,do vt facias,vel do vt des, & nihilominus ibi dicit, ꝙ etsi abbati promissa non adimpleantur,nõ tamen sibi licitum est ad id,quod renunciauit redire, & consequẽter pœnitere.Ecce ergo,ꝙ in hoc contra eum ibi est casus. His tamen non obstantibus pur opi.sua in hoc procedit.Si enim licita est pœnitentia in contractu nominato etiam iuramento firmato,de iure canonico,respectu fidei non seruatæ,vt est casus de iureiu.c.3.ergo multo magis in contractu innominato,qui est minus potens.Non obst.d.c.cum inter. quia ibi non datur regressus ad partem ad ius,cui per eum renũciatum est, ex generali regula.l quæritur.§.si venditor.ꝭ.de ædil. edic. & l. cum quædam.C.de admi.tut.licet abbati promissa,vt renunciet abbatiæ,non fuerint obseruata. quoniam in beneficialibus istis aut spiritualibus nullius iuris est contractus innominatus celebratus,vt puta renuncio beneficio meo,vt facias hoc,vel hoc des.Casus extra,de transa.c.si per eum.extra,de pac.c.cum pridem.non obst.c.verum.quia responde, vt infra declarabitur. Secundo principaliter falsum videtur dictum suum,scilicet ꝙ de iure canonico nullo casu mundi,nisi ꝓdicto,locus est pœnitentiæ in contractibus innominatis ea sola ratione, quia nõ reperio hoc iure canonico cautum. Nec d.c.cum inter. aliquid probat,vt s.vidistis. Succedit ergo tunc communis regula dicens,ꝙ expresse determinata de iure ciuili, debent etiam obseruari de iure canonico, vbi in illo non reperitur discrepatio a iure ciuili diuersa,vt probatur in c.j.& ij.extra de oper. noui
9 nuncia.quod ergo dicit,non puto verum. † Secundo no.principaliter ex eadem particula. ꝙ præparatoria extrinseca non faciunt desinere rem esse integram,vt probatur in hoc ver.iuncto prin.tex.quod sequitur hic Barto.& communiter omnes. Et ego hoc verum intelligo.nisi illa de vina necessitate important actum in futurum fieri debere, quoniam tunc per eandẽ desinit res esse integra.Hoc probo per casum l.si defunctus.s. de procur.iuncta l.si quis alicui.§.qui mandatum.ꝭ.mand. & per id quod probatur Insti.mand.§.item si adhuc. iuncta glo.
10 Secundo no.† iuncta l.quod Seruius quam allegat glo.ꝙ principatio actus faciendi facit rem desinere esse integram.ad idẽ ꝭ.de pollic.l.j.§.cœpisse.& illam allegat Bar.hic,non tamẽ desinit esse integra,quo ad hunc effectum,ꝙ non sit locus pœnitentiæ in innominato contractu secundum eundem, per tex. in hac l.in §.si quis dederit.Ego ad idem allego casum l.quod
est omnium communis opi.quam his paucis perstrinxi.In gl. super ver.quoniam Hæc glo.dubitat,an procedat ratio literæ, 10 quam ipsa non bene colligit,&†omissis verbis Bar.multa super hoc dicentis,ad quæ non est necesse addere, dic, ꝙ ratio, qua motus est Iuriscon.sultus in primo versi. ad dicendum,ꝙ solutum per putatiuũ debitorem potest repeti, colligitur ex verbis illis,quoniam putasset se debere,non autem ex illis,qui bus colligit gl.ibi,exceptione doli.Et ratio ita colligitur,solu ẽs ignoranter indebitum potest repetere,vt j.ti.ij. per totum.sed hic solutum est ignoranter,ergo competit repetitio.In ea.ibi, 11 ꝙ actum fuit. Potito.ꝙ ista gl.dicat verum , † non est ad hoc,ꝙ conuentione partium fieri potest,vt tacita hæc cõditio, si nuptiæ sequantur.intellecta a iure in promissione dotis nõ subintelligatur, Doc.tamen post Bar. communiter reprehendũt dicentes,ꝙ hoc non fuit hic actum,quoniam si actũ esset,non peteretur solutum per condictionem ob causam,vt vult illa litera,quia non fuit solutum ob causam de futuro,sed per condictionem indebiti, qua solutum propter causam de præterito,sicut j.ti.ij.l.damus.Quidam moderni & melius iudicio meo dicunt,ꝙ imo hic hoc actum fuit, & hoc probatur ex ista litera,vbi solutum fuit,ergo quo ad fiendam solutionẽ nõ oportebat expectari eiusdem celebrationem . Igitur ergo ẽm eos etiam hoc casu condictione ob causam,per istũ tex.Nec obstat Doct.quia licet soluta sit dos, & conuentum fuerit, ꝙ non subintelligatur conditio in promissione, tamẽ subintelligitur in solutione dotis,vt per Bar.in l.si ego.in princi.& l.dotis fructus §.fi j de iure dot.ea uero deficiente repetit solutum condictione ob causam . In glo. super ver.actionem.ibi, sed quid si promisit. si intelligamus glo. hanc ẽm intellectum Bar. s.ꝙ hic vir,cui fuit facta promissio dotis soluendæ, non autem solutio teneatur cedere actionem,quam habet mulieri , fortiter obstat argumentum tale. Actionem non habens, actionem cedere non potest.l.si procuratorem absentem. §. si liber homo j.manda.Sed vir ex promissione sibi facta nullam actionem acquisiuit,vt j probabo,igitur &c.Quia nullam acquisiuit patet,quia ibi fuit facta mera promissio, quæ habet in se conditionem tacitam,si sequatur matrimonium , vt l.promittendo.& l.stipulationem. j.de iure dot. sed hæc nunq̃ fuit verificata,quia matrimonium non secutum, ergo nec actio quæsita.Possunt duæ responsiones dari , quia illa conditio nõ subintelligitur in promissione facta per extraneum , vt no.gl. in l.Titio centum.§.Titio genero.j.de condi. & demon.Sed illa falsa,vt reprobaui in l.si extraneus,igitur hæc non bona.Secundo respondet Bar.ꝙ illa tacita conditio subintelligitur hic respectu viri,non autẽ respectu mulieris,sed illa similiter non bona,quia concludit ꝯ eum , quia si intelligitur respectu viri, ergo conditione per virum non verificata,nulla cõpetit actio, ergo nulla per eum est cessibilis,& sic patet, ꝙ l. fi. C. de iure d ,quam idem allegat pro fundamẽto huius suæ opinionis, nihil facit. Vnde sol.tertio ẽm quosdam modernos,ꝙ hic non subintelligitur conditio ista,ex eo,quia is qui soluit sciẽter indebitum,fuit intentionis huius, ꝙ solutũ totaliter mulieri donaret.Dixi in notabilibus,quo casu hæc conditio nullo modo subintelligitur,nisi solum mulieris fauore,vt est casus.j.de iure dot.l.licet §.quoties.In gl.super verbo,manente.ibi, responsio patet &c.Ista solutio non est vera, quia ẽm hoc non competeret condictio in hoc tertio casu,quod est falsum,vt hic vides.Quare solue,ꝙ ista fuit liberatio conditionalis.s.si nuptiæ sequerentur,& ideo annullatur. conditione non verificata, vt j.de iure dot.l.licet.præallegata.In glo.fi.ibi,no. naturalem,& 12 ẽm hoc etiam ad accessiones respectu pensionum competet hæc condictio,quia & illę loco fructuum habentur.j. de vsur. l.prædiorũ.vbi est casus . Cętera dic, vt hic per Bar.qui in aliis recte loquitur.In gl.super verbo,quoniam. ibi, sed quia causa cessat propter quam dedi.Ista est falsa, quoniã ẽm hoc sequeretur,ꝙ sciens se non teneri mulieri,pro eadem dote, soluens, matrimonio non secuto posset repetere,ex eo,quia deficit cã. Sed hoc est falsum,vt versi.sed si cum sciret , ergo &c.

SVMMARIVM.

1 *Causa annullata,non potest effectus annullari.*
2 *Affinitas dicitur contrahi inter sponsos.*
3 *Sponsalia præcedentia faciunt desinere rem integram.*
4 *Aetas iusta ad contrahendum matrimonium ex quibus consideratur,tam de iure ciuili,quam canonico.*
5 *Matrimonium etiam nulliter contractum hodie de iure canonico operatur inductionem sponsalium,secus de iure ciuili.*
6 *Statutum loquens in affinibus,an habeat locum inter illos , inter quos contracta sunt sponsalia*
7 *Vir & vxor proprie non dicuntur affines,item nec propinqui.*
8 *Statutum, ꝙ inter affines non fiat compromissum , ꝙ non habeat locum inter virum & vxorem.*
9 *Verbum.potest,an sit extensiuum in futurum.*
10 *Verbum,non poterit, vel non potest, an iudicetur secundum tractum de futuro.possibile.*
11 *Clausula,rebus sic stantibus,ꝙ in dubio intelligatur in contractibus, renunciationibus.iuramento,priuilegiis in societate & datione tutoris.*
12 *Dos vt repetatur satis est sponsalia esse dissoluta.*
13 *Statutum iuratum,an & quando tolli possit absque metu periurij,remissiue.*

LEX VIII.

QVod Seruius. Solutũ nomine dotis repeti non potest , quandiu subest spes futuri matrimonij.hoc dicit. No.quód 1 †annullata causa,non potest annullari effectus.Se 2 cundo nota,ꝙ†inter sponsos dicitur affinitas contrahi, de quo dic,vt dicetur in glo. Tertio nota secundum vnum intellectũ, 3 ꝙ†sponsalia præcedentia faciunt desinere rem esse integram. 4 In glo.super†verbo.habeat.in princi. de iure ciuili. Ergo iusta ætas ad matrimonium contrahendum consideratur ex annorum numero,vt l.minorem.j de ri.nup. & Insti. qui.mo.tu.fi. circa princi.De iure autem canonico secus est,quoniam iusta ętas non consideratur ex numero annorum, sed ex habitudine corporis & potentia coeundi,vt in c.puberes.c. de illis.& c. fi.extra,de despon. impub. Ex quibus patet approbatam opi. Azo.contra Io.positam in d l.minorem , & Institu. de nup.in prin.Et prædicto modo dicitur ætas iusta , quo ad celebrationem matrimonii.Qualiter autem dicatur iusta in alia materia dic,vt in l.cum filio.de leg.iij In glo. super ver.& diuortiũ. ibi,nec repudium.proprie cadit.Et verum dicit de iure ciuili, 5 quia†matrimonium de facto & nulliter cõtractum, non operatur inductionem sponsalium.j.de sponsa.l. quæsitum.vbi vidisti casum.de iure canonico,secus est, quoniam illud matrimonium nulliter contractum operatur saltem celebrationẽ sponsalium.Ita terminat glo.in c.a nobis,& c. duo pueri.extra de despon.imp.cuius opi.est hodie approbata,in eo. ti c.i.lib. 6 vj.In glo.super ver.affinitas.in prin Per†sponsalia ergo inducitur inter consanguineos sponsi & sponsę principium affinitatis,non autem affinitas proprie,sed improprie sic.Et ex hoc arguit Bar.hic ad q.statuti, de qua hic per eum . Tu autem pro dicto huius glo.allega tex j de ritu nupt.l.si qua §.i.j.de gradibus l.Seruius,& l.Labeo.vbi casus, ꝙ improprie per sponsalia affinitas inducitur,vnde statuta loquentia de affinibus,non vẽdicabunt sibi locum in talibus. In ead ibi , sed tamen impro7 prie.Ergo inter virum†& vxorem dicitur affinitas,vt probatur hic,& in l.possessum.C.cõmu.vtriusq.iud. Similiter improprie cadit propinquitas , quoniam proprie non dicantur esse propinqui,vt probatur.C.vnde vir & vxor.l.i.Similiter improprie non autem proprie dicantur esse cõiuncti,vt in l. manifestissi8 mi.§.sed cum in secunda.C.de furt Vnde†infertur ad q. ꝙ statutum volens inter affines compromissum de emergentibus litibus fieri , non includit maritum & uxorem . Et ita tenuit Bal.C.vnde vir & vx.l.i.Sed tamen contrarium tenet. C.commu.de succes. l. affinitatis . & quia plene dixi in d.l. j. ideo hic 9 non repeto . In glo.fina in princi.† An istud verbum.potest,sit extensiuum in futurum dic,quòd aut profertur absolute non determinatiue ad aliquam causam vel personam , & tunc in futurum extenditur,& tunc intelligi potest.i.quandiu possibile est . Ita probatur in d.l.si ita quis.de leg. ii. & in l. j. de iniusto testa. Aliquando refertur relatiue ad aliquam causam,vel personam, ex qua dependet potentia , & tunc loquitur hic,ꝙ non habeat tractum in futurum, sed intelligitur rebus sic stantibus , & in eodem esse manentibus,vt in ista gl. Qualiter au10 tem intelligatur istud†verbum, si non poterit, vel non potest, an illud iudicetur secundum tractum de futuro possibile , an vero secundum tempus præsens, vtputa si statutum diceret,si non poterit pecuniam soluere,amputetur manus , an intelligatur , si non poterit etiam considerato futuro tempore , an vero si non poterit etiam considerato tempore , vt ex nunc? Barto.dubitans non decidit in l. suus quoque §. sed si filio.ff. de hær. insti. Bal. autem decidit & varie tam hic , q̃ in l. quicunque. C.de ser.fugit.& in d §.sed si filio Et quia non est ma11 teria propria,dicetur alibi.In ead.glo.ibi rebus sic†se habentibus,summe no. Bar. istam glo. quam quotidie allegamus, ꝙ verba contractus debent in dubio intelligi,sic se habẽtibus rebus , & noua causa non superueniente. Similiter & uerba renunciationis secundum eundem hic,& in l. qui Romę §.duo fratres.infra de verbo.obliga.& in l.fi §. idem quæsiui.infra de condic.indeb.Et ad hoc solet ipse tantum allegare istam in glo. Tu vero allega tex. extra ,de renuncia. cap cum P. Gualfredi. Item adde, quòd similiter debent intelligi verba testatoris, vt no.idem Bar.infra de hære.instit.l.quoties.§.si duo. per tex. in l. Paulo. §. Pompo.de leg. iii Adde tex meliorem , scilicet l.Meuia.§.fi.infra de annu.lega.& l.3.in fi.infra de adi. leg. Itẽ similiter debent intelligi verba iuramenti,vt 22.q.2.c.ne quis, & est plena glo.extra,de iureiur.c quemadmodum. Itẽ similiter verba priuilegii,quoniam noua causa post illud concessũ, superueniens illud aufert.extra , de deci. c. suggestum.vbi est no. casus,& facit de acq.hære.l. si seruum quis.in §.i.& ij.cũ se-

quentibus.xi.q.iii priuilegium Item similiter intelligi debent verba societatis.ʒ.pro socio.l.si conuenerit.cum l.seq. Item similiter verba mandati & dationis tutelæ testamẽtariæ. Et primum probatur.ʒ.de solu.l.si cum Cornelius,& l. cum quis.in prin.Secundum.ʒ.de confir.tuto.l.vtilitatem,& l.in confirmã do.Et ad id quod.s.dixi,ita debere intelligi in cõtractibus.Adde l.quæro.§.inter locatorem.ʒ.loca.Item ad id, quod dixi de iuramento,adde tex.extra,de hæreti.c.si.& ad omnia prædicta est tex.optimus in l.patronus.alias. l. si libertus non aliuerit.ʒ. de bon.lib.In ea.ibi,donec alter eorum cõtraxerit. Et pro hac opi.facit tex.in d. l. si sponsalibus.infra de sponsa. Bar. autem

11 †dicit & rectius sufficere,quo ad dotis repetitionem sponsalia esse dissoluta, nec requiri, ꝙ alter eorum post dissolutionem alias ꝓtrahat nuptias.Cuius opi.probat.ʒ.de iure dot. l. si ego. in prin.& l.dotis fructus.§.si in ead.ibi, quia non erat res integra.De hoc cõtrario & eius materia dic. vt plenè dixi in l.si pecuniam.in prin.s. eod.Vltimo inducitur iste tex.subtiliter hic per Cy.in additionibus, ꝙ si vniuersitas constitutionem iuratam fecerit,non liceat eandem constitutionem reuocare, nisi perita per prius absolutione a iuramento, alias in periurium incidat,sicut & hic,licet possit dos data pro futuro matrimonio,si sponsalia præcedentia fuerunt,pœnitentia reuocari,non tamen ante licet,q̃ sponsaliorum contractorum pœnitere. Ista q.an possit statutum iuratum tolli ipso iure absque metu periurij,altam requirit indaginem,& quia non est propria materia,sufficiat remissio. Ponit plenè Io. And.extra,de præben.c. dilecto.& in c.j.de his,quæ fi.a ma.par.cap. & in addi.Spec.de iureiur.§.j.d.Ant.extra de sponsalio.c. præterea.plenè inter legistas solum ponit Bal.in l.omnes populi.de iusti. & iure.& in proœmio feudorum, allegans super hoc dicta Pau. de Eliaza. de regul.cle.j.

LEX IX.

SI donaturus. Intendens mulieri donare iussu eius futuro marito dotem soluẽs, etiam non secuto matrimonio,non repetit, sed mulieri tantum competit actio,nisi aliud expresse actum fuerit. h. d. Et dr̃ tunc habere intentionem donandi,si eueniat casus matrimonii nõ secuti,qñ hoc expressissime actum est, aut probatum.vt l.si extraneus. ver. nisi euidentissimis.s.eo.ʒ.de iure do. l.licet.§.quoties.In dubio enim donare nõ intelligitur,vt probatur.ʒ.de iure dot.l.si ego.& l.promittendo. Matrimonio vero secuto,intelligitur semper donasse, nisi actum sit expresse contrarium.C.de rei vxor.actio.l.vnica. §.accedit. In glo.ibi,l. ij.§ si debitorem.& adde meliorem.§.quoties, & l.tutor.§.j.ʒ. ad Velleia.

SVMMARIVM.

1. *Exceptio obstans deleganti,non obstat ei,cui facta est delegatio,ex titulo oneroso.*
2. *Exceptio obstans cedenti an obstet cessionario.*
3. *Maritus non cogitur habere indotatam uxorem,nec etiam illam alere, quando dos sibi fuit promissa.*
4. *Exceptio,dolo facis,quod obstat ei,qui restituturus est alij, dumtamen in eodẽ veniat restituenda conuento.*
   Et item obstat ei,qui restituturus est ex interuallo propter dilationem inductã a lege,secus si inducta sit ab homine.Et limita vt ibi.nu.5.
6. *Iure suo vtens nemini iniuriam,vel dolum facit.*
7. *Lucrum dotis proueniens marito,aut ex pacto,aut beneficio statuti,dicitur prouenire ex titulo oneroso.*
   Dotis titulus ex parte viri est onerosus,ex parte mulieris lucratiuus.
8. *Lucrum dotis proueniens marito ex pacto soluto matrimonio,habet etiam locum in dote promissa.*
   Et ibi quid in lucro statuti.
9. *Mutatio qualitatis,quando arguat mutationem tituli.*

§ Si quis indebitam. Exceptio,quæ obstat deleganti,nõ obstat ei,cui est facta delegatio ex causa onerosa, nisi quatenus ad delegan

1 tem sit peruenturum.hoc dicit.†Nota,ꝙ exceptio obstans deleganti,non obstat ei,cui est facta delegatio ex titulo oneroso. Ad idem.ʒ.de doli except.l.Iulianus.ʒ.de dona.l. si quis delegauerit.secus si facta sit ex titulo lucratiuo, vt in l.ij. §. cum vero. ʒ.de dona.& plene no.in l.apud Celsum.§.si quis authoris.ʒ.de doli exceptio.Vnde inducitur hoc ad aliam quęstionem,scili-

2 cet an†exceptio obstans cedenti obstet cessionario?& quia nõ est materia nostra sufficiat remissio,tractat plene Dy.in c.si qs in ius.de regu. iur.li.vj.Bar.ʒ.de nouatio.l.doli.;& in l.apud Celsum.§.sed cum legitima.præallegata.Bal.hic, & C. de procura.l.qui stipendia.C.manda.l.per diuersas,;& in l. si cum emptor.s. de pact. & s. de procura. l. si quis in rem,& in l.si cum dotem,infra sol.matrimo.plenissime disputauit hunc passum in disputatione sua, quæ incipit, Statuto cauetur, ꝙ fenerator. Ponit Specu.in titu. de procur.& de cessio.actio.& habes

3 notabilem & singularem casum, de iureiuran.c.j.lib.vj.†No. secundo, maritum non posse cogi indotatam vxorem habere,& si non dat,non est a marito alenda, imo de domo expelli potest. Et solet Bal in l.de diuisione.infra solu. matrimo.& in d.l si cum dotem §.sinautem.eod. titu. allegare gl. singu.in Authen.de non eligen.sec.nuben.§ fi. in verbo,onera.quæ parum facit. Vnde allego tibi casum singu.l.si.vbi hoc est expressum,& hoc vbi dos promissa est quoniam tunc est uxor alenda secundum dotis quantitatem,vt in d §.sinautem,& in l.cũ vnus.§.alimentis.infra de alimen.& cibar.lega. vbi autem dos non esset promissa,tunc imputet sibi vir, quoniã tenetur vxorem alere,nec eam potest expellere.vt no.glo. in dicto.§.sinautem, & Innocen.extra,de don.inter vir.& vxo.c.per vestras,&

4 Specu.in titu.qui filij sint legiti. Quarto no.ex si. versi.†quod exceptio,dolo facis petere.de qua in l.dolo. ʒ. de doli exceptio. & in regula iuris.dolo facis. obstat ei, qui restituturus est alij, dumtamen in effectu eadem veniant restituenda conuento, alias secus,vt in l.si socer.§.Lucius. vbi plene de hoc per Bar.ʒ.

5 solu.matrimo.†Vltimo no.singul.quod licet exceptio,dolo facis.non obstat ei,qui restituturus est rem ex interuallo,propter dilationem inductam ab homine,vt in l. si.§. j. vt lega. nomi. cauea. nihilominus obstat ei, qui restituturus est ex interuallo propter dilationem inductam a lege miserationis causa,vt est hic in dote,in qua restituenda marito conceditur dilatio a lege causa pietatis,vt in l.vnica §.exactio.C.de rei vxor.actio.Qđ vltimum ego limito, nisi restituere debens ex interuallo propter dilationem legis agat ad id,quod restituturus est ex eo, qa spoliatus. Ad hoc allego no.casum.ʒ.rer.amot.l. si mulier.§.rerum.vbi probatur, quòd tunc hæc exceptio non obstat.Item

6 no.& ita communiter allegatur, † nemini dolũ facit aut iniuriam,qui vtitur iure suo, & concord. legistales sunt in glo. Ad idem extra,de elect.c.cum ecclesia Vulterana. In gl.super verbo,non potest.in princi. de materia huius, scilicet an exceptio obstans deleganti,obstet ei,cui est facta delegatio, sufficiant remissiones.s.allegatę. In glo.fi.ibi, nec ex lucratiua causa. Ad

7 tria singu.no. hanc glo.†primo quod portio dotis, quam maritus lucratur ex forma pacti, aut statuti dicitur peruenire ex titulo oneroso,non autem lucratiuo,& hoc ex eo, quia data est hæc portio lucri ob causam,scilicet ab onera matrimonij per maritum supportanda. C.de iure dot.l.pro oneribus,& ʒ.eo.ti. l.dotis fructus. Et facit pro hoc,quia titulus ipse dotis respectu mariti dicitur onerosus, licet respectu mulieris dicatur lucratiuus,vt probatur hæc distinctio in l. ex promissione. de actio. & obliga.iuncta glo.l. Meuia.ad fi.ʒ. solu.matrimo. & melior tex.iuris est in l.fi.§. a socero. ʒ. de his, quæ in frau. cre. Et licet contra hanc glo. decisionem videatur facere tex. in l.ab hostibus.in fi.ʒ.sol.matrimo.in verbo,lucrifaciat.;& in §. exactis.de rei vxo.actio.in verbo,lucrum.nihilominus solue, quod lucrũ dicitur impropriè per prædicta,vel lucrum habitum ex onero

8 so tamen titulo.Secundo specialiter†nota, ꝙ lucrum dotis ex pacto prouenięns ipsi marito soluto matrimonio,locum habet non solum in dote data,sed in dote promissa, vt hic probatur relata glo.ad tex.vnde est decisio quæstionis, ꝙ lucrum dotis a statuto prouenięns ipsi marito, ex forma statuti, locum habeat etiam dote promissa, cum lucrum dotis ex forma pacti & statuti procedens æquiparetur, vt in c.fi.extra,de dona.inter vir.& vxo.& hoc est tenendũ.quando ipsa vxor fuit in mora in dãdo dotem ex tribus. Primo ne mora debitoris noceat creditori.ʒ.de iuris & facti ignoran.l.iniquissimum. Secundo ne deterioris conditionis sit uxor non morosa, & dotem dãs, q̃ morosa non dans.Iura sunt vulgaria. Tertio,quia hoc videtur expresse probari in Auth. vt exact.instã.do.§.fi. & in Auth. de non elig.secun.nub.§.fi.in glo.magna. Et ita consuluit Bar. etiam si statutum loquatur per verbum dotis datæ, seu percepte in consilio suo,quod incipit, Dum quæritur, an statuto.& Bal.de dot. promis.l. fi. licet cõtrarium idem Bar. tenuerit per

9 prædicta in l.iubemus.§.sane.C.de sacrosan.eccle.†Tertio no. ꝙ mutatio qualitatis. s. de oneribus matrimonij in non onera,quæ sunt extincta per solutionem matrimonii, non arguit mutationem tituli de oneroso in lucratiuum, cum a primordio tituli posterior formetur euentus,vt in dicta l. vnica. C.de impo luc.descrip & benefacit gl.ʒ.de acqui.hær.l.si duo. Cętera dic,vt hic per Bar.qui rectè loquitur,& nihil addo.

SVMMARIVM.

1. *Accepti'atione debiti per mulierem facta,matrimonio non secuto,debita pecunia condicitur.*
2. *Dare,& remittere paria sunt.*

LEX X.

SI mulier. Liberatio facta ex certa causa, q̃ nõ sequitur,non habet effectum, imo pecunia ex præcedẽti obligatione cõdicitur. Et datũ executori siue nudo ministro respectu certæ causæ,condicitur illa non secuta,& similiter donatum causa mortis cõdicitur cum fructibus per recõualescentiã donatoris.Itẽ similiter bonorũ collatio respectu certę cãę facta,illa non

non secuta, condicitur. h. d. vsque ad l. si procuratori. quam in fine legam. Nota primo, quod † acceptilatione debiti per vxorē facta, matrimonio non secuto, debita pecunia cōdicitur, licet tex. in l. licet. in princi. de iure dot. dicat pecuniam non condici, sed acceptilationem nullius esse momenti adeo, quod condicitur liberatio, & in pristinam obligationem repositio. Huius l. contra. Bar. hic diuinando sol. Ideo dic tu soluendo dupliciter, primo quod agi potest vtroque modo, id est vt vel pecunia condicatur, per hunc tex. vel restitutio in pristinam obligationem, hanc autem solu. probo ex mēte Iuriconsul. alternatiue hæc duo remedia concedentis creditori, vt in l. metū. §. ex hoc edicto. ꝰ. quod met. cau. Sed quia ad illum tex. posset responderi volendo tenere sol. Bar. ideo dic aliter ſm Bar. de Sal. c. quod aut pecunia, a qua debenda liberatur quis per acceptilationem, erat solutioni parata incontinenti, & tunc habet locum ista litera, vt pecunia condicatur, quia fingitur per debitorem creditori tradita, & in eundem debitorem postmodum translata. Aut pecunia debita non erat solutioni parata, & tunc loquitur tex. in d. l. licet. ſ. vt condicatur prima obligatio, & ad hanc allegat ipse no. ꝰ. si cert. peta. l. singularia. Ego vero specialiter allego tex. qui non fuit factus pro alio. ꝭ. de iu te dot. l. si sponsalibus. §. j. Secundo no. quod † paria sunt hic remittere & dare. de quo dic, vt plene dixi. ꝭ. de donat. l. Modestinus. Vnde est argumentum, quod sicut in contractu do vt des, & do vt facias, est locus actioni præscriptis verbis, vt in tota l. naturalis. ita in contractu, remitto vt des, quoniam qui remittit dare videtur, vt hic, quod dic, vt l. actione. C. de transactionib.

SVMMARIVM.

1 *Officium nudi executoris nō debet esse lucratiuum, imo restituit quicquid apud eum sine causa est.*
2 *Ambasiatores, an teneantur pecuniam, quæ eis superest finita legatione, restituere.*
3 *Titulus reuocabilis, non causat fructuum acquisitionem.*

LEX XI. & XII.

1 SI heres. Summata est cum præce. No. quod nudi † executoris officium non debet esse lucratiuū, imo restitui debet quicquid apud eum sine causa est. Quinimo & illud restituit, quod minus expendit, quàm datum est. ꝭ. de leg. ij. l. Lucius. §. à te peto. vnde arguunt Doc. hic, & ibi, & in l. creditor. §. cum inter. ꝭ. mandati. & in l. continuus. §. cū 2 ita. ꝭ. de verbo obliga. & in l. eos. de fals. in fi. quod † pecuniæ datæ pro expensis ambasiatoribus, restituendæ sunt, si minus expendant, quàm datum fuerit. Ego soleo contradicere, quia si non restituuntur mortuo ambasiatore in legationis officio, & sic eo ad effectum non deducente legationem, vt noto tex. singu. in l. legatus. §. si quis in munere. ꝭ. de legat. Ergo multo minus debet restitui deducente ad effectum legationis officium, vnde ibi no. casum contra communem opi. Nō obstant iura allegata, quia hic est speciale fauore legationis, vt ibi. Ex l. cū quis. no. & 3 † ita communiter allegatur, quod titulus reuocabilis non causat fructuum acquisitionem.

SVMMARIVM.

1 *Collatio bonorum, non inducit aditionem hæreditatis, nec agnitionem bonorum possessionis.*
2 *Emancipatus de iure Digestorum, an teneatur conferre, antequam veniat ad paternam successionem.*

LEX XIII.

1 SI filius. No. † quod per collationem bonorū non inducitur hæreditatis aditio, seu bo- 2 norum possessionis agnitio. † Secundo no. quod iure isto, antequam emancipatus possit venire ad paternā successionem, per prius tenebatur cōferre, quod plene discussi in materia collationum. In gl. j. in prin. ibi. pure debebatur. Et iō agi non poterat, vt hoc purum debitum repromitteretur, vt vidistis in glo. d. l. si quis accepto. quam ibi tenui. In contrariū tamen me multum mouet ad præsens. l. etiā. infra vt leg. no. ca. vbi est casus, quod id quod pure debetur pro ordinario iure vt legatum, potest peti, vt per cautionem repromittatur. In ead. ibi. l. licet. pro solu. huius, dic, vt dixi in no.

SVMMARIVM.

1 *Condictio ob causam oritur ex pacto, & etiam ex defectu causæ non secutæ.*
2 *Condictio ob causam competit dominio translato, & quid dominio non translato.*
3 *Libellus in condictione ob causam concludere debet ad dandum, & in obligatione rem dari etiam re perempta concludit ad rem, licet executio fiat in æstimatione. nu. 4. Et quid in obligatione rem reddi, & in obligatione rem restitui. nu. 5. & 6.*
7 *Furtum committit vtens re ad alium vsum, quam ad quem dominus dederit, vel prohiberet, si sciret.*
8 *Præsumptio pro iudicis sententia, quando sit.*
9 *Sententia non præsumitur lata de facto.*
10 *Prorogatio, an habeat locum in criminalibus, remissiue.*
11 *Specialitatem allegare, refugium est miserorum.*
12 *Implementum propriæ voluntatis, lucrum est.*
Lucrum solum proueniens occasione implemēti voluntatis, & non alio modo, producit actionem furti.
13 *Mistum imperium competens iudici, vt iudici, indelegabile est, secus si vt priuato, quia est delegabile.*
14 *Pœna mortis num sit pro furto de iure Digestorum.*
15 *Liber homo non potest alteri permittere, seu licitam facere sui torturam.*

LEX XV.

CVm seruus. Res data ob certam causam, causa nō secuta, cōdicitur, & si extare desierit, sed si dñium translatum non sit, actione ad exhibendum agitur. Item actione & 1 condictione furtiua. h. d. † No. ex pacto oriri condictionem ob causam. Item & ex defectu causæ non secutæ. In versi. sed Pro- 2 culus. no. condictionem † ob causam competere eo casu, quo dñium translatum est, licet quidam dicant competere etiam dñio non translato, & probant hoc in ver. sed si tuus. in ver. etiam furti. Notant enim dictionem illam, etiam, quæ est implicatiua. Et idem etiam probant per l. illud. & l. si filiosa. de mor. cau. dona. Prima tñ opin. probatur per §. sic itaque. Insti. de act. & per no. in l. j. C. de dona. quæ sub modo. dicemus ad 3 plenum in l. si procuratori. Nota ibi. dare eum &c. † quod libellus in actione condictionis ob causam debet concludere ad dan- 4 dum, de quo dic, vt dicetur in d. l. si procuratori. No. † ex eodē versi. hic casum, quod in obligatione rem dari, etiā re perempta libellatur ad rem, ad idem l. si seruum. §. effectus. ꝭ. de verb. ob. ꝭ. de consti. pecu. l. promissor. la ij. licet fiat executio in æstimatione, vt ꝭ. de confes. l. iubemus. & l. fi. ꝭ. quæ sen. sine app. resc. 5 in gl. † Idem per eadem iura dicit Bar. hic & plenius in l. stipulationes non diuiduntur. in obligatione rem reddi, ꝯ quod vr mihi casus in d. l. si filiosa. & d. l. illud. iuncto §. nec dubitauerunt. in quibus probatur actori electionem competere, ad quid agat, re perempta, stante tali obligatione. s. an ad rem, an vero ad æstimationem, & optime facit ad hoc ꝭ. depo. l. j. § fina. vbi probatur etiam libellari posse ad æstimationem re perempta in obligatione surgente ex contractu depositi, quæ est rem reddi, 6 de hoc tñ dicetur, quia non est materia propria. Quid † autem in obligatione rem restitui: posuit hic Bar. & plenius in d. l. sti- 7 pulationes. dixi post gl. ꝰ. si cer. peta. l. vinum. † No. ex versi. sed Proculus. quod vtens re cuius dñium nō est translatum ad vsum, quem dñs prohiberet, si sciret, aut ad vsum alienū, quàm dñs vtendam dederit, furtum committit. Ad idem. ꝭ. de fur. l. si pignori. Insti. de obli. quæ ex delic. in §. furtum autem. In gl. j. in prin. Adde. ꝭ. de pe. l. nullum. In ea. ibi, iniuste forte. No. est hæc glo. 8 primo, quod † licet pro snīa iudicis præsumatur, vt in l. Herēnius. §. Caia. ꝭ. de euictio. & in l. Beblius. § Marcellus. ꝭ. de pac dot. extra, de elect. c. bonę. de renunciat. c. in præsentia. de proba. c. quoniam ꝯ falsam. attamen hoc est verum, si sit iudex cōpetens, secus si incompetens. Qm̄ tunc non præsumitur quicquid iuste facere, vt hic, tanquam carens fundamento iurisdictionis Itē 9 & secūdo, si volumus intelligere, † quod sine causæ cognitione ad snīam pfectus processerit. No. est quod pro snīa de facto lata non præsumitur, qm̄ si præsumeretur, non posset seruus iste repeti, quia adimpleta fuisset cā. ob quam datus fuit, seu adimple- 10 ta præsumeretur, quod tamen hic negatur. Tertio no. † ex eadem particula, quod in criminalibus causis, non habet locum prorogatio, quoniam si locum habuisset, non diceretur prefectus vigilum iniuste processisse, tanquam in eum fuisset iurisdictio prorogata per consensum, vel consensisse. ꝰ. de iudic. Hoc tñ dubitabile est, & iō dic, vt plene no. e. ti. & in l. j. C. vbi de cri. agi opor. & in l. j. C. de sicar. & plene per Cy. & per Bal. in l. si qui ex consensu. C. de epis. audi. vbi remittunt ad Spe. & Cano. In ea. ibi. quia hoc non erat publicum, imo furtum & delictum priuatum, vt in l. si ꝭ. de fur. & plene no. ꝭ. de delic. priua. l. fi. in glo. & hanc Azo. opi. sequitur hic Guil. de Cu. alia ratione, quam vide hic per Bar. In glo. fi. ibi. speciale. Hæc non bona, quia diui- 11 nat, & ratio specialitatis non assignatur, vnde refugium † miserorum est, vt dicit gl. C. famil. ercisc. l. filium quem habentem. In ea. ibi, quia suam voluntatem adimpleuit. Ad duo hæc alle- 12 gamus no. † Primū, quod implemētum propriæ voluntatis lucrū est, sicut & eꝯ. vt Insti. de actio. §. pterea. & in l. fi. ꝰ. de vsu & habit. Scdo, quod lucrū solū proueniens occasione implemēti volūtatis, & non alio modo, producit actionem furti, quod est no. Possumus etiam aliter soluere, quod hic furtum ideo per Titium commissum est, quia vsus est seruo alio modo, quàm dominus cōcesserit, vnde in furtū incidit, vt hic, in fi. Item & ꝰ. dixi in no. Vltimo extra gl. allegamus l. istam, quòd merum imperium & mistum, scilicet vitę, necis, & tormentorum, quod dominus olim habebat in seruum, licet non hodie, vt in l. ij. ꝰ de his qui sunt sui vel alie. iuris. & Insti. eod. titu. circa princi. C. de emen. seruo. l. j. & ī l. fi. C. de pat. pote. poterat alij delegari. Vnde no. 13 singu. l. istam, † quod licet merum imperium competens iudici, vt iudici, sit indelegabile de iure ciuili, vt l. imperium, cū simi. ꝰ. de iurisd. omn. iud. nihilominus competens ut priuatæ personæ delegabile est. Casus est hic ex eo, quia quæstio tormēto rum

rũ meri imperij est, vt l.defensores.C. de defen. ciui. Et ad idẽ propositum soleo allegare casum.C.de adulte.l.Gracchus. Itẽ

14 & secundo videtur no. ꝙ hic sit casus & sing. no.† ꝑ licet de iure ciuili, non possit quis pro furto, nisi sit famosus latro mori, vt in auth. sed nouo iure.C.de seruis fug. iuncta. l.capitalium. §.famosos.ĵ. de pę. non obst.§. si quis quinq; solidos.in c.j.de pa.tenen.cui hodie derogatum est per consuetudinem: nihilominus de iure ciuili Digestorum. pęna furti sit mors, vt hic videtur casus. Nisi diceremus, ꝙ aut hic de facto processit prę. fectus vigilum, ꝙ tamen in textu non apparet: vel ꝙ imponi possit pœna mortis respectu vilitatis ꝑsonæ, quia seruus erat.

15 Postremo† in quantum Bat. hic dicit, ꝙ nõ potest liber homo alteri permittere, seu licitam facere suimet torturam, adde ꝙ bene dicit, & idem tenuit.ĵ.de furt.l.interdum. §.qui furem.licet contrarium ibi glo.tenuerit, & male, vt ibi notatur. Et ad hoc bene facit, quod tractatur per eundem Barto. & Bal. in l. alia.§.eleganter.ĵ. solu. matri.& l.Titio centum.ĵ.de condi.& demonstra.

S V M M A R I V M.

1 *Pecunia vbi ex parte vnius venit, ex alia datio speciei contractus emptionis non contrahitur, sed innominatus.*

2 *Dare idem est, ꝙ rem accipientis facere.*

3 *Contractu innominato propter interitum speciei non semper contingit liberatio debitoris, licet in contractu nominato emptionis per consensum perfecto sic.*

4 *Contractu nominato emptionis, licet re aliena tradita. non possit agi ad repetitionem pecuniæ, nisi secuta euictione, tamen in contractibus innominatis sic.*

5 *Contractu do vt des, substantiale est, vt cautio præstetur licet in alijs secus.*

6 *Contractibus innominatis, cautione non prestita competit dati repetitio, licet in contractu emptionis non.*

7 *Emptio vt consistat precium debet dari in quantitate. & non in specie Et quid si ex parte venditoris debetur genus, an resultet contractus emptionis, vel innominatus nu.8.*

9 *Venditor, ꝙ teneatur pręcise ad tradendum, si rem habet. Et an de natura emptionis & venditionis veniat dominij translatio.nu.seq.*

11 *Periculum rei venditæ an spectet ad venditorem.vel emptorem.*

12 *Pactum de accipiendo Stichum si interueniat, an resultet venditio, vel contractus innominatus.*

13 *Cautio vbi venit in contractu innominato præstanda, an veniat præstanda cũ fideiussore, licet in contractu nominato sufficiat nuda cautio.*

14 *Permutatio.an veniat appellatione emptionis.*

15 *Condictio ob causam an habeat locum in contractibus nominatis, & vide numero 23.*

16 *Condictio ob causam cur detur in donationis contractu.*

17 *Donatio an sit contractus nominatus.vel innominatus.*

18 *Contractus nominati, an solum sint illi.qui consensu solo contrahuntur.*

19 *Condictio ob causam, an semper oriatur ex contractu facio, vt des, vel facio, vt facias, remissiue.*

20 *Obligatione rem dari, re data.quæ a creditore auocari potest, an inducatur debitoris liberatio.vel agi possit actione primæua.*

21 *Cautionis præstatio, quæ non venit de natura contractus, non tollit remedia, quæ ex ipso contractu proficiscuntur.*

22 *Clausula dedit.vendidit.& tradidit, quem effectum habeat.*

24 *Pœnitentia an habeat locum in contractibus mistis, participantibus de contractibus nominatis, & innominatis.*

L E X X V I.

DEdi tibi. Cum quis speciem dare tenetur recepta pecunia, nõ resultat emptionis contractus, sed innominatus, & ideo condictione ob causam agitur.h. d. Vel sic ſm But.verba in contrahendo contra naturam ɔ̃tus apposita, illum in aliam

1 speciem transmutant.h.d.† No. ꝙ vbi ex vna parte venit pecunia, ex alia datio speciei, non contrahitur cõtractus emptionis,

2 sed innominatus. Secundo no. † ꝙ dare idem est, ꝙ rem accipientis facere. Ad idem Insti.de actio.§.sic itaque. ĵ. de verbo. obli.l.vbi autem non apparet.in fi. Nisi eius verbi cõtingat impropriatio propter subiectam materiam, de quo dic, vt plene

3 no.gl.ĵ.de reg.iur.l.non iure data. Tertio no † ꝙ in cõtractu innominato propter interitum speciei debitæ, non semper contingit liberatio debitoris, licet in ɔ̃tu nominato emptionis ꝑ consensum perfecto, sic, cum tunc non ad venditorem, sed ad emptorem spectet periculum.ĵ de peric. & commo.rei vend.

4 l necessario. Insti.de ɔ̃h.emp §.cum autem. † Quarto no. ꝙ in contractu nominato emptionis, tradita re aliena, non posset agi ad repetitionem pecuniæ, nisi prius sequatur euictio, vt ĵ. de euict.l.habere licere.C.eo.l.qui rem. tamen in cõtractibus innominatis secus est, vbi de natura eorum venit dominij trãslatio Eo enim tunc non translatio competit, sed pecuniæ re-

5 petitio, vt hic. Vltimo no. ꝙ † in contractu innominato, do vt des, est de substantia præstatio cautionis, etiam si dictum non fuerit, licet in alijs contractibus innominatis secus, vt s̄.eod.l. iij.in princ. No. ꝙ non solum vbi de dominio dãtis dubitatur, sed etiam, vbi certum est dantem esse dominum, de natura cõ

6 tractus est cautio de euictione. No. † ꝙ in contractibus innominatis cautione non prestita, competit dati repetitio, licet in ɔ̃tu nominato emptionis nõ. sed agatur, vt cautio præstetur, vt in l.ij.ĵ.de euict.& l inciuile. C. de rei vendic. cum ibi no. in

7 glo.ij.ibi, sol. Hic fuit data in specie. Ad esse † ergo emptionis requiritur datio precij in quantitate, adeo, ꝙ si in specie, emptio non resultat ſm glo.hic, & l.hæc venditio. §. huiusmodi. ĵ.de contrahen.emp. Quæ probatur a simili eius, ꝙ de locatione dicimus, cum qua magnam similitudinem emptionis contractus habet, vt l.ij.ĵ.loca.& Insti.eod.titu.§. adeo. in ea enim locatione necesse est mercedem, quę datur in quantitate consistere, non autem sufficit in specie consistere, vt ĵ.de præscrip. ver.l.naturalis.§.at cum do.ĵ.depo.l.j.§. si quis seruum. versi. ꝙ si ope. In ea. ibi, quia appositum fuit pactum de dando. Vbi ex parte debentis debet species dari. ex conuentione nõ resultat

8 contractus emptionis ſm gl.hic. Fallit autem hoc, † nisi ex parte venditoris deberetur genus, quoniam tunc & licet conuentum sit dari, non resultat innominatus contractus, sed ɔ̃tus emptionis. Quia in generis venditione necessaria est dominij translatio, dicente maxime Bat. s̄. si cer. pe.l.ij. per l. domus §. de euict.de leg.j.& ita tenet hic Fran. de Rampo. repetens hãc l. ꝙ ego verum non puto, qm̃ Bar. loquitur vbi celebratus est per verba venditioni cõuenientia, vtpura vendo, emo &c. vbi autem celebratus esset per verba dubia inferẽtia ad venditionem, tanq̃ ad contractum innominatum, vtputa do tibi.x. vt des mihi hominem, tali casu puto etiam resultare contractũ innominatum. Quoniam nomen contractus dubium, in dubio iudicamus innominatum, vt ĵ.de æsti.ac.l.j. & probatur.ĵ. de pręscr.ver.l.si gratuitam.in prin. iuncta glo. In ea. ibi, ꝙ venditor facere non tenetur. Duplex est dubitatio, quarum vnam

9 determinat hic glo. † prima, vtrum venditor possit cogi ad tradendum. secunda, vtrum de natura contractus emptionis sit dominij translatio. Et circa primam satis ruminatam in l.j.de act.emp.& Insti.de emp.& vẽdi. §.precium.C.de act.emp.l.si traditio. communis est conclusio, quam probat Bar.in l.stipulationes non diuiduntur.ĵ.de verb.obli.& Bal.in l.j.C.de sent. quę pro eo, ꝙ cogatur venditor tradere, si rem habet, alias succedit obligatio ad interesse, vt probatur in d. §. precium. iũcta d.l.j.& l.ex empto.§ idem ait.eo.tit.& l. qui tibi. C. de hæred. vel act.vend.quam ego approbo. Primo per casum in c.cum Ioannes.extra, de fide instr. Secundo, quia cessio in incorporalibus habet vim traditionis, vt l.fi.cum gl.C.quã.fiscus vel priua. Sed casum habeo, ꝙ venditor actionis, & sic iuris incorporalis, compellitur illam cedere, vt est casus.ĵ.de hære.vel actio. vend.l.venditor actionis, ergo sequitur, ꝙ compellatur quasi tradere Si ergo necessaria est traditio in incorporalibus, sequitur ꝙ idem sit in corporalibus, cum ratio diuersitatis dari nõ

10 possit. Tertio ad idem est casus in eo.titu.l.qui filij. §.j. † Circa secundum breuiter concludo, ꝙ translatio dominij nõ est de natura obligationis ex parte venditoris in contractu emptionis. Et hoc probatur.ĵ.de contrah.emp.l. rem alienam, & l. si ita distrahatur §.j. Sed bene est de natura eiusdem, ꝙ res ipsa, quæ traditur, tradatur animo dominium transferendi, si tradens est dñs, si autem est dñs animo transferendi vsucapiendi condictionem, hic est casus.ĵ.de contrahen.emp.l.clauibus. de act emp.l.ex empto. circa prin.in ver.quę naturaliter &c.& in l.cũ manu sata.§.nemo.de ɔ̃h. emp. Fallit hæc doctrina in duobus casibus, vno affirmatiue, alio vero negatiue. s.nisi ex parte venditoris veniat venditio generis. Quoniã tunc de nã ipsius obligationis est dominij translatio, vt s̄.dixi. Fallit s̄cdo & negatiue, nisi vẽdatur species, qm̃ non est necesse tunc, ꝙ illius ad actum deductę dñium transferatur, imo succedit obligatio in æstimatione. Et ad hoc no.sing. casum, quem non puto per aliquem notari.ĵ.de act.emp.l.si iactum retis.in ij.rñso. Potest etiam hoc tertio fallere in casu l.quod sæpe. in §.si res. ĵ.de contrahen.empt.& d.§.cum autem. Insti.de emp.& vendi. In quibus probatur, ꝙ licet re apud venditorem stante, si postmodũ stare desinat, succedit obligatio ad interesse respectu ipsius rei peremptę, nihilominus ea non extante, sed viuẽte penes alium, non succedit obligatio ad interesse, sed necessitate viua in obligatione est actionis cessio. Et istis verbis vtor in hac materia, licet Bal. hic dicat dominij translationem nõ esse in obligatione, sed in eiusdem executione, quemadmodũ in obligatione rem dari, eadem perempta, non est in obligatione æstimatio, sed in executione tantum, vt s̄.l.proxima.& l. si seruum.in fi.de ver.oblig. In gl.super verbo, possunt.ibi, solutio hic intercessit. Iunge primam cum secunda & erit bona

11 solu. Ita hic communiter Doct. † In glo.super verbo, dare.in princi. in hoc scilicet an in venditione speciei periculum ad emptorem, vel venditorem, dic quòd aut est venditio pura, aut conditionalis. Primo casu, aut est cõtractus consensu perfectus, non autem rei traditione, & tunc periculum pertinet ad emptorem, vt d.§.cum autem, & in d.l. necessario. Aut est contractus perfectus traditione vera, vel quasi, & tunc sit ad

eundem

eundem, vt in iisdem probatur. Inducitur autem ista quasi traditio per signationē factam in re empta, vt j. de peric. & com. rei vend. l. quod si neque. §. fi. vbi est casus no. Fallit solum hoc in venditione rei, quæ requirit degustationem, qm̄ tunc signatio in illa traditionem non inducit, vt l. j. §. si dolium. eo. titu. An non est adhuc consensu seu traditione perfectus, & tunc ad quem pertineat periculum? dic, vt de cōtrah. emp. l. dom͂u. hæc autem procedunt in venditionibus rerum non requirentium mensuram, aut degustationem. In ijs autem dicendum est, ꝙ aut res ipsę venduntur ad corpus, & tunc contractu consensu perfecto, periculum pertinet ad emptorem. Casus est C. de peric. & com. rei vend. l. ij. Fallit duobus casibus. Primus vbi actum est, ꝙ ad venditorem pertineat, vt in d. l. j. de pericu. & commo. Secundus quando vēditor est in mora, vt in eo. tit. l. si quis vina. Fallit tertio, qn̄ venditor de malitia vini emptorem non certiorauit. Item & quarto, vbi asseruit bonum, cum esset malum. Et ambo ista probantur eod. tit. l. si quis vina. in prin. & §. j. Secūdo casu qn̄ ad mensuram, seu degustationem vendidit. dicendum, ꝙ ante mensuram, seu degustationem factam periculum est venditoris, qn̄ non censetur adhuc ꝯtus desectus in totum, vt probatur de contrah. emp. l. quod sæpe. §. in his. & l. j. de pericu. & com. Fallit duobus casibus. Primus vbi emptor est in mora, vt d. l. si per emptorem. Secundus vbi contrarium actum est, vt in d. l. j. & hoc de primo casu principali. In secundo, s. venditione conditionali existente, dic periculum interitus pendente conditione eadē postmodum purificata spectare ad vēditorem, periculum vero deteriorationis spectare ad emptorem, vt est casus in d. l. necessario. §. si pendēte. & l. pen. C. eo. tit. Et ꝓ ratione diuersitatis vide Bal. in rub. C. de peric. & com. rei vend. In glo. super verbo, procliuior. ibi, quia pactum de dando Sticho.

...l. imperatores. de in diem addict. cum simi. Tertio. videtur casus in ea.l.in §. pe.& fi. Quarto facit generalis regula, quę est, vt omnis condictio competat & degeneret contra furem, ...fi. vsusf.u.quemadmo.caue.& d.§. sic itaque. Institu.de ...Nec ob.prędictę distinctioni tex.in d.l.si legatarius.quoniā ...ad quod soluēdum inductus erat quis ꝑ fallaciā, vt puta legatum sine detractione Falcidiæ, non erat omni iure indebitum, quia saltem naturaliter ita integrū debebatur, vt no.glo. in l. ... titu.2.& in l.cum quis.C.de iur.& fac.igno. Nos autem loquimur quando omnino est indebitum. Et ex his remanet 41 † ꝙ condictio indebiti specialis concurrit cum condictione furtiua, licet contrarium. s̄. firmauit Doct. Benedictus.& male per prædicta. Est & secundum principale, † quando soluit 43 procuratori falso in rem suam scienter indebitum recipienti, & an tunc committatur furtum. glo. hic secunda.& in d.l.falsus. C.de furtis. videtur innuere, ꝙ non, ex eo quia dicunt dominiū in eum transferri, ergo sequitur furtum non committi, vt in d.l.falsus.§.j.in fi. Male tamen videtur dicere, quia procurator in rem suam, dicitur creditor vtiliter. hic est tex. s̄. de procura. l.procurator. in rem. Sed creditor directo falsus scienter indebitum recipiens, committit furtum, vt d.l.quoniam. igitur per identitatem rationis creditor vtiliter. Præterea ipse procurator in rem suam est successor vtiliter in iure directi creditoris, ergo sequitur, quod quemamodum dicēs se esse creditoris hæredē ex successione post mortem & falso, furtum committit recipiendo. quod debetur, & multo magis si recipiat indebitū, vt in d.l.si vendidero.§.falsus.in versi.æqui dicendum. ita a paritate rationis committat furtum, dicens se esse successorem particularem ex successione ī vita. Ex quibus sequitur in eum dominium non transferri, quod idem firmat hic Bart.de Sali. licet non per istas rationes. Est & vltimum † membrum, quā- 47 do soluitur procuratori simplici falso, an iste furtum committat? & breuiter aut est falsus ex eo, quia simulat se procuratorem, cum non sit, & tunc committitur furtum. Casus est in d. l.si vendidero.in §.falsus. quē intellige secundum distinctionē. d.l.falsus.§.j.eo.titu. Aut est falsus procurator ex eo, quia bona fide credidit falso procuratori sibi producto, vel olim ꝓcurator fuit, sed reuocatus est.& hoc ignorat, & tunc non committitur furtum, quia abest dolus, nisi quando debitor dat pecuniā nomine creditoris, in quem intendit dominium transferre, ipse recipiat animo sibi lucrandi. Quoniam tunc furtum cōmittit. Casus est in d.l. cum quis.§.j. de solu. vel nisi consumat in vsus proprios, & malę fidei, quia tunc similiter committitur furtum. argu.d. l. si tibi dederim. & l. si is cui.C. de furt. Tunc enim animus intrinsecus furandi colligitur ex actu posteriori, scilicet consumatione mala fide facta. ar.in l.Iul.§.sed proinde. j.ad Mace. secus si bona fide consumetur, quia tunc iusta causa excusat a furto, vt in d.l.j.de abig.& l.plagii.C.ad l.Fauiā.de plag.& ex prædictis. Vltra omnes sic declaro istam materiam. 49 Vnum solum dubium circa hoc restat †.s.an ex solutione facta simplici procuratori falso, vel in rem suam, videatur soluēs in eos trāsferre dominium? & omissis antiquorum opi. breuiter dicendum, quod non. Et quod hoc sit in simplici procuratore mala fide recipiente, & probatur in l.cū quis.§.j.j̄.de sol. & in l.3.§.fi.j̄.de dona.inter vi.& vxo. & in l.si vendidero.§.falsus.j̄.de fur. In quibus expressum est simplicem falsum procuratorem mala fide recipientem furtum committere, ergo sequitur, ꝙ dominium non fuit translatum. Quoniam tunc furtum non fuisset commissum, vt d.l.falsus.§.j. in fi. Præterea in translatione dominij requiritur concurrentia voluntatis vtriusq; in eadem persona, hoc probatur in d.l.si quis vxori.§.cū Titio.in d.§.si tu Titium. Sed hic circa eandem personam, in qua intenditur dominium transferri, non concurrit vtriusque voluntas, ergo &c. Quod non cōcurrat patet, quia is qui dat intendit procuratori dare, vt per ipsum dño quæratur, non aūt sibi dominium, vt d.l.si ego.de neg.gest.& in d.l. qui mihi donatum. hic autē q recipit non intendit domino acquirere, sed sibi. Tertio probatur, quia ad eiusdem translationem hoc requiritur, s. voluntas vtriusq; circa identitatem causæ, vt probat s̄.si cer.pet.l.si ego pecuniam. sed hic amborum voluntas in eodem non concurrit, ergo &c. Quod aūt non concurrat, patet, q̄a debitor intēdit dare vt a dño liberetur, de sol.l.vero procuratori. recipiens vero intendit recipere, vt sibi acquirat, ergo &c. Idem probatur, quoniam ille, qui intendit dominium trāsferre, nunquam intelligitur ab eo illud abdicere, nisi translatum fuerit in illum, in quem transferre intendit. Ad hoc s̄.ex quib.cau.maio.l.neque vtilem.j̄.de acquiren.posses. l.si me in vacuam. sed in dominium nunquam per falsum procuratorem fuit translatum dominiū, quia non intendebat illi acquirere, sed sibi, vt d.l.qui mihi donatum. vbi in glo. igitur sequitur, ꝙ dans ad plenum, dominus remansit, recipientes autem dominus effectus non fuit, & hoc in falso procuratore simplici. Quid autem in falso procuratore in rem suam, non intelligatur dominiū fuisse translatum, sequitur hic Bal. cuius opi. cōfirmo duabus rationibus. Prima, quia talis recipiendo facit furtum, si sciens falsum esse mala fide recipiat, vt supra plene probaui, igitur dominium non censetur translatum, vt in dicto §.j.in fine. Secunda, quia qui alteri dat intendens dominium transferre, intelligitur dare sub tacita conditione, si recipiens ille sit, qui ab eo creditur, argu. præsumptionis resultantis a lege, cum de indebito. j̄.de probatio. ergo si procurator in rem suam, qui verus creditur, manifestetur falsus, non intelligitur translatum dominium, ex quo deficit conditio tacita. j̄.de iure dot.l.stipulationem.cum similibus. Vltimo in 45 quantum Bal.† hic dicit, quòd condictio ob causam ad natiuitatem sui requiritur, quòd habeat dependentiam causæ, quæ non possit de præsenti vrificari, id est statim, quod quid datur, sed cum aliquo tractu in futurum. argumen. l.cum ad præsens.s̄.si certum peta. Adde quod hæc opin. est falsa. Primo, quia contra generalitatem.l.damus.ad fi. j̄.titu.ij. Secundo, quia contra casum.C.de condic. ob causam.l.si repetendi. cum sequen. vbi est casus recte intuenti, & hæc sufficiant de materia huius legis.

De condictione ob turpem, vel iniustam causam. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Implementum causæ honestæ repetitionem excludit.& nu.6*
2 *Implementum causæ turpis ex parte recipientis tantum, non impedit dari repetitionem.*
3 *Iudici pecuniam dare non licet, vt etiam iuste iudicet.& vide nu.7.*
Idem in teste, vt testimonium secundum veritatem ferat, imo punitur pœna falsi. Et item qui dat pecuniam iudici, vt secundum iustitiam sententiam ferat, perdit causam.& vide nu.4.& 7.
5 *Datum iudici ob causam turpem ex parte vtriusque non potest repeti.*
8 *Præstans cautionem iudici pro se iudicanti, an dicatur eundem corrumpere, ita vt litem perdat.*
9 *Persuadens iudici verbis blandis, vt sententiam pro se ferat, non perdit causam. sed pœna centum aureorum punitur.*
10 *Pignora ob turpem causam data, an repeti possint actione pignoratitia.*
11 *Promissio continens causam turpem, an pariat obligationem inefficacem, vel nullam.*
12 *Pignus quando possit accedere obligationi inefficaci ad agendum, licet fideiussor accedere possit.*
13 *Res indiuidua ob causam turpem partim, & partim honestam data ob defectū causæ honestæ, an illa in totum repetitur? & tenet quod sic.*
Duo vbi sunt, quorū vnum nocet, & alterum prodest, inspicitur quod prodest. & nu.17.
Incapax propter communionem respectu capacis, capit.
14 *Indiuidui ratione beneficium competit illi, cui alias non competeret.*
Persona habilis in indiuiduis, trahit ad se inhabilem.
15 *Opinio in dubio accipitur illa, quæ nocet fisco.*
16 *Prohibitum ratione difficilis separationis, trahit ad se permissum.*
18 *Promissum meretrici prætextu libidinis, peti non potest, licet solutum non repetatur.*
19 *Datum mulieri, vt non sit meretrix, an possit repeti.*
20 *Meretrix de eo, quod in meretricio acquisiuit, licite testatur, eleemosynam dat, & decimas persoluit.*

LEX I. II. III.& IIII.

OMne quod. Cum quid datur ob causam honestam, ea secuta, cessat repetitio, datum vero ob causam turpem ex parte recipientis tantum, eadem etiam secuta repetitur, secus si causa tantum turpis sit ex parte dantis, vel ex parte vtriusque. Et quod est datum meretrici, repeti non potest. hoc dicit vsq; ad §. si tibi ob indicium. 1 Nota ꝙ † implementum causæ honestæ repetitionem exclu- 2 dit. Secundo no. † quòd implementum causæ turpis ex parte recipientis tantum, non impedit dari repetitionem. Nota ex 3 l.vtputa. † versi.sed si dedi. non esse licitum iudici dare pecuniam, vt etiam secundum iustam causam ferat sententiam, imo nec iudici licitum recipere, vt dicetur in glo. Et idem est in teste, qui non licite nec iuste facit, si pecuniam recipiat, vt testimonium secundum veritatem ferat, imo punitur pœna falsi, ſm Bar. sing.in l.j.j̄ de fal. ad hoc specialiter inducentem istum tex. imo neq; licitum est eidem pecuniam recipere, ne testimoniū ferat, & si recipiat, falsi punitur, vt est casus in d.l.j. 4 §.j.† No. quarto litem perdere eum, qui iudici pecuniam dat, 5 vt secundum iustitiam sententiam ferat. Vlterius no.† ex l.vbi vero. ꝙ datum iudici ob causam turpem ex parte vtriusq; nō potest repeti, & sic verificatur iuris regula, dicens, ꝙ in pari causa turpitudinis, potior est possidentis conditio, vt in regula, in pari. cū multis similib. In glo.j. super ver.non est. ibi, ideo 6 si est † secuta post moram. Nota ergo, ꝙ sicut defectus imple-

menti parit condictionem ob cauſam, vt hic, & ꝭ.titu. proxi. quaſi per totum. ita & exiſtentia implementi poſt morã contingens,quòd dic,vt ꝭ.tit.j.l.ſi pecuniam.In gl.l.vtputa. in verbo,& ſecundum me.ibi, relatum expone& bene. & hæc eſt
7 lectu.communiter approbata hic per Bart.† Ex qua habes, ꝙ aut iudici do,vt ſecundum me iudicet iniuſte, & tunc perdo vtrunque,ſcilicet & datum & litem.Et primum patet in l.vbi vero.ſecũdum Inn.l.j.C.de pœna iudi.& ꝭ.de calum.l.j.§.ſed eſt conſtitutio. Si vero eidem dem, vt ſecundum me iudicet iuſte,& tunc de iure fforũ,datum repeti poteſt, vt hic, ſed lis non perditur,de iure vero Cod. perditur vtrunq;. Et idem de iure canonico,ꝙ refert ſe ad ius nouum poſitum in d.l.j. non autem ad ius antiquũ fforũ,vt hic.patet in c.non ſane.hic allegato.Horum autem omnium ratio eſt,quia non licet iudiciũ quantumcunq; iuſtum vendere,ſed gratis illud expediẽdum eſt,vt de reſcrip.in c.ſtatutum.§.inſuper.in verbo,gratis.lib.vj. 11.q.3.c.non licet.& in c.cum ab omni. de vita & hone.cleri.
8 & j. ad leg. Iul. rep. l. eadem. circa fi. Quid † autem ſi iudici nihil dem,ſed eidem cautionem identitatis præſtem,an dicar eundem corrumpere,adeo,ꝙ litem perdam. Bart. j.de fur.l.ſi quis vxori.§.ſi fugitiuum.dicit ibi caſum eſſe ſingularẽ, quod non. Quod vero intelligo, ſi cautiones legales præſtitæ ſunt, vtputa de præſentando eum, qui petitur a carceribus relaxari,& ſi pro hoc etiam identitatis cautio præſtetur. Licitum.n. eſt iudici reſpectu eorum, quæ pro executione ſui officij facit cautionem identitatis recipere. hic eſt caſus ſingu.in l.j.C.de magi.conue.& ita dicit hic Bal. licet tex.illum non allegет.& idem in rub.C.de pœ. iudi. ſecus ſi eidem fierent turpes promiſſiones,ſeu cautiones inſolitę pręſtarentur.Quoniam tunc litem perderet.Ad hoc ꝭ.de calum.l.& generaliter.§.ij.in ver-
9 bo,turpiter defectus eſt.Item quid ſi iudicis † camerã intrans non datione pecunię,ſed blandis verbis perſuadeo,vt pro me ſnĩam ferat,an tũc litem amittam?dic ꝙ non, ſed pœna centum aureorum tantum punior.j.de ambi.l.j.ad finem,vbi eſt caſus ſingu.qui tantum in accuſatore loquitur. In eadem ibi, non ſane.Dic ꝙ tex.ille ſe ad ius nouum refert poſitum in dicta l.j.quod eſt correctorium huius. In glo. ſuper verbo, ſed
10 hic.† ibi,an poſſim pignora repetere.tenet ergo glo. hic,ꝙ pignora ob turpẽ cauſam data repeti poſſint pignoratitia actione,licet in l.ii.C.eo.dicat ſolum rei vendi.peti poſſe.quod Cy. poſt Vltramon.falſum dicit.Bart.autem, quem communiter ſequimur,ſaluat glo. vt hic per eum, cui in hoc non addo. In
11 eadem ibi,rei quæ ineſſicax &c.duo†ex hac particula ſunt no. Primum,ꝙ promiſſio continens cauſam turpem, parit obligationem ineſſicacẽ,quia ope exceptionis excluditur. Et hæc videntur probari.j.eo.l.ſi ob turpem.& firmat Cy. C.de inuti. ſtipu.l.ex eo.alię vero glo.j.de verb. obliga. l.generaliter. ff.de pac.l.iuriſgen.§.ſi ob maleficium. tenuerunt nullam obligationem oriri.& illę videntur probari per l.ſi plagij.eod.titu.& hoc dic,vt plene dicetur in l.ſi ob turpem.præallegata.Secun-
12 do no.ꝙ † licet obligationi.quæ eſt ineſſicax ad agendum,poſſit fideiuſſor accedere,vt l.Marcellus.j.de fideiuſ. non tamen poteſt accedere pignus, quod intelligit hic Fran. de Are. vbi obligatio eſt ineſſicax,quia a iure improbata.Ad hoc C.de legib.l.non dubium.j.de fideiuſ.l.vbi lex.C.de prædi.min.l.& ſi is.cum ibi plene no.in gl.Secus ſi ſit ineſſicax ratione deficientis ſolẽnitatis,quia tunc videtur poſſe pignus accedere, quemadmodum & fideiuſſor,per d.l.Marcellus.Non enim eſt dare
13 tunc rationem diuerſitatis. In glo. ſuper verbo, dantis. † ibi, & ideo, quid ſi dedi rem indiuiduam. Eſt ergo deciſio glo.ꝙ vbi datur res indiuidua ob cauſam partim turpem, & partim honeſtam,illa tota repetenda venit ob defectum honeſtæ cauſæ,non ſecutæ,& hanc opi.tenuit Pet de Cer.hunc paſſum diſputans prout refert Io.And.in regula iuris,in pari. de reg.iur. in vj.& in mercurialibus.& etiam ſequitur hic Bal.& in l.j.C. eod.& mirum eſt, ꝙ nullus Legiſta mentionem faciat de Ioã. And.Et pro hac opin.primo facit,quia vbi ſunt duo,quorum vnum nocet, alterum vero prodeſt, inſpicitur quod prodeſt, non autem quod nocet.j.de iure fiſ.l.non intelligitur. §.ſi quis palam.& quod plene ſuper hoc brocardo no. Bart. j.de dona. l.ſi vir vxori.Secundo facit,quia ſi contrarium diceremus,ſcilicet vt nil de eo,quod datum eſt poſſit repeti, ſequeretur abſurdum,ſcilicet vt is in ea parte puniretur,in qua nõ deliquit, contra l.reſcriptum. de his quibus vt indig. & l.beneficium. j.ad leg.Falc.cum ſimi.Tertio facit,& hoc eſt Pet. ꝙ dicimus, ſcilicet propter communionem incapax capit reſpectu capacis,vt j.de lib.leg.l.ſi is qui duos. ergo idem debemus dicere, ꝙ concurrentibus cauſis,quarum vna ſit incapax ad repetitionem producendam, ea quæ ſit capax,trahit ad ſe incapacem.
14 Item ad hoc,† quod videmus in ſimili, ſcilicet quod reſpectu indiuiduitatis beneficium competit illi,cui alias non competeret,& ſic perſona habilis conſideratur trahens ad ſe inhabilem,& non priuilegiatam,vt j.quemadmo.ſer.amit. l.ſi communem.& C.ſi in communi eademq; ca.reſti.po. l.j.cum ibi no.Præterea ad idem,ꝙ legimus in ſimili,quod perſona delinquens,non punitur reſpectu alterius ſibi adiunctæ non delinquentis,quandiu indiuiſibilitas inter eos durat.j.de pœ. l.prægnantem.ꝭ.de ſtatu homi. l.imperator. Item quia in dubiis cauſis magis fauendũ eſt repetitioni, quàm aduentitio lucro. j.de leg.iu.l.non debet.§.in re obſcura.Vltimo hoc confirmo, quia poſito,quod hoc indiuiduum,quod eſt datum, remaneret penes recipientem ob turpem cauſam, illud tamen ab eo extorqueretur & fiſco applicaretur,vt hic in gl. & j.de iure fiſci.l. Lucius.ad finem,& ſic in effectu hæc eſſet vtilitas fiſci,non au-
15 tem partis.Certum autem † eſt,quod in dubiis eam opin. debemus aſſumere,quæ nocet fiſco,non autem quæ prodeſt, vt j.de iure fiſci.l.non puto.Secunda opi.principalis fuit hic Bar. de Sal.tenentis contrarium,ſcilicet ꝙ nil repeti poſſit. & totũ apud accipientem remaneat. Prima ratio, quia negari non poteſt, quod hæc cauſa turpis adiecta dationi rei indiuiduæ, totum ipſum indiuiduum non concernat, ergo ſequitur. ꝙ
16 nil poſſit repeti reſpectu impoſſibilis ſeparationis. Cum† & videamus, quod reſpectu ſeparationis difficilis, prohibitum trahat ad ſe permiſſum, vt j.de aqua quotid.& æſti. l.j.§.inde quæritur.de aqua plu.arcen.l.j.§.item ſciendum. Sed ad hanc
17 patet ex prædictis reſponſio.Secũda ratio, quia vbi duo † concurrunt,quorum vnum nocet,alterum prodeſt, inſpicitur nocens,non autem proficiens,vt j.ad Sylla.l.3.§ fin. Sed ad hanc clara eſt reſpõſio ex dictis Bar.in d.l.ſi vir vxori.Vnde fuit opinio tertia Iaco.But.quam Bar.hic ſequitur,volentis quod ipſum indiuiduum poſſit peti totum,dumtamen præſtetur recipienti æſtimatio partis,quę ſi foret diuidua,non poſſet repeti. & hoc per tex.de leg.ij.l.cum filius.in princ.Ad idem licet ipſe non alleget.j.ad leg. Falc.l.ſi is qui quadringẽta.§.ſi.& l.lege Falcidia.& quod no.gl.in l.j.de duobus fra.de no.benefi.inue. & per Ioan.And.in rubr.in addi.de feu. Iura tamen iſta in diuerſis caſibus loquuntur, in quibus non concurrit cauſa partim turpis, partim vero honeſta, & ideo tene opin. primam. In glo.l.idem eſt.ſuper verbo,noua ratione.ibi, ſed an potero
18 petere.Decidit ergo gl.hic † ꝙ promiſſum meretrici prætextu libidinis non poſſit peti, licet eidem ſolutum poſſit retineri. Cy.autem & Bar.contra.licet Bal.ſequatur glo.hic. & in d.l.j. C.eod.Tu autem de hoc dic,vt plene dixi poſt Bar. j.de dona. l.affectionis.In gl.ſuper verbo,non poteſt.ibi, ſed quid ſi dedi,
19 vt † nõ ſit merettix.Vult gl.quod datum mulieri, vt meretrix non ſit,repeti poſſit,ex eo, quia hæc pia tenetur gratis facere, & ideo propter hoc datum eſt in caſu repetitionis, vt ꝭ. l.j.cũ ſeq.& j.eo.l.ſi.Guli.autem de Cu.tenet hic contrarium primo ratione,quia hoc ita datum,cenſetur datum cauſa pietatis,ergo eſt irrepetibile,vt j.titu.j.l.cum is.§.mulier. Secundo,quia datum meretrici ob libidinẽ eſt irrepetibile,vt hic. ergo quanto magis irrepetibile eſſe debet,quod datur mulieri,ne libidinem incurrat,& hoc ne ſequatur abſurdum, ſcilicet vt magis mereatur luxuria,quam,caſtitas contra tex.expreſſum in Authen.de reſti.& ea quæ pa.§.ſi. Cum iſta q. de facto contigeret in ciuitate Bon.Quidam Doctor excelſi ingenii conſulens has opi.æqua diſtinctione concordauit, & recte iudicio meo, ſcilicet,ꝙ aut datur ei,quæ nunquam fuit meretrix, vt meretrix non efficiatur, & tali caſu datum ſit repetibile, cum hęc ipſa gratis facere teneatur,neque propter paupertatem turpẽ vitam debet eligere.j.de ritu nup.l.palam. Aut datur ei, quæ iam fuit meretrix ad hoc, vt a tali vitio abſtineat,& tali caſu hoc non ſit repetibile,ex eo,quia nulla turpis cauſa in datione concurrit, neque ex parte dantis, neque ex parte accipientis, imo cauſa ob quam datur,eſt totaliter honeſta,vt ex ſe patet, ergo ſecura cauſa datum non repetitur,vt hic in l.igitur.ꝭ.ti.j. quaſi p totum.& hæc eſt veritas,& hæc fuit diſtinctio do. Flo.
20 Vltimo extra † glo.tex. in §.ſed quod meretrici. inducitur ad tria,in quantum dicit,ꝙ id quod meretrici datur, licite retinetur.Primo quod de his poſſit meretrix teſtari, tanquam de licite acquiſitis,& ita per hanc firmat Cy. C.eo. l.mercalem.& Bal.in l.j.eo.ti.Secundo,quòd de his per meretricem decima ſolui debeat,vnde de omnibus licite quæſitis illa ſoluenda ſit. extra de deci.c.ex tranſmiſſa.vbi hoc diſputauit glo. Tertio,ꝙ de his licite poſſit fieri eleemoſina. Item & eadẽ ad pias cauſas legari, ꝙ fieri non poſſet,ſi eſſet illicite quæſita.j.q.j.nõ eſt putanda,& hoc vltimum eſt Cy.in additionibus.

SVMMARIVM.

1 *Indicare delinquentem,quod quis non cogitur,& quando.nu.7.*
2 *Pecuniam licet recipere,vt delinquens manifeſtetur.*
Et an,vt res perdita manifeſtetur.non tamen,vt res inuenta reſtituatur.
3 *Pecuniam non licet recipere,vt delinquens manifeſtetur.*
4 *Socius criminis,an teneatur indicare ſocium, & ibi an licite accipiat præmiũ pro illo indicando.nu.5.*
5 *Socius criminis alium ſocium manifeſtans,non conſequitur præmium ex forma bannimenti ſtatutum reuelanti delinquentem.*
Nec etiam conſequitur reuelans ſeipſum.

7 *Datum*

7 ... ob turpem causam, cuius turpitudo inest ex parte vtriusque, licet sit ... per dantem, tamen repetitur per tertium.
8 ... licet sit crimen priuatum, tamen etiam iudex ex officio super eo pro... potest.
9 ... causa accusationis etiam parte non petente, potest testes producere.
10 ... aliena alteri soluta & consumpta, an repetatur per dominum. Et qua ... nu. 13.
11 ... ob turpem causam consistentem in non faciendo repetitur condictione ... causam.
12 Condictio ob turpem causam, & indebiti, ita reconciliatur consumptione, sicut ... condictio ex mutuo.

LEX V. VI. & VII.

§Si tibi. Quod datur ne delinquens manifestetur, turpiter dari censetur, & ideo repetitioni locus est. quod vero datur, vt manifestetur delinquens, non dicitur turpiter recipi, & ideo irrepetibile est. Et quod apud aliquem respe... metus illati, vel violentiæ, seu ex alia iniusta causa est, censetur repetibile. hoc dicit vsque ad l. si ob turpem: No. ex §. si 1 tibi. † quod non cogitur quis delinquentem indicare, quod patet, quia si cogebatur, turpiter pecuniam ob hoc reciperet, quod 2 dic, vt dicitur in gl. Secundo no. † quod licitum est pecuniam recipere vt delinquens indicetur, an autem licitum sit pecuniam recipere, vt res perdita reperiatur, seu manifestetur? dic quod sic. j. ad l. Rhod. de iac. l. nauis onustæ. §. sed si nauis. vnde licitum est recipere ob inuentionem, seu manifestationem faciendam, 3 pro ea autem reperta restituenda, secus. Tertio no. licitum † non esse pecuniam recipere, ne delinquens manifestetur, & hoc, quia grauatur res publica, cuius interest delinquentes manifestari, ne delicta impunita remaneant, vt in vulgaribus iuribus. 4 No. in ver. si † socium criminis teneri ad socium indicandum, quod patet, quia turpiter ob hoc pecuniam recipit, quod est verum, vbi delictum commissum est principaliter ad inferendum damnum in rebus, secus autem si ad inferendum damnum vel iniuriam in personam, quia tunc socius cogi non potest ad alios criminis consocios indicandos, ita probatur C. de accu. l. fin. j. de custo. reo. l. diuus j. de quæstio. l. repeti. §. j. & ibi per Barto. 5 No. eo eodem, † quod non licite accipitur præmium per socium criminis, vt suum socium manifestet, ex quo infert hic no. Bar. quod socius criminis alium socium manifestans, non consequitur præmium ex forma bannimenti concessum reuelanti delinquentem, neque etiam consequitur id, releuans seipsum per hanc literam, quod idem approbat Bal. in l. j. C. eo. & dic, vt 6 dixi j. ad Sylla. l. si quis in graui. † Nota vltimo ex l. si a seruo. quod licet datum ob causam turpem, cuius turpitudo inest ex parte vtriusque, sit irrepetibile per dantem, vt s. eo. l. vbi vero. j. eod. l. si ob turpem. in fi. nihilominus est repetibile per tertium, vt 7 hic probatur. In glo. ij. ibi, ex hoc probatur, quod quis. vult † glo. in breui dicere, quod ad petitionem partis extra iudicium non compellitur indicare delinquentem, & hoc probatur in l. qui vas. §. qui furem. j. de furt. Huic contrarium refragatur, c. qui cum fure. extra de fur. quod Bar hic intelligit. s. vt habens notitiam delinquentis, cogatur indicare ad petitionem iudicis. Qui tamen intellectus non procedit, quoniam vt ibi expresse apparet, tex. loquitur, an teneatur indicare ad petitionem partis, & ideo gl. & idem Bar. C. de fur. l. inciuile. vbi plene hunc articulum posuit, soluit, quod ibi loquitur, vt indicare cogatur res furto subtractas, non autem subtrahentem, qui intellectus falsus est. Primo, quia diuinat ad literam. Secundo, quia sequeretur, quod id quod recipitur pro tali rerum subtractarum ostensione tam quam turpiter receptum, veniret restituendum, vt j. eo. l. fina. quod falsum, & contra d. l. nauis onustæ. §. sed si nauis. Vnde tertio modo soluit. quod aliud de iure canonico, aliud de iure ciuili. Et non video aliam dari posse, vnde an de iure canonico indicare teneatur, & quando. vide gl. ibi, & meliorem 22. q. 2. ne quis arbitretur. extra de simo. nemo. & ibi per Innocē. & in c. dilectus. extra de exces. præla. An autem teneatur indicare ad petitionem iudicis? dico ex mente glo. quod aut iudex motus est ex petitione partis, & tunc non tenetur indicare, nisi petatur, vt testis, & hoc præsupposita illa opi. pro vera, quod quis in criminali causa testimonium inuitus reddat, de quo multum dubitamus. & habetur plena glo. extra de testib. cogen. c. dilectorum. Aut iudex mouetur ex suo officio ab alio principaliter non implorato, & tunc cogitur quis indicare, vt hic, & hoc sequitur simpliciter Bart. hic, & plenius in d. l. inciuile. & Cy. C. de his qui ad eccle. confug. l. ij. Bal. autem hic aliter dicit limitando glo. & quia bene loquitur, nec est opportunum addere, igitur omitto. In ea. ibi, iudex tamē ex officio suo. Duo 8 no. ex hac glo. Primo ea relata ad tex. quod licet † furtum sit crimen priuatum, vt dixi s. titu. j. l. penulti. nihilominus iudex ex officio potest super eo inquirere, quod dic, vt patet ex plene no. j. de adulte. l. ij. §. si publico. per Barto. C. de probatio. l. iubemus. per Bal. & in d. l. congruit. de iure tamen canonico hoc non haberet dubium, quia ex eodem iure omne crimen est publicum. 6. quæst. 1. c. infames, vbi est singu. glo: quia non 9 aliter. non examino. Secundo no. quod iudex ex proprio officio potest in ca. accusationis et parte non petente testes producere, & hoc secundum alium intellectum, qui datur gl. in hac particula, quod indubitare verum est, si producantur per iudicem ex proprio officio ad defensionem rei, vt probatur in l. j. §. fin. & l. in vnius. §. cogniturum. j. de quæst. & quod in eis per Bar. & per eundem. j. de pœ. l. si non defendere. & in l 4. §. hoc autem. j. de dā. infe. Sin autem producantur ad eiusdem offensam, & subadiuuādā accusationem, videtur quod idē sit, & probatur. C. de abo. l. 2. ad fi. & in d. l. vnius. §. j. secundum vnum intellectum, & ibi hoc firmat Bar. In gl. l. si a seruo. & l. perpetuo. super verbo, cō-10 dici. in fi. No. est hæc gl. quod pecunia aliena alteri soluta ex causa honesta & consumpta, non repetitur per dominum. Huius veritas pendet ex no. s. si cer. pe. l. si cum seruum. in glo. super verbo, fore. ibi, non propter condictionem repetit dn̄s datum per seruū suum tertio, ne is eundē deliquentē indicaret. Qm̄ vt dictur in l. idem est. in fi. tali modo pecuniam recipiens est fur. omnis siquidem condictio cōtra furem degenerat, vt Inst. de act. §. sic itaq; & l. fi. s. vsufruc. quemadmo. caue. In ea. ibi, vt 11 si est consumpta per condictionem &c. No. gl. † quod vbi est datū ob causam turpem, cuius turpitudo cōsistit in non faciendo; tunc agitur condictione ob iniustam causam. & in hoc verifi-12 catur secunda pars huius rub. No. ex eodem, quod † sicut certi condictio ex mutuo reconciliatur propter secutam consumptionem, vt pluries vidisti. s. si cer. pe. ita & condic. ob turp. cau. ita etiam & condic. indeb. vt j. tit. j. l. indebiti. §. sed si nummi. Po-13 natur tamen circa hanc dubitationem † glo quod ignorans dominus, an pecunia consumpta sit vel non, qua actione ageret? & certe propter incertitudinem vtranq; poterit proponere, vt est tex. no. in l. j. §. quod autem. j. quorum leg.

SVMMARIVM.

1 *Solutio spontanea, seu voluntaria subsequens, quod purgat præcedentem metum in promissione adhibitum, nisi subsit eadem causa timoris.*
2 *Promissione vel stipulatione ob turpem causam facta oritur actio, sed inefficax nu. 4.*
3 *Possidentis conditio in pari turpitudinis causa, potior est.*
5 *Contractus non æquiparatur sententiæ, sed potius vltimæ voluntati.*
6 *Solutum ob turpem causam de præterito, an repeti possit condictione ista.*
7 *Fiscus turpia lucra extorquet.*
8 *Dispositio l si quis ad se fundum. C. ad leg. Iul. de vi. s. quod spoliatus ante omnia sit restituendus, an locum habeat in vi compulsiua.*
9 *Exceptio metus, si ex forma statuti opponi non possit, & ideo si promittens metu, coactus fuit soluere, an repetat solutum.*
10 *Vxor si ex interuallo post metum illatum consensit contractui celebrato per metum, an talis contractus possit per eam rescindi actione quod metus causa. quod sic.*
11 *Reuerentia maritalis, propter quam consensus est præstitus contractui, ita operatur actus rescissionem, quantum metus illatus, propter quem consensus est præstitus quia parificantur.*
12 *Reuerentia sola paternalis est sufficiens causa ad rescissionem matrimonij spiritualis licet carnalis non.*
13 *Adimplens contractum ex interuallo cum tyranno per metum celebratum, quod agere potest actione, quod metus causa, licet in implemento illius, nullus nouiter metus interuenit.*
14 *Importunæ preces tyranni, quo ad rescissionem actus, metui æquiparantur. Idem & blanditiæ tyranni operantur.*
15 *Contractus cum tyranno celebratus, an sit nullus ipso iure, vel rescindendus actione, quod metus causa, remissiue.*

LEX VIII.

Si ob turpem. In concedenda repetitione datorum ob turpem causā, tempus solutionis, non autem tempus promissionis inspicitur, & in pari causa turpitudinis potior 1 est conditio possidentis. hoc dicit Nota quod † solutio spontanea seu voluntaria subsequens purgat præcedentem metum in promissione adhibitum. Ad idem C. quod met. cau. l. 2. quod verbū intelligit hic Bar. nisi subsit eadem causa timoris in solutione, quæ suberat in promissione. Ad quod no. per Innocē. extra. de renun. c. super hoc. Ex quo infert ad duo de quib. j. Secūdo no. 2 quod ex † promissione, seu stipulatione ob turpem causam facta, videtur oriri actio, licet inefficax, vt patet, quia contra illam cōpetit exceptio, quæ est actionis exclusio. j. de excep. l. 2. & dic, vt 3 j. dicetur. Tertio no. illud † vulgare, quod in pari causa turpitudinis melior est conditio possidentis, & concor. sunt in glo. Vlte-4 rius extra glo. quæ † vacant ad expositionem literæ, inducitur ista lex ad q. an ex promissione in se turpem causam continente, aliqua oriatur actio, licet inefficax exceptionis ope reijcienda, an vero nulla: circa quam gl. variè locutæ sūt. Primo enim glo. j. de verborum obliga. l. generaliter. dixit nullam oriri per illum textum. Alia vero s. ea. l cum sequentibus. dixit oriri aliquam, inefficacem tamen. Et pro ea inducitur lex ista, quę reo ob turpem causam conuento de exceptione prouidet, ex quo datur intelligi actionem oriri, cum illa sit eiusdem exclusio j. de exceptionib. l. 2. Tertia fuit opinio glos. supra, de pactis.

l.iurisgentium.§.si ob maleficium. distinguentis aut causa in promissione adiecta continet turpitudinem ex parte recipientis tantum, vt promitto ne homicidium facias, & illa producit obligationem inefficacem, tamen istud membrum est falsum, quia cōtra casum expressum in d.§.si ob maleficium. vbi expresse litera hāc promissionis formam ipso iure nullam esse dicit, igitur infertur ex illa nullam oriri obligationem, cū ad veritatem vniuersalis negatiuę requiratur quamlibet partem esse veram. j̃. de reb.dub.l.is qui ducēta.§.vtrū. Aut promissio continet causam turpem ex parte vtriusq;, & illa ipso iure nulla, adeo, vt nulla actio producatur. Quod vltimum membrorum dupliciter potest verificari, primo per tex. j̃. de verb obliga.l.si plagij. Secundo, quia promissio hæc ad delinquendum inducit, & consequenter contra bonos mores. j̃. de pac.dot. l.conuenire.cum simi. Certum autem est promissiones contra bonos mores, nullius esse momenti. C.de pac.l pacta quæ cōtra. C.de inuti.stipu.l.ex eo. j̃. de verb.obli. l.stipulatio huiusmodi. Vltimo potest etiam pars ista fortificari per tex. in l. ea parte. §.mulier. j̃. de verb.obli. per locum a contrario. Secunda vero fuit opi. principalis Cy. referentis Vltramon. in d.l.ex eo. tenentes id, quod supra tenuit gl. in loco supra alleg. per istam l. Tertia vero fuit opi. Bar. hic, & in d.l.generaliter. æqua distinctione secundum eum has opi. concor. quem secutus fuit Ang. in d.l.j.s̃.eo. scilicet q aut in promissione est adiecta expresse causa turpis, & tunc illa sit ipso iure nulla, per d.l.generaliter. & d.§.si ob maleficium. Aut tacite, & tunc sit aliqua, & oriatur actio, licet inefficax per istam l. quæ opi. in secundo membro suæ distinctionis est falsa. Primo, quia vt patet ad sensum lex ista nihil facit, duabus rationibus. Primo, quia diuinat lect. sua ad hanc leg. cum hic non appareat, an expressa fuerit in promissione causa turpis, an vero tacita. Secundo, quia mens Iurisconsul. in ista decisione præsentis legis non fundatur, dum deneget soluti repetitionem, q orta fuisset actio aliqua, licet inefficax, sed quia turpitudo causę adiectę in promissione purgatur per subsequētem solutionem, vt in fine primi responsi apparet. Tertio, quia in contractibus non habetur differentia inter tacitum & expressum. s̃. si cer.pet.l.cum quid. Vltimo loco, nihil facit pro fortificatione huius opi. illud fundamētum Bar. quod est in alio simili. s. q videmus errorem iuris tacitum non viciare sententiam, licet expressum sic, vt patet in l.j.C.qñ prouoc.non est neces. cum simi. 5 Quoniam † non æquiparamus contractum ipsum sententiæ, sed potius vltimæ voluntati C.de dona.quæ sub modo.l.fi. s̃. de pac.l.pactum inter hæredem.de leg.j.l.seruum filij.§.ei qui chirographum. Illud autē certum est, q annullatur relictū ipsum in testamento siue tacite relinquatur personæ turpi, siue expresse de leg.j. l.Lucius.§. testamento.cum ibi no.& quod habetur.C.de natu.lib.l.j. Vnde cum non reperiamus in vltimis voluntatibus circa actum annullationis differentiam fieri inter tacitum, & expressum, igitur neq; in contractibus illi æquiparatis. Quarta fuit opin. Bal.C.eod.l.j.dicentis, q aut in promissione est adiecta turpis de præterito, & tunc ex illa oritur obligatio, licet inefficax. Aut turpis causa de futuro, & tunc ipso iure nulla contrahitur obligatio. Et est ratio, quia contractus tendit ad crimen committendum, & ideo non valet, vt C.eo.l.mercalem. Ista distinctio in primo suo membro falsa est, quia contra casum expressum in d.l.si plagij in verbo, faciendi vel facta. ex quibus verbis patet, q quo ad nullitatem ipsius promissionis æquiparat turpē causam, siue de præterito, siue de futuro adiectam. Vnde vltimo loco fuit opin. Salic. hic dicentis, q aut in promissione est adiecta causa turpis tacite, & tunc tenet id quod dicit Bart. & non bene, vt supradictum est. Aut est adiecta expresse, & tunc aut in vim conditionis, & promissio est ipso iure nulla, neque aliqua resultat actio, per d.l.generaliter.cum simi. Aut est adiecta in vim modi. & tunc facit tria membra. s. q aut est adiecta negatiue, & ipsa promissio nulla adeo, vt nulla oriatur obligatio, per d.§ si ob maleficiū. Aut est adiecta affirmatiue, & tunc obligatio est aliqua in odium tamen ipsius promittētis adeo, vt non possit ex ea promittens exigi a promittente. Quoniam tunc in pari causa turpitudinis, potior est cōditio possidentis, vt hic in fi. Sed ad hoc est aliqua, vt promittens exigi possit a fisco. Alleg. casum in auth. nouo iure. C.de pę.iudi. in verbo, dantes, vel promittentes. In hoc vltimo aduerteñ. quia ista distinctio inter causam turpem promissioni adiectam affirmatiue, per viam modi vel conditionis non videtur iure probari, quoniam leges dicunt simpliciter, q causa turpis promissioni adiecta, eandem reddit nullam, quo ad obligationis ortum, vt in d.l.si plagij. & in d.l.generaliter. & d.l.ex eo. ergo nō videtur referre quomodocunq; adijciatur. arg. s̃. de publi.l.de precio. cum simi. Præterea non videtur referre, quomodo adijciatur, dummodo adiecta sit. Ad hoc j̃. de verb. obliga. l.cum seruus. Præterea in quantū se fundat per tex. in auth. nouo iure. Adde q illa authē. non videtur suum intentum probare, licet enim in prin. quęsiti ponat de dante & promittente, tñ in responsione, quam subdit, nō fit mentio nisi de solo dante in vltima parte illius auth. vnde cum imperator responderit ad vnū de quæsitis tantum, ergo in alio interrogato videtur statuisse contrarium. extra de præsump c.nonne. & in l.consilio. j̃. de curat. furio. cum ibi no. & plene dixi s̃. si cer. pet.l. eius qui in prouincia. nisi respondeas, q & in alio quæsito videtur idem respondisse, per rationem idēntitatis, saltem tacite, licet non expresse, vt no. gl. C.ad exhib.l.penul. & quod no. s̃. de mino l. & si sine. §. sed quod Papi. Tertium vero suum membrum, est quando adijcitur causa turpis ex parte accipientis tantum, quo casu dicit obligationem oriri inefficacē, tamen. quia exceptionis ope elidendam. & per hoc licet alleget tex. j̃. l proxi. illa tamen nihil facit. Sed pro eo est casus hic iuncto intellectu gl. ad quem mirum est, q non aduerterit. Ex quibus omnibus hæc conclusio videtur verissima, q aut adijcitur causa turpis ex parte tantum recipientis, & tunc obligatio ex promissione erat inefficax. Tamen & hic est casus sm intellectum glo. nec obst. d.§.si ob maleficium. quia debet ille sm hanc legem intelligi. arg. s̃. de legib.l.non est nouum. & l.nam & posteriores. Aut adijcitur causa turpis ex parte vtriusq;, vel dantis tantum, & tunc obligatio nulla sit respectu promissionem recipientis sm diuersitatem casuum positorum in d.auth. nouo iure. & ista sit vera conclusio, in isto passu. Secundo loco inducitur, 6 an † solutum ob turpem causam de præterito possit repeti condictione ob turpem causam? & breuis conclusio est, q non, duabus rationibus, vna Fran. de Are. hic, quæ talis est, qa diuisio. l.i. in prin. s̃. eod. quæ ponit diuisionem causæ de præterito & causæ de futuro ponit titulum de hac actione tractantem, sub causa de futuro, vt patet ibi. iuncta l.damus. j̃. tit. proxi. ergo sequitur, q hæc actio non datur ad datum pp causam de præterito. Secūda est, quam ego subnecto per casum huius legis dicentis, q vbi causa turpis solutionis tempore est finita, solutum non repetitur per hanc actionem. Sed certum est causam de præterito solutionis tempore esse finitam, igitur &c. Tertio fundatur conclusio ista ex generalitate. l.quod quis. j̃. de condi.indeb. & l.cuius per errorem. j̃. de reg. iu. Et hoc est veritas quicquid dicat gl. & Doc. in rub. s̃. eo. & in rub. j̃. tit. proxi. & in rub. C.eod. non tamen credas id, quod datum est pęnes accipientem 7 manere, sed fisco applicañ. esse, qui turpia lucra † extorquet. j̃. de iure fis. l.Lucius. s̃. de calum. l.hæredem, cum simi. Tertio loco inducitur ad limitationem glo. in l.Neratius. j̃. de condi. indebi. & c.debitores. extra de iureiu quam videbimus in d.l. 8 Neratius. Postremo in quantum † Bart. hic dicit limitan per istam regulam. l.si quis ad se fundum. C.ad leg.Iul.de vi.cum simi. dicentibus spoliatum ante omnia restitueñ. omni exceptione remota, dicens, q illa procedit in spoliato per vim expulsiuam, aut ablatiuam, quæ nullum habet spoliati consensum, secus si per vim compulsiuam, quæ consensum habet spoliati, licet coactum. Cum & coacta voluntas, volūtas sit, vt s̃. quod met.cau.l.si mulier. §.si metu. & hoc per istam l. & l.ii. C.quod met.cau. Adde q licet hoc probari videatur per alia iura, quæ allegat, attamen. l.ista. & d.l.ij. aliquid de hoc nō probant: quoniam, vt ex se patet, solu. in casu harum legum non fuit facta a soluente, vt a compulso, sed a soluente, vt a voluntario. Vnde nulla cadit spoliatio, quinimo & si in casu præsentis legis facta foret solutio, vt a spoliato per vim compulsiuā, tali casu cessaret decisio huius legis. Quia solutum potest repeti actione, quod metus causa, vt hic in gl. & probatur s̃. eo. l.ex ea. & l.perpetuo, quinimo & hoc dictum Bar. probari potest per tex. s̃. quod met.cau.l.sed & partus.§.fi. & l.non est verisimile §.fi. vbi tex. expresse dicit, q si opposita fuerit exceptio damni contra spoliatum per vim cōpulsiuam agentem actione, quod metus causa, illius consideratio habebitur. & sic patet, quod non omnis exceptio submouebit. & hoc vltimū est quorundam Moderno. hic & bene. Tertio in quantum dicit, 9 q † si promittentem metu oportuit soluere ex eo, quia ex forma statuti contra instrumentum non potest opponi exceptio metus illati, vel similis, quod tali casu solutum repeti poterit hac condictione. Adde quod idem tenuit. j̃. quod vi aut clam. l.j. j̃. de condi.indeb.l.Iulianus. & in d.l.ij. C.quod met. cau. & idem Bal. C.de condi.indeb.l.j. & in l.fina. C.de constitu.pecu. 10 Vltimo † in quantum dicit, quod si ex interuallo post metum illatum vxori, vxor ipsa consensit contractui per maritum celebrato, potest ille per eam rescindi actione, quod metus causa. Et allegat no. Innocen. extra de officio delega. cap. causam matrimonij. Adde quod idem tenuit Bal. C.de transactio. in l.interpositas. & hoc ego eleganter duplici ratione corroboro. Prima, quia illud idem operatur ad rescissionem actus probabilis suspicio metus inferendi, quod metus iam illatus, & allego no. tex. j̃. quod falso tuto. l.nouissime. in verbo, aut metu &c. Sed certum est, quòd quousque durat coniugium, durat suspicio probabilis, inferendi metus sibi a marito, igi- 11 tur &c. Secundo, quia † pariformiter ad rescissionem actus operatur metus illatus, propter quem consensus est præsti-

tus, &

tus,& reuerentia maritalis, ob quam similiter est consensum, vt no. sing. gl. ſm Bar. ibi. ĵ. qua. rer. act. non detur. l. j. §. quæ onerandę. Sed certum est, ꝙ mulier ipsa durante coniugio præsumitur consentire viro propter reuerentiam maritalem. arg. ĵ. de fur. l. pe. ĵ. solu. mat. l. si cum dotem. §. eo autem. igitur. Hoc tamen, ꝙ dico, ꝙ parem effectum operantur, quo ad rescissionem consentire, vel non ꝯdicere propter reuerentiam, quam ipse metus: licet apud omnes sit Euangelium ꝫnihilominus verū falsum, per tex. expressum ſm sensum glo. ĵ. de ritu nup. l. si patre cogente. vbi est casus, ꝙ non rescinditur ꝯtus mariti celebratus per patrem, pro filia, licet ipsa filia paterna reuerentia coacta fuerit cōsentire. Secundo ad idem allego no. gl. Cano. hoc dicentem, extra. qui cle. vel vou. c. insinuante, quæ ad hoc allegat optima iura. Pro concor. tamen soleo sic dicere, ꝙ aut consentitur actui, vel non dissentitur ob reuerentiam, ex eo solo præstitam, vt mulier ipsa, seu filius non incurrant indignationem paternam, aut maritalem, & tunc ipsa sola reuerentia non sit causa rescissionis actus, & ita intelligo tex. in d. l. si patre cogente. vbi hoc idem sentit gl. & quod no. gl. in d. c. insinuante. Aut cum ipsa reuerentia aliqualis metus concurrit illatio, & tunc hęc duo coniuncta causant actus rescissionem, & ita intelligo gl. & literam in d. §. quæ onerādæ. quorum opi. simpliciter intellecta, non posset saluari ab obiectione literæ

11 d. l. si patre. Circa † quam illud tibi trado nunc, ꝙ licet reuerentia sola paternalis non sit causa rescissionis matrimonij temporalis, vt ibi est casus, nihilominus est sufficiens causa ad rescissionem matrimonij spiritualis, ista est gl. quam singu no. in q. j. c. pręsens clericus. Et illius est ratio, quia militem voluntarium aut sponsum, non autem aliqua coactione coactum elegit sibi Christus. extra, ꝙ met. cau. c. j. Potes etiam vltimo,

13 † ad dicta Bar. in quantum dicit, ꝙ adimplens contractum ex interuallo cum tyranno per metum celebratum agere potest actione, ꝙ metus causa, licet in implemento illius nullus nouiter metus interuenerit. Adde ꝙ hoc comprobari potest per ea duo, quæ supra proxime dicta sunt, circa vxorem. Et idem

14 dicere potes extendendo † dictum Bar. si contractus cum tyranno celebratus fuerit per importunas eius preces, quoniam importunæ preces metui æquiparantur, quo ad actus rescissionem, vt no. singu. Inn. extra, de iureiur. petitio. de quo maximū festum fecit Bar. in trac. de tyran. 7. q. prin. Idem est & si per tyranni blanditias, cum eodem contractus celebretur, cum superioris blanditię & metus illatio, quod ad actus rescissionem æquiparentur, vt no. gl. singu. C. si rec. prouin. l. vnica. Et ad idē gl. j. quod iuf. l. j. & in clemen. j. in verbo, hortamur. de testib.

15 An † autem contractus ipse cum tyranno celebratus nullus sit ipso iure, vel rescindendus actione, quod metus causa? Bar. in dicta. vij. q. tenuit eum nullum. argu. a simili. C. de contra. iudic. l. j. Bal. vero sibi contradicens tenuit aliquem, sed rescindēdum in l. decernimus. C. de sacrosanc. eccle. per l. si per impressionem. C. ꝙ met. cau. & rectius, vt alibi dicetur, nec hic discutio, quia non est nostra materia. Cętera dicite, vt hic per Bar. qui in alijs recte loquitur.

SVMMARIVM.

1 *Datum ob id. quod quis tenetur gratis facere, est in casu repetitionis.*
2 *Creditor si debitori prauo remisit partem debiti, ut aliam partem haberet, remissum repeti potest.*
3 *Datum ex communi concordia ob contumaciam in restituendo versatam repeti potest.*
4 *Condictio ob turpem causam in contractu nominato bonæ fidei concurrit cum actione ex eodem contractu descendente, licet condictio ob causam non.*
5 *Actio descendens ex contractu bonæ fidei extenditur ad ea, de quibus in ipso contractu non fuit cogitatum.*
6 *Actio ex testamento descendens est stricti iuris.*

LEX IX.

SI vestimenta. Quando quis pecuniā recipit ob id, quod gratis facere tenetur, dicitur turpiter recipere, & ideo soluta repeti potest. h. d. No. ꝙ † datū ob id, ꝙ quis gra-

1 tis facere tenetur, est in casu repetitionis. Ex quo † infert hic ele-

2 ganter Iaco. de Rauen. vt refert Franc. de Are. ꝙ si habens debitorem prauum, qui sibi pecuniam reddere nolebat, remittit eidem partem debiti, vt aliam consequatur, id quod remissum est, consequi potest per hanc condictionem, quia remittendo verū dedisse. s̄. ti. j. l. si mulier. Certum † autem est eum dedisse pp id, ꝙ gratis recipiens facere tenebatur, vñ & hoc ficte datum repetitur per hanc condictionem, ꝙ est valde singu. & menti tenendum, maxime pro his fallitis, qui denegant soluere, nisi pars eidem remittatur. Secundo no. ꝙ † licet transactio

3 facta non possit rescindi prætextu enormis damni, vt in l. Lucius. §. fi. ad Trebel. in glo. nihilominus, ꝙ quis cum communi concordia propter suam contumaciam in reddendo versatam, recipit, hac cōdictione repeti potest, quod est no. multū.

4 Tertio no. ex versi. ij. ꝙ condictio ob turpem causam † in ꝯtu nominato bonæ fidei concurrit cum actione ex eodem ꝯtu descendente, licet secus sit in condictione ob causam, quæ in ꝯtibus nominatis locum non habet, vt dictum est s̄. titu. j. l. fi.

5 No. ex eodem, ꝙ † actio descendens ex cōtractu bonæ fidei extenditur ad ea, de quibus in ipso ꝯtu non fuit cogitatum. Vl-

6 timo no. ꝙ † actio ex testamento descendens, est actio stricti iuris, quod patet, quia non extenditur sicut actio bonæ fidei, q̄d dic, vt. s̄. de in litem iu. l. alias. C. in quibus causis in integr. resti. non est necessa. l. in minorum. In gl. super verbo, condictionem. ibi, ro. ꝙ in contractu nominato. Hæc condictio ob turpem causam, quæ datur ad id de quo in litera, non descendit ex contractu nominato præcedenti, sed descendit ex innominato turpiter celebrato, vtputa, ex hoc, do tibi pecuniam, vt id mihi des, ad quod ex contractu bonę fidei teneris. Vnde si gl. in prin. sui dicit hanc condictionem dari ex contractu nominato, prout quidam habent, male loquitur per prędicta.

De condictione indebiti. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Detractum per Falcidiam de legato, an dicatur debitum naturaliter sed ciuiliter indebitum, & vide nu. 9.*
Vbi dicitur opi. Pet. ueriorem.
2 *Hæres in detractione Falcidiæ de legato, ꝙ tractet de damno uitando, non de lucro captando.*
3 *Lex ciuilis naturalia iura tollere non potest.*
4 *Verbum, uidetur, denotat fictionem.*
5 *Naturalis obligatio geminata, ꝙ producat naturalem obligationem.*
6 *Quarta debita altero coniugi inopi, non potest per alterum in testamento prohiberi*
7 *Quarta, quæ debetur episcopo de relictis ecclesiæ, non potest prohiberi per testatorem.*
8 *Satisdatio, quam tenetur præstare vsufructuarius hæredi de utendo fruendo arbitrio boni uiri, non potest per testatorem prohiberi.*
10 *Testamentum, quod sit de iure ciuili.*
11 *Lex Falcidia an resistat actui legandi.*
12 *Legatum factum in testamento, non solenni, an debeatur legatario naturaliter, licet non ciuiliter, & nu. 18. & 19 ubi distinguit.*
13 *Præstans consensum actui, quem scit esse nullum, an uideatur se uelle obligare.*
14 *Naturalis obligatio, quando oriatur extra consensum.*
15 *Diues ratione pietatis cogitur iudicis arbitrio pauperem alere.*
16 *Iudicium idem esse in connexis.*
17 *Testamentum non solenne, in quo institutus est hæres aliquis, singulari uinculo & naturali amicitiæ & dilectionis, an valeat, sicut quando sunt instituti filij.*

LEX PRIMA.

NVnc videndum. Indebitū ignoranter solutū repetitur, secus si scienter. h. d. Nec cadunt

1 alia notabilia. In gl. j. ibi, † ꝙ per Falcidiam. Est igitur conclusio glo. tam hic. q̄ in l. cum quis. C. de iu. & facti igno. ꝙ id quod per Falcidiam detrahitur de legato est debitū naturaliter, licet indebitum ciuiliter. Firmat se per l. error. C. ad l. Falci. vbi illud soluens iuris errore, non repetit, ergo illud naturaliter debetur, quia licita est retentio, vt probatur in l. naturaliter, & l. ex quibus. Sed ad istam legem pro contraria opi. sustinenda dupliciter responderi potest. Primo, ꝙ ibi non ideo prohibeatur repetitio, quia extet naturalis obligatio, sed quia hæres repetens certat de lucro captando. Certum autem est iuris ignorantiā in lucris captādis non prodesse ĵ. de iu. & facti ign. l. ignorātia, la j. & ij. Et hæc rñsio placet hic quibusdā Mo-

2 der. quę tamen est falsa, quia imo † hæres repetens certat de dāno vitando. Quod probo, quia id quod debet de legato detrahi per Falcidiam, ipso iure intelligitur detractū. Et consequenter hæredis dominio applicatū. ĵ. quorum leg. l. j. §. fe l si mortis. ĵ. ad l. Falci. l. Plautius, & l. linea margaritarum, & l. in ratione. Ergo sequitur, ꝙ repetens id quod in suo dominio erat, anteq̄ solueretur, certat de damno vitando, non autem de lucro captando. Vñ iuris error sibi prodesse deberet, vt d. l. iuris ignorantia. la. ij. quare placet secunda solutio. s. ꝙ ibi prohibeatur repetitio fauore pietatis, vt in simili in l. cum is. §. mulier. ĵ. eo. Pie enim hæres fecisse dicitur, integrum legatum soluendo absq; Falcidię detractione, ex quo integraliter defuncti voluntatem executus est, vt est tex. in l. patrem, & l. debitorem. ĵ. de his quæ in frau. cre. Hanc tamen gl. opi. secuti fuerunt Iaco. de

3 Rauen. Guliel. de Cu. & But. ista ratione, quia † lex ciuilis naturalia iura non potest tollere, vt Insti. de iure natu. §. sed hæc. de legi. agna. tut. §. fi. ff. de capi. dimi. l. causas, & l. legatum, ff. de vsufruc. earum rer. l. ij. Ergo lex Falcidia inducta iure ciuili, nō potuit tollere naturalem obligationem, qua afficitur hæres

legatario

legatario ad soluẽdum legatum integrum absq; detractione aliqua proueniente ex defuncti voluntate, cum Falcidia contra voluntatem eiusdem detrahatur, vt j.ad l.Fal.l. Titia, ad fi. extra de testa. Rav. ad fi. Sed ad hoc respondetur, ꝙ istud est verum de iure Digest. quo per testatorem non poterat Falcidia prohiberi, vt l. ꝙ de bonis. §. fi. ad l. Falc. & l. j. §. inde Neratius, cum gl. ad Treb. Hodie autem iure nouissimo secus est, quia cum ipse testator posset ipsam prohibere C ad l. Fal. auth. sed cum testator. merito si non prohibuit, vr̃ tacite voluisse hęredem velle detrahere. arg. ff. de iudi. l. cum prętor. & l. j, cum gl. sua in gl. sua. C. de testa. mili. Vnde sequitur, ꝙ nedum de iure ciuili sit debita Falcidia hęredi, sed etiam de iure naturali ex pręsumpto testatoris consensu, ipsi autem legatario dicatur nullo modo debita. Hanc eandem opi. licet gl. secutus est Bar. hic, & in d. l. cum quis. Primo, quia dicit esse casum in l. j. ad fi. C. ad l. Falci. vbi dicit tex. ꝙ soluens poterat per Falcidiam detrahere, nõ videtur plus debito soluisse. ergo aliquo modo debitum soluit, non autem soluit plus debito, stante obligatione ciuili, quia per illam Falcidiam est indebita legatario, debita vero hęredi, ergo soluit debitum ex obligatione naturali. Ad illum subiicio tres responsiones. Primaꝙ ponderanda litera,

4 quę loquitur per verbum † vr̃, ꝙ est denotatiuum fictionis, vt l. in omnibus. & l. retro. de cap. cum simi. vnde sequitur ꝙ ille tex. faciat contra. q. d. ꝙ licet ficte non soluerit plus debito, ex quo illud solutum non potest retineri, vt d. l. error. tñ ipse vere plus debito soluit, imo id ꝙ omni iure erat indebitum. Secundo potest responderi, ꝙ ibi non dicatur soluisse plus debito ex eo, quia hęres pleniorem fidem testatoris secutus est eã agnoscendo, propter quam agnitionem, non solum vr̃ soluisse debitum naturaliter, sed etiam debitum ciuiliter. Quia agnitio illa cum omni iure obligat, vt C. de testa. l. non dubium. §. j. C. de fideiuss. l. si veritas. Tertio ꝙ ille tex. posito. ꝙ velit id, ꝙ dicit Bar. nihilominus intelligatur ꝑm iura antiqua. Ex quibus, ꝙ poterat per Falcidiam detrahi debitum erat naturaliter legatario, quia illa detractio non ex uoluntate testatoris procedebat, sed ꝯ, vt in d. l. Titia. secus autem iure hodierno, quo põt prohiberi, vt in dicta auth. Quia tunc tacite intelligitur consensisse detractioni, si non prohibuerit, vt d. l. cum prętor. vnde sequitur ꝙ iure isto si soluit, soluit plus debito, & ꝯ tacitã testatoris voluntatem. Secundo mouetur, ꝙ si hoc. qđ potest per Falcidiam detrahi, nullo iure esset debitum ab hęrede legatario, ꝙ solutum tunc per hęredem cederet in donationẽ, ꝑ l. donari. de dona. & de re. iu. Sed lex dicit, ꝙ illud desalcabile solutum non est donatio, vt l. si spõsus. §. fi. j. de dona. inter vir. ergo sequitur, ꝙ aliquo modo debitum erat legatario, non ciuili, ergo naturali. Ad hoc, j. de don. l. hoc iure. §. pe. ad hoc potes respondere, vt secundo & tertio modo respondi ad d. l. j. Hãc eandem opi sequitur hic Ange. & Bal. plenius in d. l. cum quis. C. de iu. & facti igno. per rationes, quas non refero, quia responsiones ad eas sunt facillimę, & cuilibet studioso parebit. Istud idem firmat Sali. hic motus solum aliorum rationibus pręd ictis. Et pro ea fortificanda pono duas rationes, & arguo sic. Sola naturalis, quę oritur ex pacto non est efficax

5 ad agendum, vt in l. iurisgentium. §. quinimo. nisi illa † sit naturalis geminata, quia tunc duplex naturalis produxit naturalẽ actionem, quemadmodum ciuilis & naturalis iunctę, hic est casus no. l. j. §. debitum. ver. sicut debitum. iuncto. §. de constituta. Insti. de act. Secundum casum habeo, ꝙ hęres per pactũ nudum obligatus legatario ad soluendum id, ꝙ poterat per Falcidiam detrahere, conuenitur actione ex eo descendente, vt est casus in l. fi. C. ad l. Falci. ergo necesse est pręsupponere, ꝙ alia naturali obligatione obligatus esset hęres legatario ad soluendum hoc desalcabile, quoniam si secus esset, illa naturalis ex pacto procedens non fuisset sufficiens ad producendũ actionem per pręd icta. Sed ad hoc potest responderi, ꝙ illud nudum pactum non produxit actionem per geminationem naturalis, sed quia vestitum legis auxilio, de pacto legis legitimam. Secundo probatur, quia si omni iure, quod per Falcidiã detrahitur, esset hęredi debitum & efficaciter, sequeretur ꝙ non posset prohiberi. Sed hoc est falsum, vt in auth. sed cũ restator, igitur &c. & quod si esset omni iure debitum nõ posset

6 prohiberi, probo, quia in simili video, ꝙ quarta † quę debetur coniugi pauperi superuiuenti, ideo non potest prohiberi per coniugem locupletem decedentem, quia illa omni iure & efficaciter est sibi debita. gl. est sing. in Auth. de hęred. & Falc. §. si vero expressim. in verbo, hęredem. Item quia video, ꝙ quarta, quę debetur † episcopo ex bonis relictis ecclesię, ideo nõ po-

7 test per testatorem prohiberi, quia est illa omni iure debita. Ita est tex. extra, de testa. c. officij. & c. requisisti. Et etiam video,

8 † ꝙ satisdatio est de vtendo fruendo arbitrio boni viri, ideo nõ potest per testatorem prohiberi ab hęrede peti a legatario vsusfructus, quia illa omni iure hęredi debita est, vt dicit tex. in l. scire debetis. iuncta gl. C. vt in possess. lega. Si ergo verum est, ꝙ omni iure non est debita hęredi per pręd icta, necesse est ꝑsupponere, ꝙ aliquo iure sit debita legatario, sed nõ ciuili, quia per illud Falcidia est inducta in fauorem hęredis. j. ad leg. Fal. l. potest hęres, ergo iure naturali. Sed ad hoc respondetur, ꝙ non est ea ratio, quam supra posui, quare Falcidia posset prohiberi ꝑm illam, quia hodie cessat ratio propter quam prohiberi olim poterat. vt in d. l. quod de bonis. §. fi. Et quod cesset declarabitur per Bar. cui in hoc nõ addo in dicta auth sed cũ testator. Possunt etiam pręd icta tertio fortificari, quia casum legis habeo, ꝙ si hęres confiteatur se legatum debere, potest nihilominus beneficium legis Falcidię opponere, nec contra confessionem venit, si opponat. vnde confessio vera. tex. est j. de confes. l. fideicommissum. in ij. par. Et ista fuit ratio Bal. in d. l. cum quis. ad quam potest finaliter responderi, ꝙ ideo ibi potest beneficium legis Falcidię opponi, quia ea confessio, ꝑ quam quasi contrahendo se obligauit hęres legatario, vt dicit tex. no. ff. de interrog. act. l. de ętate. §. qui interrogas. fuit facta de legato simpliciter, vnde habetur perinde, ac si diceret, promitto tibi legatum soluere, quoniam debet suppleri deducta tamen Falcidia. arg. l. si prętor. cum ibi no. j. solu. mat. Secus si dixisset, confiteor me tibi debere legatum optimum, vel promitto tibi legatum optimum, quoniam non posset tunc beneficium legis Falcidię opponi propter verbum integrum, vt est casus in d. l. fi. C. ad l. Falc. cui concor. tex. in l. si patronus. §. j. de dona. & in l. qui id quod. j. ad leg. Falci. Ad quas tamen respõ-

9 de, prout supra respondi circa d. l. fi. vnde verior videtur opi. Pe. tenentis id, quod per Falcidiam detrahitur, neq; naturaliter, neq; ciuiliter debitum esse legatario. Et eam cõfirmo pluribus rationibus. Prima, quia si aliqua obligatio naturalis ipsi legatario oritur in hoc desalcabili, necesse est ꝙ oriatur ex te-

10 stamento, sed testamentum † est de iure ciuili, vt probabo, igit̃ ex eo solo non potest oriri naturalis obligatio, consequentia tenet, per l. cum amplius. §. j. de reg. iur. Quod sit de iure ciuili probatur, quia si esset iurisgentium vel naturalis, deportatus eius factionem non amitteret, vt est tex. in l. quidam. j. de pę. Sed certum est, ꝙ amittit, vt in l. eius qui. §. titulam. j. de testa. igitur. Et hoc vltra alios plene examinaui in l. testãdi. C. de testa. Secundo arguo sic, naturalis obligatio est illa, quę oritur ex cõsensu, vt l. Stichum. §. naturalis. & l. in his. §. imperator. j. de solu. sed non adest consensus, neq; testatoris, neq; hęredis, ꝙ desalcabile debeatur legatario, vt infra probabo, igitur naturaliter sibi non oritur. Quod non adsit consensus testatoris, patet, quia ex quo poterat prohibere Falcidię detractionem per d. auth. & non prohibuit, vr̃ in fauore hęredis consensisse detractioni, non autem in fauorem legatarii, per gl. d. l. j. C. de testa. mili. Quod non adsit consensus ex parte hęredis, clarũ est, quia ipse in suum damnum nunq̃ pręsumitur consentire, per regulam. l. cum de indebito. Tertio probo. s. ꝙ si id, quod detrahitur per Falcidiam debetur legatario naturaliter, ergo sequeretur, ꝙ persona ecclesiastica hęres instituta teneret hoc detractum legatariis restituere, ne incideret in peccatum propter retentionem debiti naturalis, vt no. Inn. C. de immu. ecc. c. quia pleriq;. Sed talis persona potest desalcare, & detracta licite retinere, vt allego casum no. in Auth. de hęred. & Falcid. circa fi. dum dicit, ꝙ omnia in superiori auth. dicta locum habent in persona ecclesiastica, & superius dictum fuerat de permissa retentione & detractatione Falcidię, igitur &c. Quarto probo sic, ꝙ per Falcidiam retineatur non potest in compensationem deduci, vt j. probabitur. Si ergo illud non censetur legatario naturaliter debitum, consequentia tenet, per l. etiã. ꝙ vera. j. de cõpen. Et antecedens probatur in l. Plautius. in prin. & l. filio & filię. j. ad l. Falcid. vbi tex. dicit retinenti, ꝙ detrahit per Falcidiam, ita demum posse doli exceptionem opponi, si ex eodem testamento, quid importat. Certum est autem, ꝙ si hoc desalcabile esset naturaliter debitum, non solum si eodẽ testamento detinens ageret, sed etiam ex quacũq; causa posset sibi doli exceptio opponi propter compensationem. arg. l. ij. §. generaliter. j. de doli excep. Quinto probo adiuuando rationes Pet. Certum est, ꝙ lex ita resistere potest naturali obligationi, sicut & dominio. Casus est. j. co. l. si nõ sortem, in prin. C. de legi. l. non dubium. cum simi. ergo sequitur, quod clausula l. Falcid. posita in l. linea margaritarum, & in l. Plautius pręalleg. quę dicit per Falcidiam ipso iure legata resecari, debet intelligi, ꝙ non solum ipso iure resecet quo ad dominium tertię partis, quę de legato detrahitur, sed etiam quo ad obligationem naturalem eiusdem partis, qua ipse hęres legatario ꝑ prius erat astrictus. Quoniam sequens clausula duo determinabilia, debet pariter determinare l. iam. hoc iure. de vulg. & pup. cum simi. Sexto arguo sic, certum est, ꝙ omissam Falcidiam seu non detractam, quia res legata penes legatarium cõsistebat, potest hęres per actionem petere. Casus est in l. legis Falcidię beneficium, & d. l. Plautius, & d. l. linea. ergo sequitur, ꝙ hęres habet in ea Falcidiam & ciuiliter & naturaliter obligatam, qm̃ si tñ ciuiliter, sequeretur ꝙ actionem hęres non haberet, quia illa sola de per se non est sufficiens ad actionem producendam,

producendã, vt probatur ex materia l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pac. Septimo probatur, quia si legatario deberetur Falcidia naturaliter, ergo sequeretur, ꝙ illam apud se existentem posset licite retinere, vt patet in l. naturaliter, & l. ex quibus. j. e. sed hoc est falsum, quia imo cogitur id defalcabile reddere, vt in d. l. legis Falcidiæ beneficium. cum aliis alleg. in d. l. Nesennius. §. fi. ad l. Fal. igitur &c. Vltimo probo adiuuãdo rationem Pet. Certum est ꝙ q̃n lex resistit actui, nunq̃ ex eo oritur, neq; naturalis, neq; ciuilis obligatio. Casus est in d. l. si nõ sortem, & l. non dubium, & l. cum lex. j. de fideiuss. cum si. Si lex ciuilis resistit leganti vltra id, ꝙ legari patitur Falcidia, vt in l. j. in prin. ad l. Falci. igitur non oritur, neq; ciuilis, neq; naturalis. 11 Et licet dicat Bar. respondendo, ꝙ imo lex Falcidia non resistit actui legandi, sed simpliciter non assistit. Tamen salua reuerentia sua, hoc est falsum. Primo per casum in l. lex Falcidia si interueniat. in verbo, contra l. Falcidiam. Secundo & casus est expressus Insti. eo. tit. circa prin. Tertio probo ratione, quia si vero non esset ɔ̄ l. sed preter, sequeretur ꝙ pena adiecta prohibitioni legis Falcid. per testatorem, posset ab hærede detrahente peti. Casus est in l. stipulatio ista. §. alteri. de ver. obli. Sed illud est falsum, q̃a ɔ̄ casum expressum l. q̃d de bonis. §. j. j. ad l. Falci. igitur & illud est, q̃d sequitur. Et per hoc dicta opi. Pet. redditur verior, ad quam fortificandam alia induxit d. Bal. & satis potentia in d. l. cum quis, quæ non refero, quia non addere̅m. 12 In ea. gl. ibi, item & † in legato minus solenni &c. Decidit igitur gl. hic, & in d. l. cum quis, ꝙ legatum factum in testõ minus solenni debetur legatario naturaliter, licet non ciuiliter, hoc firmans in quibusdam libris per l. fideicom. j. eo. Ad quã r̃ndeo, ꝙ imo ibi innuitur ɔ̄rium. Dr̃ enim, ꝙ ita demũ fideicommissum per hæredem promissum aut solutum ex insolẽni testõ, non potest repeti per hæredem, si sciens indebitũ soluerit, quia tunc vr̃ donare, ergo a ɔ̄rio sensu innuit, ꝙ si ignorans soluisset posset repetere, vel si ignorans promisisset posset exceptionem obiicere, quia non esset verum, si foret naturaliter debitum, q̃m tunc soluti repetitio etiam errore, fieri non posset, vt j. eo. l. si id q̃d, & j. eo. l. naturaliter. Idem tamẽ, ꝙ hoc firmauit gl. in l. si post diuisionem. C. de iu. & facti ign. tali rõne, quia sicut se habet ɔ̄ctus inutilis ad obligationem, ita pariter. i. & vltima voluntas similiter inutilis, cum de vno ad reliquum procedat ar. de leg. j. l. seruum filij. §. cum qui chirographum, cum simi. Sed ɔ̄ctus inutilis parit obligationem, vt est casus in l. an inutilis. j. de accep. Scd̃m patet ad literam, igitur & inutilis vltima voluntas, & hac ratione idem sequutus fuit Iac. de Rauen. ad quam r̃ndeo, ꝙ d. l. an inutilis. loquitur q̃n ɔ̄ctus acceptilationis est inutilis respectu materiæ, vtputa, quia interposita fuit acceptilatio super ɔ̄ctu, qui re ɔ̄hitur, non aũt verbis, quo casu illa respectu materiæ inutilis parit obligationem naturalem, vt in eo. tit. quo casu respectu formæ non seruatæ non oriretur, neque ciuilis, neque naturalis obligatio, per l. eum qui. j. de consti. pec. & no. glo. in d. l. an inutilis. Sed cum in casu nostro testamentum sit nullum respectu formæ deficientis in solennitate, igitur ex eo tunc non debet oriri naturalis, quemadmodum non oriretur ex ɔ̄ctu p̃ supradicta. Hãc eandem secutus fuit But. ea ratione, ꝙ naturalis obligatio orit̃ ex consensu, vt l. in his. §. imperator, & l. Stichum. §. naturalis. j. de sol. Sed in dicto testõ adest consensus testatoris, licet insolẽniter p̃stitus. Item fingitur adesse consensus hæredis, quia fingitur esse una & eadem persona cum defuncto, vt in Auth. de iureiur. a moriẽ. præsti. circa prin. igitur &c. Ad hoc r̃ndeo, ꝙ falsum est, ꝙ consensus testatoris adsit in debẽdo legata, quia 13 q̃ñ quis præstat † consensum actui, quem scit esse nullum, non vr̃ se velle obligare, sed potius ɔ̄here. Tex. est in d. l. an inutilis. & in l. non solum. ad fi. de actio. & oblig. vñ non adest consensus ex parte testatoris, sic̃ non adest ex parte heredis, quia si q̃s consensus ab eo p̃statur in soluendo legata, ille oritur ex aditione hæreditatis, per quã intelligitur se obligare legatariis, vt in l. apud Iulianum. j. ex quib. cau. in pos. eatur, & in l. ex maleficiis. §. hæres. j. de act. & obli. cum si. Sed ex testõ, q̃d est nullum ratione deficientis solennitatis, non põt quis hæres effici per adit. C. de testa. l. si vnus. cum simi. igitur &c. Hanc eandẽ opi. secutus fuit Bar. primo ratione, quia naturalis obligatio est illa quæ oritur de iure gen. & in d. l. cum amplius. §. j. de reg. iu. sed de iure gen. non requiritur tanta solennitas numeri testiũ, cum eo iure sufficiant duo, vt patet s̃m eum in milite, qui inspecto iure gẽ. testari possit, vt l. j. de testa. mili. valet testm̃ suũ si coram duobus fiat, vt l. milites. cum simi. C. eo. tit. Et ego clarius probo per casum c. cum omnes, & c. relatum. extra, de testa. igitur sequitur inspecto iure gen. oritur ex eo naturalis obligatio. Ad hoc resp. ꝙ hoc non põt cadere, ꝙ ex testõ de iure gen. oriatur obligatio aliqua, q̃m posito, sed non concesso, ꝙ testm̃ cum de iure gen. inductum fuerit, tñ ex quo per ius ciuile illi additum est, respectu solennitat. numeri testium & aliorum, de quibus in l. hac consultissima. C. de test. qua particula de testõ loquente, ius gentium efficitur in totum ius ciuile, vt supra l. ius autem ciuile, ff. de iustitia & iure. Sed de iure ciuili nulla ex tali testõ obligatio oritur, de iure gentium. i. nãlis oriretur, tñ illa non oriretur ex testõ immediate, sed ex consensu præstito per hæredem in aditione hæreditatis testõ mediãte, vt d. l. apud Iulianum, sed talis consensus nõ potest cadere, q̃a hæreditas non põt adiri, vt iam dixi, igitur hæc rõ falsa. Secundã rõ est, quia & aliq̃n præter consensum oritur naturalis obligatio, vbi æquitas iurisgen. vel naturalis suadet, ꝙ oriat̃, vt patet exemplum in l. si pupilli. in prin. ff. de neg. gest. & in l. non solum, ff. de iniur. Sed æquitas nãlis hoc suadet, ꝙ disposita p̃ testatorem, licet insolenniter, executioni mandantur, tum q̃a interest defunctorum vltimas eorum voluntates valere, vt l. & quia, ff. de interro. act. tum etiam, quia interest reipub. vt in l. vel negare. quemadmo. test. aper. igitur &c. Sed ad istud respõdeo, ꝙ ex quo, vt supra dixi, testator faciendo actum præsumit̃ se nolle obligare ex eo facto, per d. l. non solum, in fi. cum aliis alleg. Merito non est æquum, ꝙ ex eo naturalis oriatur obligatio. ar. j. de dona. l. ex hoc iure. cum simi. j. de reg. iur. Regu. in-14 uito non datur beneficium. Præterea ꝙ † dicit extra cõsensum oriri naturalem obligationem, vbi equitas dictat, procedit vbi remanet firmum factum, ex quo illa oriatur, vt d. l. si pupilli. vbi aderat firmitas gestionis negotiorum, vt d. l. nõ solum. §. j. & vbi aderat firmitas commissi delicti. Sed in casu nostro nõ adest aliquid firmum, ex quo hæc obligatio oriatur, vt probabo, igitur &c. Quod non adsit probo, quia decedẽs cum testõ non solenniter facto, dr̃ decedere intestatus, & consequenter sine eo, vt Insti. de hæred. quæ ab intesta. in prin. ꝙ non esset si remaneret firmum testm̃. Quia quandiu ex eo succedi potest cessat causa intestati, vt l. quandiu. de acquir. hæred. cum simi. Tertio pro hac opi. allegantur tres casus legum s̃m eum. primo l. in testõ. de fideicom. libe. Sed ad illam r̃nde, ꝙ ibi tex. dicit pie heredes facere, si voluntatem testatoris, licet insolennẽ executi fuerunt. Non tñ per hoc sequitur, ergo naturaliter obligatur. Quia non valet consequentia, hoc est pium, ergo naturalis obligatio. Quod primo probo per l. cum is. §. mulier. j. e. per l. scripto. ad fi. vnde lib. & per l. nam & si parentibus, ff. de 15 inoffi. testa. † Secundo, quia scio, posse cogi diuitem iure pietatis ad alẽdum pauperem iudicis arbitrio, vt no. gl. sing. 47. dist. sicut hi. & tamen non sequitur, ergo in hoc permanet naturalis obligatio. Quod patet, quia officium iudicis per quod diues cogitur, nullam presupponit obligationem. j. de act. emp. l. quæ per collusionem. § sortis, & de ann. leg. l. Quintus cum simi. Et si dicatur quomodo ergo est, ꝙ in casu d. l. ex testõ. filii hæredes in testõ, licet insolenni, qui manumiserunt seruum, coguntur seruo legata in eodem relicta præstare, quæ debita essent, si illa non oriretur obligatio, cum non possit esse actio sine obligatione, quæ est eius mater, vt l. licet. §. ea obligatio. ff. de procu. Resp. ꝙ ibi non tenentur heredes de legato respectu testamenti insolennis defuncti ex voluntate licet insolẽne, q̃a quidem agnitio non solum eos obligat naturaliter, sed etiam ciuiliter, vt in d. l. non dubium. §. j. C. de testa. Et si dicatur, licet agnouerint quo ad libertatem datam, non tñ agnouerũt quo 16 ad legata. R̃n. ꝙ de legatis † habentibus connexitatem seu coniunctionem vna cum legato libertatis, idem est iudicium respectu connexitatis. ar. ff. de rei vend. l. quæ religiosis. extra, de 17 paro. c. super eo. de iudi. c. ceterum. cum simi. Et ex hoc † apparet, ꝙ pessime quidam mod. alleg. casum singu. in d. l. in testõ. pp̃ primam solu. in quadam glo. ibi positam, dicentes ibi esse tex. aureum, ꝙ quemadmodum valet testm̃ per patrem factum insti. filiis etiam insolenne, vt in l. fi. C. fami. ercis. & l. hac consultissima. §. ex imperfecto, cum simi. ita etiam valet insolenne si instituat testator vnum sibi singulari & naturali vinculo amicitiæ & dilectionis coniunctum, ꝙ si esset verum foret mirabile, & ibi no. est casus s̃m primam sol. glo. quæ tñ est falsa per prædicta. Secundo alleg. tex. C. de fideiuss. l. & si inutiliter, ad quem tamen r̃ndeatur prout supra vltimo respõdi ad d. l. neq; testõ. s. ꝙ ibi oriatur obligatio, qua astringatur heres, non ex testõ, sed ex agnitione, vt ibi cantat litera. Tertio alleg. l. fi. j. de bon. eorum. ad q̃d r̃ndeo ꝙ licet tex. ibi dicat, voluntatem defuncti probari per testamentum, licet irritum, non tñ sequitur, ergo ex illa probata, oritur naturalis, quia licet probetur, nihilominus deficit in solennitate formali, cuius defectus impedit naturalem obligationem oriri. j. de ver. obli. l. j. §. si quis ita. Vel dicas, ꝙ ibi loquitur de voluntate alicuius actus permissiua, vt puta de alienatione rerum pupilli. Nos aũt loquimur de voluntate obligationis inducta, quo casu non loq̃tur d. l. vnde diuersitas casuum obstaculum tollit. Vltimo l. fi. C. de fide instr. ad quam respondent mod. quidã, ꝙ ibi est speciale pp̃ penam inferendam in heredem mendacem. Hæc solutio est manifeste falsa, q̃m & casum habeo per omnia similem ad d. l. fi. Insti. de fideicom. hær. §. fi. in fi. dicentem, ꝙ si heres confiteatur, & consequenter mẽdacium non committat se accommodasse exp̃ssam fidem testatori de restituendo hereditatem vel dando legatum tali, & velit opponere accõmo

dationem

dationem esse nullam propter deficientem solennitatem testium, nihilominus hæres ciuiliter & naturaliter de relicto, pro quo dando expressam fidem testatori dedit, obligatur, vñ ibi non speciale propter mendacem, quia & si hæres nõ confiteatur, idem est, vt per prædicta patet. Sed dic, q͂ est speciale pp expressam accommodationem fidei factam per heredem testatori, vt ibi est casus, & hæc fuit secũda principalis ꝯria opi.

18 †Pet. de Bellaper. quam refert hic Bar. & in d.l. cum quis. vbi etiam Bal. tenentis etiam legata ex minus solẽni testõ etiam naturaliter nõ debeti, duabus rationibus ibidem relatis, quas non refero, quia non adderem. Hoc idem multis similibus rationibus fortificat Bal. in d.l. cum quis. & ego idem corroboro. Primo per tex. in l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. in verbo, pro nullo haberi. C. de testa. & in l. fi. in verbo, pro nullo. C. famil. ercisc. vbi dicit legislator testamentum insolenne ob defectum numeri testium, licet quo ad filios testatoris validum sit, tamen quo ad extraneam personã pro nullo habetur. No. igitur dictionem illam vniuersalem negatiuam, nullo, omni casu inclusiuam in l. a procuratore. cum simi. C. mand. innuẽtem pro nullo testamentum haberi, tam quo ad ius ciuile, q͂ ad ius naturale. Secundo pro eodẽ allego tex. Insti. quib. mod. test. infir. circa fi. in ver. sic neq; vbi tex. formaliter dicit, neque ex vlla scriptura testamẽti, cui auth. iut. desit, puta ratione defectus numeri, ius aliquod adepturum, cui relictum est. vult igitur expresse litera nullum ius adipisci legatarium ex testõ insolenni defectu aliquo, puta numeri, ergo neque naturalis obligationis vinculum, neque ciuilis. Tertio idẽ vr̃ probare tex. in l. ij. in ij. resp. C. si quis omis. cau. testa. vbi tex. dicit, legata relicta in testõ irrito, nullo iure peti posse, ergo neque iuris ciuilis, neque naturalis obligationis. Quarto probo per rationẽ, quia si naturalis obligatio ex testõ insolẽni oriretur, vt voluit cõitet, ergo multo magis eadem ex eodem insolenni tolleret, arg. de act. & obli. l. Arrianus. Sed hoc est falsum & ꝯ casum. l. si creditoris. C. de fideic. igitur &c. Licet ad hanc rationẽ posset rñsio percipi ex his, quæ no. gl. in l. nullo. in verbo, nam. ĵ. e. Præterea ad idem si naturalis ex tali testõ oriretur obligatio, iõ absque eo, q͂ hæres expresse agnoscens voluntatem defuncti, quid ex ea promitteret soluendo, impediretur soluti repetitio, & licita foret retentio, vt in l. naturales. ſ. de act. & obl. & in l. fideiussor. Sed hoc est falsum, vt in l. si veritas. C. de fideiuss. & in l. si iure. C. de manu. testa. igitur &c. Vltimo probo, quia quodlibet testm̃ licet ex tacita mente testatoris, & iuris, habet tacitam cõditionem, si ex eo hæreditas adeatur. de leg. j. l. hęc verba, ergo sequitur, q͂ tacita cõditione defecta. s. q͂ hæreditas ex insolenni testõ adiri non potest, vt in d. l. si vnus. deficit testatoris tacitus consensus, igitur naturalis obligatio ex eo procedens non potest oriri. Præterea idem probatur. dicit tex. in l. si nemo. ĵ. de reg. iur. & in l. eam quam. C. de fideicom. & in l. si nemo, & eã. de testa. tute. q͂ hæreditate ex testõ non adita, omne ius ex eo dependens, obiit: ergo sequitur, q͂ omne ius tam respectu naturalis, q͂ ciuilis obligationis annullatur, quia qui

19 omne dicit &c. Tertia vero † principalis opi. in p̃dictis fuit Bal. in d. l. cum quis. quam nemine allegato appropriat sibi hic Bar. de Sali. dicens, q͂ aut stante nullitate testi ob ipsum defectum vnum alium, q͂ qui successisset ex testõ, succedit ab intestato, & tñ in casu ipsa legata naturaliter non debentur, quia testator ab illo non relinquit, neque succedens præsumitur p̃stare consensum in obligando rem, ad id, q͂ de iure non tenetur. ar. l. cum de indebito. Probatur autem hoc membrum in l. is qui. ĵ. de iure codi. & in l. cum pater. §. cum æstimaret. de lega. ij. l. j. §. fi. Et hoc membrum intelligo, nisi ipse alius ab intestato succedens fuisset a testatore rogatus de præstando in testamento relicta, sed etiam ciuiliter. C. de codicil. l. fi. & ĵ. eod. tit. l. si quis cum nullum. & l. conficiũtur. Aut ab intestato succedit ille idem, qui successurus fuisset ex testõ, si foret validũ, & tunc aut iste talis rogatus est legata præstare, vt ex testõ, & tunc naturalis obligatio non oritur. Et tunc alleg. Bal. C. de testa. l. non codicillum. Ego melius allego. d. l. ij. in verbo, nullo iure. C. si quis omis. cau. test. Sed habet hoc membrum dubitationem, an licet qñ rogatus est hæres solũ, vt ex testõ, non aũt vt ab intestato, licet non obligetur hæres iure naturali, obligetur tñ iure pietatis, ob quod denegetur solum repetitio, & breuiter dicẽdum q͂ aut persona, cui relinquit testator, erat eadẽ singulari affectione dilecta, & tunc non licet vinculo naturalis obligationis obligetur, tamen vr̃ pietatis, q͂ causat solutionem, etiam retentionem. Iste est casus sing. in d. l. in testõ. in verbo, & si ab intestato nihil periisset, & in verbo, personam, quã dilexisset. ĵ. de fideicom. liber. Aut is cui testator relinquit, est extraneus non aliqua sibi coniunctus dilectione, & tunc neque naturali, neque iure pietatis hæres astringitur. Hoc probatur ĵ. eo. l. dñs testõ, & clarius in l. si iure. C. de manu. testa. vbi exp̃ssum est dici iniuste fore solutum relictum in minus solenni testõ, quod non foret. Si aũt naturalis obligatio verteretur, p d. l. naturales. aut saltim ius aliquod pietatis, per d. l. cum quis. §. si mulier, ĵ. eo. Aut ille idem, qui ab intestato succedit, grauatus est per testatorem, vt ab intestato, & tunc aut solẽniter, quia tũc numero quinque testium, & tali casu naturaliter & ciuiliter intelligitur obligari. Tex. est in d. l. si quis cum nullũ, & l. conficiuntur, & in l. ex testõ. C. de fideicom. & d. l. si iure a ꝯrio sensu. Aut insolenni, puta, cum numero testium duorũ, & tunc dicit Bal. q͂ aut quęritur, an obligetur iure naturali procedente ex æquitate scripta, & dicendum est, q͂ non per supradicta. Aut in iure naturali procedente ex naturali ratione & æquitate non scripta, & tunc dicendum est q͂ sic, per d. l. neq; testõ. quod tamen est falsum, quia tali casu dico, hæredem nõ aliqua obligatione astrictum per ea, quę vltimo loco dixi, sed pietatis iure, quæ quidem pietas lege scripta reperitur, vt est casus in d. l. in testõ. in verbo, pios hæredes &c. & ita tenendũ est in hoc notabili & subtili passu. Hæc autem procedunt, vbi testamentum est insolenne respectu numeri testium, quo ad institutiones, vt in casu d. §. ex imperfecto, & in casu l. in testõ. vel si fit insolenne, quo ad institutionem, non autem quo ad legata, vt in casu auth. ex causa. C. de lib. præteri. vel sit nullum ex alio respectu, dicite, vt hic per Bar. & Bal. in d. l. cum quis, q͂bus in hoc nil addo. Item procedunt hoc, dum quæritur, an oriatur naturalis inter hæredem & legatarios. vel an oriatur inter cohæredes, vel an inter hæredes & substitutos, posuit Bal. hic, & plenius in d. l. cũ quis, & posuit gl. vbi alij in d. l. si post diuisionem. C. de iuris & facti igno.

Lud. Roma. super ij. ff. Vet. par. Commentariorum

FINIS.

Registrum,

A B C D E F G H I K L M N O P Q R.

Omnes quaterniones, præter H, I, Q, & R, terniones.